25 ſunt † quædam exceptiones perpetuæ & peremptoriæ, quædam temporales & dilatoriæ, quædam dilatoriæ & peremptorię quędam tẽporales,& peremptorię vnde ſciendũ eſt qd perpetuũ & tẽporale ex oppoſito diſtinguunſ circa ſeu vitã exceptionũ: ſicut actio tẽporalis & perpetua circa vitam actionis.inſtituta de perpetuis & temporali. actioni.in principio. ¶ Sed dilatorium & peremptorium diſtinguuntur circa effectum exceptionis, quem agit in actione per ſui obiectum. Illa eſt dilatoria quæ differt, illa eſt peremptoria, quæ perimit. vt ex natura verborum patet: illa ergo dicitur perpetua, quæ ſolo tractu temporis, non expirat. licet ex alia cauſa extrinſeca, vt macedoniani quæ per ratificationem patris. vt infra ad macedonianum. l. finali. & aliàs multis modis finitur.ff. ad macedonianum. l. ſed vult.§. penultimo. & final.& velleiani quæ per ſolam renunciationem finitur. vt.ff. ad velleianum.§.penultimo. l.finali. & tamen dicuntur perpetuæ: quia non ſolo tractu temporis expirant.ff. de condictio.indebi.exceptionis. ſic & condictio.furtiua, eſt perpetua, ſcilicet triginta annorum infra de conſtituta pecunia .l. ſecunda.§. primo. & tamen poteſt tolli minori tempore, per cauſam extrinſecam: ſcilicet ſi res fuerit vſucapta, ſicque admiſſum dominium:quia non competit niſi domino: vt.ff. de condictio.furtiua.l.prima. Ita ſolet notari per quoſdam. C. de vſu cap. transfor.l. vna.§. finali. ¶ Dico ergo, quòd quædam exceptiones ſunt peremptoriæ,& perpetuæ ſicut illæ quæ ſemper agentibus obſtant, & agentibus actionem perimunt in effectu: vt exceptio pacti de non petendo ſimpliciter facta. ¶ Quædam dilatoriæ & temporales, vt quæ tempore finiuntur. ¶ Sed & actiones non tollunt: ſed differunt, vt exemplo pacti temporalis: & de iſtis intelligitur .l.exceptionem.C.de probationi. allegata. Iſte duæ ſatis explicantur in prædicto.§.appellãtur. aliæ ſunt peremptoriæ & temporales, vt exemplo non numeratę pecunię. & non numera. dotis. quia accuſationem perimunt & tempore expirant: ſic intelligitur .C. de non numerata pecunia.in contractibus. & de dote cau. non numera.l.finali. cum authentica. & .ff. ſoluto matrimonio .l. maritus dotem. ¶ Item dico, idem in iudicio reſcindendi in integrum reſtitu.ſi proponatur in modum exceptionis, quod tamen fieri credo poſſe: vt.ff.ex quibus cau. ma.nec non.& de iureiur.nam poſtea.§. ſi minor ad finem nam perimit & lapſu quadriennij expirat: vt de tem.in integrum reſti. pe.l.finali. & dicto.§. ſi minor.& ſic eſt diſſolutum, indiſſolubile Hu. Aliæ aũt ſunt dilatoriæ & perpetuæ quæ differũt actionem de natura ſua,& euitari poſſunt: vt.d.§ appellantur.&

ff.de excep.l.ij.ad finem.& tempore non expirant. Sed ſem-
per obſtant ¶ Quod intelligo ſemper,ſi durante cauſa ſua:
quia non ſolo tempore finiuntur vt ſunt exceptiones inſtan
tiæ,omnes declinatoriæ iudicij,nam exceptio non compe-
tente iudicis non procuratoris nõ perimit ius agẽdi,& ſem-
per obſtant durãtibus cauſis præter curſum temporis:vt di-
cta.l.ij.&.j.de excep.l.fina.& inſti.de excep.§.finali.Idem di-
co de exceptione,vt quis conueniatur inquãtum facere po-
teſt:quia differt,cum iterum poſſit agi vt inſti. de accu.§. fi-
nali.tamen durat quandiu facere nõ poteſt.¶ Verum eſt ta-
men,quòd habet vnum vltra cæteras, ſcilicet quòd poteſt
opponi poſt ſententiam diffinitiuam:vt.ff.de re iudic.l.Ne-
ſennius.in fine.& eſt ratio: quia opponitur ad executionẽ:
& oportet illud præcedere,quod per executionem excludi-
tur.vt argumen.ff.de verbo.ſignificati.l.x.& de excep.l.ij. in
princip.Idem dico de exceptione ceſsionis.quia actori vo-
lenti cedere ſemper obſtat ius:tamen agendi non perimit:
vt hic vt ex præmiſsis patet:idem in exceptione diuiſionis
patet.

¶ SEPTIMO quæro nunquid ſi reus proponit condi
tionem,vel dicit in obligatione cõtra ipſum propoſita, de-
beat ipſam proponere ante litem conteſt.& poſteà non ad-
26 mittatur.videtur quòd ſic:quia † exceptio eſt dilatoria,cum
iterum poſſit agi,adueniente conditione vel die:vt ff.de pi
gno.l.grege.§.ſi ſub conditione.& de ędi.edic.l.bouem.§.pe.
inſti.de exce.§.hi quibus. Item maximè hoc videtur de obli
gatiõe in diem.cum ſit talis dilatoria:vt dict.§.hij quibus.
verſi.hodie.in eo quod dicit qui ante tempus pactionis vel
obligationis & quod ſequitur, quòd actor ſponte induſſit,
vel viſus quia ad tempus ſtatutum natura actionis continet.
27 ergo idem eſt in vtraq;.¶ Item patet:quia † in diem debitor
repetere non poteſt.ff.de condi.indebi. in diem ergo nõ eſt
peremptoria,vt eo.titu.qui excõt. maximè ſecundum opi-
nionem glo.nota.ff.de verbo.obliga.l.eum qui.§.quoties. de
hoc.C.vt ac.ab hære. & contra hære.l. vna. per doctores in
Cyno,Henri.non obſtat.contrarium credo:quia vtraq;,ſci-
licet quòd poſt.lit.conte.poſſit opponi,vt etiã patet ex his
quæ ſcripſi in præcedentibus:quia vbi non cõpetet ius agẽ-
di,probatio in obligatione conditionali conſtat quòd non
eſt actio orta ante euentum.ff.de verbo.ſignific. cedere diẽ.
nec in obligatione in diem,probatio per quatuor caſus pri-
mò.ff.de verbo.obliga.l.interdum.propter verbum incipit
ibi poſitum in principio. & de lega.ij. ſi ita ſit ſcriptum.§. ſi
ſub conditione.&.C.vt ac.ab hære.& contra hære.in rubro
& in nigro.ff.ex quibus cau. in poſ.c.Fulcinius.§ illud.ver.ſi
in diem.ergo non poteſt ſequi ſententia condẽnatoria ergo
ante ſententiẽam poteſt opponi. Idem dico de exceptione in-
eptæ accuſationis propoſitæ vt nota.ff. ſi agri.men.fal.mẽ.
dixi.l.j.§.ideò aũt.¶ Item vbi proponitur talis exceptio,per
quam omnino contradicitur intentioni actoris, illa poteſt
proponi poſt li.conte.ſicut dictum eſt ſupra de excep. pacti
de non petendo ſimpliciter facti.ff.de excep. non vtique.C.
ſententiam reſcin.non poſ.l.peremptorias:ſed iſtæ ſunt hu-
ius naturæ proponendo conditionem vel diem,dicit ſe nõ
debere,vel non poſſe conueniri:vt dicta.l.cedere diem.& in
ſti.de verb.obli.§.id autem.pro hęc dicta.l.Fulcinius.§ illud.
verſi.quid enim intereſt. quis debitor non ſit aut non con-
ueniri poſſet ac ſi diceret nihil.¶ Ad contraria reſpondeo,
primò.l.prędictam exceptionem intelligo,in exceptione di
latoria & temporali,ſupponente aliquem terminum effica-
citer ipſo iure,ſed hoc non eſt ſic:quia circa ſic aliâs eſt diffe
rentia vtrum aliquis tutor datus ipſo iure ſit ligatus decre-
to,licet habeat excuſationem:quo caſu ſi ceſſet excuſatio,il-
lud decretum habet effectum an non teneat ipſo iure & tũc
non.vt.ff.de excu.tu.l.is qui tres.in fine.j.reſponſo. ibi nam
ipſo iure. Et quod dicitur poteſt iterum agi condemnando
quãtum ad pœnam agentis ante tempus:vt dicto.§. ergo hi
quibus.verſi.hodie & quantum ad repellẽdum per condi ct.
inde.vt.d.l. in diem debitor. ſed non quantũ ad facultatem
agendi etiam,nec quoad ius excipiendi. ¶ Sed hic eſt dubiũ
an etiam poſt ſententiam condemnatoriam latã contra reũ,
poſſit opponi talis conditio vel dies? videtur ꝙ ſic: quia ex
28 ceptio † quę reddit iudicium nullum,ſemper poteſt opponi
quia ſemper eſt ante lit.conte.argu.eorum quæ no.ſ.de pro-
cura.licet.&.C.ſi à non compe.iudi.l.fina.modò hic videtur
reddere retro iudicium nullum: cum per eam concludatur
petitionem non procedere, & per conſequens nec ſenten-
tiam inde ſequutam:argu.dictæ.l.vt fundus. cum ſimilibus.
29 ¶ Credo contra,nam † ſententia lata quæ tranſit in rem iu-
dicatam,reuocari,non poteſt:vt.d.l.peremptorias.in fine.&
de re iudi.l.ij.&.C.de iur.& facti ignorantia.l.ij. iſta eſt hu-
ius.ergo &c.¶ Pro hoc.ff.ad trebel.ſeruo inuito.C.cum præ
tor.de bo.liber.l.cum patronus.§ ſi quis.& fa.er.cum potarẽ.
à contrario ſenſu.& dicta.l.bouem.§.penulti. cum gloſſ.ſua.
¶ Reſpondeo ad rationem contrariam, nam vbi ipſa peti-
tio deficeret in ſe.ſ.in forma concludendi, quandoq; poſſet
opponi ſemper etiam poſt ſententiam diffinitiuam: argu.l.
prolatam.C.de ſenten.& interlo.om.iudi.Sed vbi de ſe pro-
cederet in modo proponendi,cedendi,vel concludendi,poſ
ſet tamẽ per obiectionem a parte oppoſitam rumpi,quę nõ
fuit oppoſita:tũc ſecus. vt in hoc caſu cum propoſuit actor
libellum ſimpliciter,& poteſt opponi de conditione vel die
nec eſt obiectum nec obſtat,quod poſſet dici de nõ compe.
iudi.& procu.nam ibi tunc peccaret iudicium in ſuis prin-
cipalibus eſſentialibus. ideò &c. ¶ Quidam tamen in caſu
iſto darent exceptionem doli.argu.C.de re iudi.l.j.quod cõ-
cederem in obligatione: nam ibi pendente cõditione nihil
debet,& non in obligatione in diem:argu.quia ſic eſt in re-
petendo.ff.de condi.indebi.l.debitor.&.l.ſed & ſi ſub condi
tione.&.l.nam & ſi quis.& de condi.ſine cauſa.l.ij.iuncta.l.j.
C de procu.& de condi.ibi nam natura.& de exce.do. dolo.

¶ OCTAVO quæro pone reus ſciuit ꝙ teſtes actoris
depoſuerint,& ꝙ contra ſe,vult producere teſtes ad probã-
dum ſuam exceptionem dilatoriam,in iudicio propoſitam,
vel peremptoriam poſteà propoſitam:quęritur nũquid poſ
ſit?Glo.tenet ꝙ non:per authẽ.qui ſemel.C.de probat.ſum-
ptum in authen.de teſti.§.quia verò multi colſ.vij. quam ſic
adaptat,ad.l.prædictam exceptionem.C.de proba.l.derogã-
do.¶ Si autem vellet probare iſtam exceptionem per inſtru
menta vel confeſsionem partis,bene poſſet ¶ Sic intelligũt
dictam.l.&.ff.de rei ven.officium.in prin.& ibi no.& eſt ra-
tio.ſ.timor ſubornationis,cũ ſciret quid teſtes depoſuiſſent
poſſet teſtes ſubornatos ꝓducere:& hæc ratio datur in prę-
dicto.§.quia verò multi.quę ratio ceſſat in probante per in-
ſtrumenta & per confeſsionem partis. ideò &c. ¶ Salua re-
uerentia glo.credo contrarium,ꝙ admittatur etiam ad pro-
bandam per teſtes:non obſtante quòd certificata fuerit &c.
30 Quod probo ſic:quia vbi † ſunt duo articuli, & non anne-
xi, impedimentum quod eſt contra vnum, nihil operatur
circa illud.vt.ſ.de tranſac.ſi ex falſis.&.ff.de modo.l.etiam.§.
ſi de cauſa.& de ędi.edi.l.cum eiuſdem &.l.ſequenti.ſed iſti
ſunt diuerſi articuli aliud eſt enim probare debitũ, & aliud
exceptionem.ergo ſcientia atteſtationis ſuper vno non no-
cebit ſuper altero.¶ Sic intelligo.l.prędictam exceptionem
indiſtinctè,prout loquitur &.prædictam.l.officium. &.C.
ſenten.reſcin.non poſſe.peremptorias.& de proba.ſi quidẽ.
& authen.qui ſemel. loquitur quando reus vellet probare
directò contrarium eius quod probauit actor:nã tunc poſt
didiſcita teſtificata, non poteſt contrariũ per teſtes pro-
bare:vt ibi.aliâs ſic & bene dicitur contrarium directè:quia
per obligationũ poſſet:puta per circunſtantias loci & tẽpo
ris,vt ſi depoſuerint teſtes, ꝙ tali die promiſit Pariſijs.x.&
ipſe vult ꝓbare ꝙ illa die ipſe erat Aurelię nã bñ põt.j.de cõ
tra.& cõmit.ſti.optimã.inſti.de inuti.ſtipu.§ Ité verborum.
pro hoc caſus.j.de teſti.c.ij.in cle.eo.& eſt ratio:quia ſi con-
trarium directè intentionis vellet probare, poterat ab ini-
tio ſuos teſtes producere,ſicut actor vt ſic qui melius pro-
baret,obtineret.vt.ff. de teſtibus.l. ob carmen.§ finali.j. de
odic.diui

edic. Dini.adri.tol.l.finali in princi.Sed de iſtis circũſtantijs.
non ita poterat prouidere, & ideò non debet arctari ad eas
probandas,donec appareat de quibus talibus circunſtantijs
depoſuerũt contra ipſum: quia illud poſſet eſſe pro nihilo
& fruſtra,quod non eſt faciendũ: ar.C.de proba.l.ad proba-
tionem.& ita intelligitur.l.prædicta ad probationẽ.ij.reſpõ.
Saluis tamen his quæ de hoc articulo ſcripſi.ſ.
¶ NONO quæro quia dixi, quòd poſt atteſtationes pu-
blicatas non poſſunt produci teſtes ad probandum directè
contrarium, vel etiam idem, nũquid in cauſa appellationis
poterunt. Glo. facit iſtam quæſtionẽ in authen. qui ſemel.
& determinat, ꝙ ſic quia non propoſita proponam, & non
probata probabo.C. de tempo. appel. per hanc.C.de appel.
eos.§.ſi quis autem. Solet cõmuniter dici, per Doctores no-
ſtros canoniſtas, quòd aut ſuper eodẽ.c.& directo cõtrario,
& tunc non poteſt: aut ſuper alio dependente ex primo, &
tunc ſic.vt notatur.ſ̃.de teſti.c.fraternitatis.&.c. de teſtib᷒.
&.c.cauſam.&eſt expreſſum.de teſti.c.ſecundo in cle.&.ſ̃.de
31 teſti.c.iurauit.Et eſt ratio,quia † in caſu appellationis ſicut
in principali,eſt metus ſubornationis: ergo idem ius.ar.l.il-
lud.ad.l.Aquil. ¶ Doctores legum tenent cum glo.nam illa
non eſt ſola ratio,ſcilicet,metus ſubornationis: ſed idẽtitas
iudicij,vnde productio teſtium,&facta atteſtatione coram
iudice compromiſſario,poſſunt etiam produci & ſuper eo-
dem articulo,coram iudice ordinario.de teſti.l.fin.ergo &c.
Et maximè quia ex quo non poſſunt produci in cauſa prin-
cipali, ſi nõ poſſent in cauſa appellatiõis produci, eſſet para
omni auxilio deſtituta: ideò &c. Licet opinio Legiſtarum
ſecundum leges, poſſet ſuſtineri. ¶ Credo tamen opinionẽ
Canoniſtarum probabiliorem propter identitatem ratio-
nis:vt dictum eſt:nam per hoc poſſet dari via machinandi,
cùm videret ſententiam latam contra ſe propter deffectum
probationis,& teſtes fortè corruptos in cauſa appellationis
productos:hæc autẽ via præcludenda eſt.C. de ſali.tollen.l.
finalis.ff.de re.vend.in fundo.inſti.de vibo.rap.§ ne cauſam.
ideò &c.Reſpõdeo ad rationem legiſtarũ,quia poſt atteſta-
tiones iudicis compromiſſarij &c. Ratio eſt, quia tantam
32 vim † non habent per omnia acta coram compromiſſario,
cum iuriſdictionem nõ habeat,quantam coram iudice vten-
te iuriſdictione:vt.ff.de re iudi.ait prætor.&.ff.de arbi.l.ij.&
C.de arbi.l.j.Et quod dicitur,quòd faciunt fidem coram iu-
dice,vt.C.de arbi.l.penul. ad finẽ. ¶ Verum eſt,ſi velit pars
aduerſa,vel in ſubſidium, ſi teſtes nõ ſuperſint loquẽdo de
actis atteſtationũ: aliàs nõ.vt.d.l.fina.C.de teſta.Et quod di-
citur eſſet deſtituta &c. ¶ Reſpondeo,ꝙ quis ſua culpa ſen-
tit,ſentire nõ videtur &c.j̃.de regu.iuris.c.quod quis.lib.vj.
ſecundum Io.vaali in doctorem dudum Aurelian.regẽtem.
in prędicta.l.exceptionum.per eum repetitam:Sed iſtud la-
tius vide,in his quæ ſcripſi in.c.fraternitatis. & Clemen.ſe-
cunda allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatum excipere, & appellare poſſe,ſed non reconuenire ſeu reconueniri, & accuſari poteſt. nu.2.*
3 *Reconuentio quo caſu non admittatur.*
4 *Excommunicatum firmare perſonam ſuam in iudicio non poſſe priuſquam purgetur.*
5 *Extraordinariam viam negari,quandiu ordinaria competit.*
6 *Excommunicatus vtrum poſſit extra iudicium appellare, & nunquid poſſit eandẽ poſt ex-õmunicationẽ cœptã proſequi. & nu.7.& 8.*
9 *Appellationem extraiudicialem nihil aliud eſſe, quam prouocatio ad cauſam.*
10 *Excommunicatus an compẽſationem opponere poſſit,ſi ſe proximũ condemnationis videat.*
11 *Compenſationem interdum debitoris odio negari.*
12 *Excommunicationẽ principalis fideiuſſori non obeſſe.*
13 *Excommunicato omnem exceptionem competere.*

¶ CAP. V.

1 CVm inter priorẽ. Caſ. excõmu-
nicat᷒ † exci-
pere,appellare,& omnẽ ſuã defenſionẽ face-
re:ſed non reconuenire poteſt. Cõmunis di-
uiſio,Secũda ibi inquiſitioni.Et erat hæc de-
cretalis in quarta compil. ſecunda. de iudi.
¶ Expone literam: *conuentum:* agentes nobilẽ virum defen-
dentem, *volente:* ex hoc ſumitur cauſa dubij huius capituli.
Cum enim reus excipiendo fit actor:vt le.& not.de teſtib᷒.
conſtitutus.ij. videbatur quòd excõmunicatus non poſſet
excipere,collectos duos ex vobis de cognitione ſubſtitutio
nis,dic vt.j̃.de offi.dele.Si contra.lib.vj. *Suſpectos:* intelligẽ-
dum eſt,quòd ille expreſſit cauſam legitimam in ſcriptis,de
offi.dele.ſuſpicionis.de app. Cum ſpeciali.&.e.tit.legitima.
libr.vj. *aſtrictus:* ipſe nobilis cuius procurator erat in cauſa:
& infra. formabatur hîc quæſtio, an admittenda eſſet exce-
ptio pro parte ipſius nobilis? *non committat:* id eſt præſuma-
tur non cõmittere:poſſet tamen id facere, ſi vellet, vt patet
ſ.de offi.dele.ex parte.Sed nõ decet,quia ſic facile poſſet gra
uari innocens, quod eſſet iniquum.ſ.de probra. quoniam.
Nec enim debẽt naſci iniurię &c.j̃.de accuſa.qualiter.j.Ho-
ſti.*fauor.* vide quod dicam de hæreti. Si aduerſus.poſt prin.
& quod ſcripſi.ſ.e. à nobis. *Æquitas.* quam ſemper debet
habere iudex pꝰ oculis.ff. de eo qđ certo loco.l. qđ ſi Epheſi.
de trãſac.c.fin.& cauere debet à pœna capituli.Cum ęterni.
de re iudi.lib.vj.Hoſtien.*Claudicare:* claudicaret autem ſi au-
diretur impugnatio, & nõ defenſio Goſ. quia ſic ſcilicet cũ
liceret actori impugnare,& reo nõ liceret ſe defendere,con
demnaretur abſoluendus: quod eſſe non debet immò minus
malum eſt,nocentem &c. ff.de pœnis.l. abſentem.Hoſtien.
*abſolutionis.*i.quia abſoluendus eſt ab impetitione actoris, ei
dem reo ſcilicet iniuſte condemnato. *remedium:* inuentum
in ſubſidium oppreſſorum.ij.q.vj.c.j.ij.&.iij. quia ratione.
ac ſi diceret ex quo ratio diuerſitatis non occurrit. ¶ Idem
iuris eſt, ar.C. de libe.præteritis. & exhæreda.l.j. &.ij.& de
conſangui.c.tua. *non ſic:* multa quæ non licent excõmunica
to,not.per Io.An.j̃.de re iudi.c.dolo facit.in quęſtione mer
curiali.ver.iiij.& in parte ibi ſequen. colliguntur per eundẽ
Io.And. ea quæ licent excõmunicato, & per ipſum,& alios
2 j̃.de ſenten.excõmu.Si vere. ¶ Nota primò,quòd licet † ex-
communicatus nullo modo poſſit agere,quia perſonã ſtan-
di in iudicio in modum actionis nõ habere.j̃.c.dilecti.&.c.
exceptionem.Saluo quod legitur & notatur de offic.ordi.c.
ſignificauit.poteſt tamen cõueniri & accuſari, & tunc oẽm
defenſionem ſuam facere poterit,excipiendo, recuſando,&
appellationem proſequendo:vt.j̃.ſequitur. ¶ Et patet.j̃.eo.
ſignificauerunt. &.c.fin.&.ſ̃.de iudi.intelleximus. Et quod
ſcripſi poſt Innocen.de offi.dele.prudentiam.& ideò recon
ueniri non poteſt, vt hîc in fine. Super quo vide Innocen.
in prædicto.c. verò. ſuper verbo nobis.& quod ſcripſi poſt
Hoſtienſem ſupra de pactis.c.primo. videlicet, quòd ex-
communicatus bene excipit, quòd nõ tenetur tradere rem
quam ſibi vendidit: niſi ſibi pretium numeretur. ¶ Et ſic
3 nota caſum,in † quo non admittitur reconuentio.ad idem
j̃.de hæreti.excõicamus.j.§ credentes. Alij caſus notantur
ſecundum Hoſtien.ſ̃.de arbi. Cum dilectus.
¶ † PRIMO quæritur iuxta materiam notabilis præce-
dentis,& qua hîc in fine dicitur, *Ne quod ad defenſionis reme-
dium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur.* ¶ Pone,
aliquis electus petit confirmari, contra quem vult excõmu-
nicatus excipere, nunquid poteſt? ¶ Dicit Innocen. quòd
nõ:quia ſic remedium defenſionis ad impugnationem tra-
heretur. Cum enim extra eccleſiã ſit propter delictum ſuũ
non intereſt ſua, nec poteſt alij excommunicationem, vel
aliud crimen obijcere,argumẽ.xxv.diſtinctione primum.&
xxvj.diſtinctione. tantum. Quomodo enim auferret feſtu-
cam de oculo proximi ſui, qui in proprio trabem portat.ij.

quæſtione. vij.§.tua.in fine.&c.c.ſequenti. Nec obſtat: quód paria delicta &c.vt notatur.j.de adul.c.penul. Nec obſtat.j.c.dilecti.vbi contra excipientem de excõmunicatione contra electum,non datur replicatio:quia illa loquitur in neceſ-
4 ſario reo,non aũt in voluntario: qui † priuſquàm audiatur, firmare debet perſonam ſuam in iudicio,quod facere nõ poteſt excommunicatus. Is aũt qui de neceſſitate reus eſt,hoc ipſo ꝙ vocatur,perſonam ſuam firmaſſe intelligitur in iudicio,cum neceſſe habeat reſpondere:vt prædicto.c.intelleximus.Iudicium enim fertur in inuitum.ff.de ver.obli.l.inter ſtip.§.j.ſecũdum Innoc.de quo aliquid tangam.j.c. dilecti.de hoc per glo.& collect.ſ.de iudi. exhibita.

¶SECVNDO quæritur, pone ꝙ officiũ iudicis nullo ſpecialiter citato:ſeu vocato.Sed tantum in genere imploratur ſiue expeditur, nũquid tunc excõmunicatus veniens ad contradicendum admittetur,vt ſi quis petat reſtitutionem aduerſus hęreditatis additionem,quo caſu vocati debẽt ſolum in genere omnes,quorum intereſt.vt.C.vt ſe ab hæreditate abſtineant authen.ſi omnes.Reſpõdet Innoc.quòd non auditur tunc excõmunicatus: nam quod dicit, quod reo reſeruatur defenſio,intelligitur eſſe verum, quando ex neceſſitate eſt reus:vt qa vocatus. Sed ſi ex neceſſitate nõ eſt reus ſed in voluntate , vt in caſibus prædictis non credit Innoc. quòd opponere poſſit, & ſic intelligit prædictũ capi.intelleximus. & quod dicitur hic omnẽ defenſionem reſeruare reo,intelligit de neceſſario. ¶ Satis tamen credit,ꝙ ſi petat reſtitutionẽ in libello exprimi etiã aliquam perſonam, vt ſi petat minor,vel eccleſia ſe reſtitui ſententiam pro Petro cõtra ſe latam,vel contra additionem hæreditatis per ſe factã: quia damnoſa eſt, propter debita Petro, vel propter legata relicta Seio. Tunc enim Petrus,vel Seius veniens,licet excõmunicatus,audiretur cum videatur ſpecialiter dirigi actio contra ipſum:vnde reus neceſſarius poteſt.dici. ¶ Refert tamen alios dicere , quòd nec hic admittetur excommunicatus ad contradicendum.

¶TERTIO quęritur,Pone quòd nõ fuerit admiſſus veniens ad cõtradicendũ,quia excommunicatus : & ꝙ poſteà abſolutus,vult admitti tãquàm abſolutus, nũquid erit tunc admittendus?Refert Innoc.quoſdam dicere,ꝙ ſic:ſaltem vt petat in integrum reſtitutionem ad appellandum : quia nec per ſe, nec per procuratorem, ius ſuũ potuit defendere excommunicatione durante.ar.ff.ex quibus cau.ma.l.Sed & ſi per prætorem.&.ff.de mino.l.Papinianus.in fine. Sed Hoſt. dicit,quòd iniqua & mirabilis eſt hæc illatio, dicendo ſubuenitur abſenti cauſa reipublicę , aut iuſto impedimẽto detento:ergo & impedito propter delictum ſuum,vel excommunicatũ.¶ Sed Martinus dicit, quòd dictum Inno. poteſt habere locũ in excõmunicatione iniuſta, iuxta capi. primũ. xj.q.iij.& hoc verum, niſi in mora fuerit petendi beneficiũ abſolutionis.arg.ſ.de elect.c.vlti. & ne ſede vacante.c.vno. & dictum Hoſtien. in iuſta excõmunicatione ſaluetur. Vel dic ſecundum Innoc. quòd nõ currit ei tempus, vnde poſt obtentam abſolutionem, poterit à ſentẽtia in integrũ reſtitutionis appellare.j.x. dies. & pro hoc videlicet quòd non currit ei tempus appellationis : eſt argumentum.j.de cõceſ. præben.quia diuerſitatem. Fatetur tamen Innocẽ. ꝙ in caſu prædicto,illud quod factum eſt contra talem,tenet,nec poteſt retractari: ex eo quia vocatus non fuerit , vel admiſſus: quamuis alius non excõmunicatus,ex eo poſſet dicere ſentẽtiam nullam: vt not.ſ.de procurator. in præſentia priùs tamen dictum magis placet Innoc. ¶ Subdit autem Innoc.ꝙ tunc valet illi reſtitutio ad appellandum, quando ſibi ſuper iure ſuo,aliter ſubueniri non poteſt. Si enim aliter ſibi ſubueniri poſſet, non reſtitueretur : vt patet in obijciente crimina contra confirmatum, ab obiectione repulſo: hîc ille enim non reſtitueretur. quia per ordinariam viam reſtitutionis ſibi prouidere poſſet:vt.j.de appel. conſtitutus.ij.in fine , cum ſuis concor. vnde non reſtituetur ad appellandum:vt.ff.ex quibus cauſis. maior.l.j.ij.&.iij. nam quandiu

5 † competit via ordinaria , tunc extraordinaria negatur.vt ff.de mino.l.in cauſę.ij.in principio : Sed ſecus fortè dicendum eſſet,de pacto in formam.vt Innocen.dicit alibi ſe notaſſe: & fortè intendit de his quæ ſcripſi poſt eum.ſ.de electione.quod ſicut. ¶ Primum tamen dictum non placet Hoſtiẽ.vt dixi.ſ.imò nec ſecundũ, quia vt dicit,aut fuit caſus quód poterat appellare,& ſic currit excommunicato decendium, cum appellare poſſit vt hic : aut erat caſus quòd non poterat appellare,& tunc ceſſat quæſtio:& remittit ad notata.j. c.ſignificauerunt.

6 ¶QVARTO quęritur vtrum † excommunicatus poſſit extra iudicium appellare ? reſpondet Innocen.dicens, ꝙ excommunicatus appellans extra iudicium , non auditum probat,quia illa appellatio eſt quaſi quædã ad cauſam prouocatio.j.de appel.Cum ſit.igitur ſicut non poteſt ad cauſam prouocare, Sic nec poteſt appellare nec negocium per appellationem ad ſuperiorem deferre:de quo remittit Hoſtien.ad notata.j.de appel.bonæ.ad finem. ¶ Innocen.tamẽ videtur notare contrarium.ſ.de ma.& obe. dilecti.ante finem magnæ gloſſę: vt ibi ſcripſi. in quarta quæſtione verſi. quartus effectus. Sed poteſt diſtingui , vt notatur per Ioan. And.j.eo.pia.lib.vj.in gloſſa idem cauſę,videlicet dicendo. hoc dictum Innocen.hic poſitum locum habere in appellatione interpoſita à parte tantum:& illud in appellatione interpoſita à iudice ſuper actu iuriſditionali : licet extra iudicium facto.tunc enim talis appellatio habet vim defenſionis : & placet Marti. de hoc per Archidiaco. de reſcriptis c.primo.libro ſexto.

¶QVINTO quæritur , pone cauſa; inter non excommunicatos vertente:ſeu inter eos officio iudicis implorato, vt in caſibus ſuperioribus,venit excommunicatus cuius intereſt ad cauſam, pro ſuo intereſſe: & vult appellare , & appellationem proſequi.Quæritur nũquid poſſit. ¶ Reſpondet Innocen.quòd non poteſt appellare , etiam in iudicio, nec per conſequens appellationem proſequi:cum nõ ſit neceſſarius reus imò nec reus : Aliâs autem in iudicio vbi neceſſarius eſt reus , licitè appellat : etiam ſi ex alijs cauſis & etiam ſi ante iudicium cœptũ ſit excommunicatus : vt.j.e. c.vltimo. ſecundum eum.

7 ¶SEXTO quæritur, pone † aliquis extra iudicium appellauit, & poſt appellationem excommunicatur, nunquid poſt excommunicationem,poteſt prædictam eius appellationem proſequi. ¶ Credit Innocen. quòd ſic ſi negocium ſit ad ſuperiorem delatum: puta quia poſt appellationẽ, & ante excõmunicationem, grauatus fuit in eo ſuper quo appellauit, antequam excõmunicaretur:& fortius multò ſi arripuit iter ad ſedem Apoſtolicam veniendi, ar. iij.quæſtione.ix.re vera. Et quia generaliter dicitur, ꝙ appellatur ſeu appellationem ſuam proſequi poteſt excommunicatus.j.e. c.finali. Et quia iam videtur cœptum negocium : ſeu cauſa appellationis,ſecundum eum, facit quod not.de offic. dele. gratum. ¶ Sed obſtat quia ſuperueniens excommunicatio, impedit vires reſcripti priùs impetrati.ſ.de offic.dele.prudentiam.§.ſexta. ¶ Item quia excommunicatio in quacunquę parte litis licitè opponitur. ergo & iſti appellationem proſequenti,opponi poteſt. ¶ Solutio ſpeciale eſt in appellatione, vt ipſam proſequens audiatur.vt.j.c. Significauerunt.&.c.finali. ¶ Secus verò quando nõ agitur in modum appellationis, ſecundum eum : vt in contrarijs. Credit tamen Innocen. quòd licet appellaſſet , tamen ſi nondum , id eſt ante appellationẽ grauatus nõ eſſet : & ſic per conſequẽs ante excommunicationem appellatio nondum effectum habebat:nec negocium ad ſuperiorem translatum erat:hoc caſu nõ poſſet talis excommunicatus, talem appellationem proſequi , ſibi excommunicationis , exceptione obſtante. ¶ Fatetur tamen Innocen.aliquos eſſe cõtradicentes, quòd excommunicatus appellationem ſuam poteſt proſequi , indiſtinctè ſecundum eum : Et adducunt legiſtæ prædicta ad quæſtionem banniti, qui agere cœperat autem bannum.

¶ Quid

8 ¶ Quid dicendum? dicit Mart. quòd in † omni caſu, in quo excommunicatus appellare non poteſt, nec ipſe etiam poteſt appellationem per ſe priùs interpoſitam proſequi: etiã ſi incœpta fuiſſet proſequutio. ¶ Sed etiam dicit, quòd in omni caſu in quo ipſe poſſet appellare, ipſe etiam appellationem, vel nõ cœptam, proſequi poſſet. ¶ Ego autem credens idem dico planè, quòd appellationem merè extraiudicialem à ſe interpoſitam, ſiue ante excommunicationem ſiue poſt excommunicationem, interpoſita fuerit, ſiue negocium appellationis ad ſuperiorem delatum fuerit, ſiue non,
9 nullo modo poteſt proſequi excommunicatus. Nam † appellatio extraiudicialis, non eſt niſi quædam prouocatio ad cauſam: vt dictum eſt. ſ. modo excommunicatus nec agere, nec prouocare, nec impugnare poteſt: vt patet hîc in fien. & ex his quæ ſcripſi. ſ. eo. c. in prima quæſtione, & in quæſtionibus ſequentibus. Actori enim prouocanti ad cauſam, etiã poſt litem cœptam, & in quacũq; parte litis, excommunicatio etiam quęcũq; ſuperueniat, ſemper opponi poteſt: vt patet ex bis quæ legutur: & vocantur. ij. eo. c. exceptionem. & idem etiam tenet hîc Collectarius: quia ad hoc quòd excommunicatus poſſit iudiciũ ſtare, requiritur quòd ſic reus neceſſarius: vt dictum eſt. ſ. & notatur per Archid. de reſcriptis. c. j. lib. vj. allegato.

10 ¶ † SEPTIMO quæritur, nũquid excommunicatus † videns ſe in caſu condemnationis, poteſt opponere compenſationem? Super quo vide Bernardum, hic in glo. penultima. Et videtur quòd ſic: quia venit in compẽſatione, quod ſecundum leges non venit in petitione: vt debitũ naturale ff. de compenſationi l. etiam. ¶ Item quia ſoluere debet excommunicat⁹, modò ſoluere videtur, qui compenſat vt. ff. qui po. in pig. ha. l. ſi debitor. Hoſtien. dicit, quòd ſi debitũ eſt liquidum, nec aduerſarius negat, nec exceptionem prætendit: ſed conſentit quòd fiat compenſatio admitti debet C. de compenſa. l. finali. & j. depoſiti bona fides. § finali. Sufficere enim debet iudici, qualitercũq; ſatisfaciat actori: vt. ff. de pig. acti. l. ſi eum § ſatis factũ. Sed ſi aduerſarius excommunicati neget, aut excipiat, ſecus eſt. Quanuis enim aliâs debitum dicatur liquidũ, eo. j. duos menſes probari poteſt vt not. in. j. c. bona fides. hîc tamen ſecus propter mentem huius literæ in fine. & ideo in tali caſu, non eſt compenſatio admittenda: namquod plus eſt, non cogeret quis excommunicato ſoluere: vt not. Hoſtien. in ſumma. de ſententia excõmu. § & qui ſic pœna ſub. §. quid ſi tenẽor ſacro. & etiam hîc caſu quo concordat. Archi. iiij. q. j. in ſumma glo. fi. ibi & vide, & in iſto vltimo caſu, poteſt intelligi fore vera opinio. B. Vincen. Tanc. Ioan. & Innoc. & Nouelæ hîc & Vincen. j. de ſentẽ. excom. ſi aliquanto. quę. j. ſequit Bart. Brix. in quęſtione venerali. quæ in vtrũ excommunicatus dicit φ licet Tanc. & Ioan. dixerũt contrariũ, ipſe prout excõmunicatũ poſſe compenſare, & idem Phi. j. e. c. dilecte. per. l. verum. ff. de compenſantio. Goffre. dicit, quòd ſi dicas compenſationẽ ipſo iure fieri, prout quidam dicũt. per. § cõpenſatiões. iuſti. de actionibus. Tunc planum eſt, quoniam diminuitur, vel compenſatur debitũ agentis contra excommunicatũ. Sed ſi dicas cum Azone, quòd ipſo iure non fit compenſatio, ſed per exceptionem: nam malè petit is, cui opponitur compenſatio. ff. de de compenſa. l. verum. Tunc videt excommunicatum compenſationem non obijcere. ¶ Nouella hic & Ioã. de Lignano in tractu de cenſura, in ea parte, in qua quærit quis ſit effectus excõmunicationis, putant verius, quòd excommunicatus non poſſit compenſationem opponitur. Qui enim damnatus eſt non petere, non poteſt compenſare: vt. ff. rem ra. ha. l. amplius. ad finem, & idem tenent hîc Ber. Ioan. Tanc. & Vincen. & Goffre. pro quo. j. de depoſito c. finali. § Sanè. verſic. ſed contra. cum concor. ibi ſignatis. ex
11 quibus patet, quòd † quando odio debentis negatur compenſatio. ¶ Ad contraria videtur quòd eſt duplex defenſio, vna quæ habet naturam ſolius excluſionis, & hæc excommunicato permittitur: vt hic. & ff. de accuſationibus. l. ſeruos. Alia quæ habet naturam impugnationis, & actionis, vt compenſatio: & hæc non conceditꝰ excommunicato: vt C. de adul. l. quoniam Alex. Opponere enim Lenocinium, potiùs eſt aggrauare accuſantem, quàm ſe defendere: vt ibi notatur. & ſupra de ordine cognitionũ. c. ſecundo in fine penultimæ gloſſæ.

¶ OCTAVO quæritur, pone fideiuſſor excommunicati conuentus, vult compenſare illud quod excõmunicato debetur, nũquid poſſit? Et videtur quòd non: quia hoc caſu eſſet etiam prouidere excommunicato: & ſi propter connexitatem, de vno dictum de reliquo iudicatur: ar. ſ. de cõſti. tranſlato. & infra de ſimo. dilectus. ij. cum concor. ibi allegatus in glo. tertia, facit. ff. de arbi. l. pędius. & de aqua coti. & æſti. l. j. Item quæritur. ¶ Item quia ſi admitteretur hęc compenſatio, vitiarentur duæ regulæ quia non ſequeretur acceſſorum naturam principalis: & quia denegatũ vna via concederetur alia via: contra regu. acceſſoriũ. & contra regulam cum quid vna via. j. de reg. iuris. libr. vj. ¶ Item quia mora rei nocet fideiuſſori: vt notatur. j. de reg. iuris. c. mora. libr. vj. & patet. ff. de verb. oblig. l. mora rei. & l. ſi ſeruum. § ſequitur. igitur & delictum. bene facit. ff. quòd quiſq; iur. l. iij. § ſi is. ¶ Videtur aliquibus diſtinguendum, an reus excommunicatus, ſit ſoluendo, & tunc non compenſet fideiuſſor an non: & tunc compenſet argumentum textus. ff. ſi menſor falſam menſuram dixerit. l. ſi duobus. § j. & de admi. tu. l. fin. & C. de Velleya. authen. ſine. ¶ Verius videtur, quòd debitum compenſabile, indiſtincte compenſet fideiuſſor excommunicatione principali non obſtante: permittit enim ius fideiuſſori ſoluere de ſubſtantia debitoris: vt. ff. man. l. ſi procuratorem. § ſi ignorantia. & qui compen-
12 ſat, ſoluit: vt dixi. ſ. nec fideiuſſori † onerosã cauſam habenti, obſtare debet excommnicatio principalis. vt. ff. de excep. doli. l. apud Celſum. § ſi cum legitimam. Item quia exceptio perſonalis rei, non iuuat fideiuſſorem. ff. de exptio. l. exceptiones quæ perſonæ. igitur multò magis perſonalis cõtra reum competens, debet fideiuſſori nocere. arg. j. reg. iuris odia. lib. vj. ¶ Habent locum prædicta, etiam ſi poſt excommunicationẽ, incipit debere: nam cum eſt, quòd ſi poſt fideiuſſionem & ante excommunicationem cœperit ius cõpenſandi competere fideiuſſori, per factum principalis, in eo lędi non potuit: vt. ff. de compenſa. l. verum. & ff. de pact. l. finali. ¶ Et ad materiam facit, quod ſcripſi in Nouella. j. de iure patronatus. c. vno. libro. vj. ſuper gloſſa penultima. & poſt Dynum in regula ii, qui in ius. de regulis iuris eodem. libr. ¶ Item Scias quòd Vincen. j. de hæreti. ſi aduerſus. dicit, quòd ſauorabilis exceptio ſicut Velleyanum. non datur excommunicatiu, ſed benè odioſa, vt Macedonianum. argumẽ. ff. de condi. inde l. qui exceptionem. Sed malè, quia
13 † omnis exceptio ſiue fanorabilis, ſiue odioſa, competit excommunicato: quia non excommunicati fauor, ſed iudicantis æquitas attenditur hîc, ſecũdum Goffre. & Nouellam. in prædicto. c. ſi aduerſus. ¶ Plus videtur, quòd ad repellendum aliquem tanquam excommunicatum, ſufficit ſola denunciatio: vt notat Hoſtien. de offi. dele. prudentiam § ſexta. & Archidi. j. eo. pia. lib. vj. & alij in prædicto. c. aduerſus. Atleũ libr. ſeptimo. articulo primo. quod fortè poſſet procedere, in denunciatione illius qui de iure communi habet poteſtatem excommunicandi: & tali per quem ille publicè, & communiter pro excõmunicato habetur. ¶ Quid enim ſi prætenſus delegatus: vel ſubdelegatus, vt fortè collector, vel ſubcollector denunciat per ſuas literas ſe aliqnem excommunicaſſe, nec conſtat illum excommunicaſſe in caſu in quo de ſpeciali iure reſcripti, ſeu literæ Apoſtolicæ, ſeu alterius ſibi delegatę iuriſditionem haberet. Certè tunc durũ eſſet tenere, quòd talis denũciatio etiam ad ſolũ effectum repellendi ab agendo, per ſolam denunciationem huiuſmodi, ſeu per literas denunciatorias excommunicationis, narratorias probaretur. argumentum. ſ. de probatio. quoniam cõtra. in fine. ¶ Et ideò nuper dixi & obtinui in

conſilijs Rotæ, talia nõ probare. Et adde omnino, quæ ſcripſi infra eodem pia. libro ſexto in prima oppoſitione. verſu tertio qu tres. & in nona quæſtione, & ſupra de offic. delegatorum. prudentiam. ⸿. ſexta in ſexta. & ſeptima quæſtionibus, & quæ notantur etiam ibidem per Henricum in prima, & ſecunda diſtinctionibus. ¶ Si autem quæras generaliter, quando & qualiter excommunicatus in iudicio ſtare poſſit, vide notata per Henricũ. & per me. ⸿. de iudi. intelleximus. ¶ Supple gloſſas, in gloſſa prima: ibi. *in iudicio*: ſecus in arbitrio, ſecundum Guiliel. in ſpe. de arbit. ⸿. reſtat. in fine. quod intelligo de voluntario compromiſſo. & ibi, *ingredi*: de hoc. j. quæſtione prima. qui ſtudet. in gloſſa vlima, & xxiij. quæſtione quarta. vir cum propriũ. & ibi dicit Ioã. & Vincen. & hoc verum, ſi agat excommunicator, vel is, qui fecit excommunicare illum: ſecus ſi alius infra de reſti. ſpo. frequens. libro ſexto. Hoſtien. & eandem gloſſam habes, quarta quæſtione prima, in ſumma. Nec obſtat prædictum capitulum frequens. in fine. quia communio hominum non eſt res eccleſiaſtica. Mart. & ibi, *nullus poteſt*: & ibi notauit hoc Ioan. ¶ Et facit quod notatur. lxxxiiij. diſtinctione. quiſquis in gloſſa. *nota æqualitatem*. in fine. & infra de regu. iuris, non licet. libro ſexto. ¶ In gloſſa penultima, ibi: *quodam modo*: agit. ff. rem rat. haberi. l. quo enim. & l. amplius. in fine. Sed idem dicitur de excipiente quia etiam ille dicitur agerere, & tamen excommunicatus excipit, vt hîc. Vnde verum eſt, quòd qui compenſat, agit quoad hoc: quia habet probare. Sed veritate inſpecta, non agit, quia iam compelleretur aduerſarius reſiduum reſtituere: & ibi quæcunq; vel dicitur, quòd quęcunq; per exceptionem perimi poſſunt, in cõpenſationem nõ veniunt: Sed. l. in peremptoria, loquitur. Iſta verò differt.

SVMMARIVM.

1 *Rem excipiens de rei permutatione non propterea actorem fatetur dominum.*

2 *Falſi exceptionem etiã poſt ſententiam opponi poſſe.*

3 *Epiſcopum quandoque ſine eccleſia eſſe.*

4 *Tranſcribentem reſcriptum nihil de ſuo ponere debere.*

5 *Petitio generalis ab Epiſcopo facta quomodo admitti debeat.*

6 *Appellatione ſacerdotum canonicos etiam intelligi.*

7 *Eccleſiam cum eccleſijs, & cum rebus alijs quoad proprietatem permutari poſſe. Et quid de vna eccleſia ad plures eccleſias. nu. 8.*

9 *Diſpenſatio cum neceſſaria eſt, perſonalis efficitur, nec ad alium tranſit.*

10 *Permutationem inter contractus bonæ fidei computari.*

11 *Prælatos rerum eccleſiaſticarum dominos non eſſe, ſed pro dominis haberi.*

12 *Exceptionem obijciens de intentione partis aduerſæ non intelligitur confeſſus.*

13 *Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet.*

14 *Damnum vnde dicatur.*

15 *Prælatum deteriorem eccleſiæ conditionem facere non debere.*

17 *Eccleſiam poſſe reſtitutionem in integrum petere, ſi ob delictum prælati lædatur.*

17 *Excommunicationem æquè cadere in perſonam procuratoris ſicut domini.*

18 *In culpa eſſe, qui opera malorum hominum vtitur.*

19 *Dolum procuratoris generalis nocere domino.*

20 *Sententiam vſque ad. xx. annos retractari poſſe prætextu falſorum inſtrumentorum.*

21 *Bona eccleſiæ eſſe collegij.*

22 *Res acquiſitas de bonis eccleſiaſticis proprias non eſſe.*

23 *Clericos non debere pauperibus ſuperflua errogare.*

24 *Sacerdotem de altari viuere debere.*

25 *Epiſcopatus, vel clericatus tempore ſi clerici agros emant rerum Domini inuaſores ſunt cenſendi, & tenentur.*

26 *Conditionem iniquam alteri per alterum inferri non debere.*

27 *Prælatos furtum committere, ſi fructus percæptos aliter diſtribuãt quàm debent.*

28 *Prælatus non niſi pro neceſſitatibus proprijs, & ſeruitorum ſuorum retinere de bonis eccleſiæ debere.*

29 *Recipientes eccleſiam ſicut monaſterium cenſeri ſuſcipere filios.*

30 *Cum verba poſſunt ſtare in proprio ſenſu nõ eſſe recedendũ ab illo*

31 *Redditus clericorum ex cõmuni verborũ acceptione qui dicantur.*

32 *Inſtrumento ſublato, ſublata eſſe omnia, quæ in illo continentur.*

33 *Inſtrumento, vt falſò comprobato tolli radicitus fundamenta cui intendebat confeſſio.*

34 *Confitentem aliquid, cõfiteri videri quicquid ex illo ſequitur.*

35 *Veritatem errore geſtorum non vitiari.*

36 *Credendum, & tenendum quis quid indubitanter dicitur.*

37 *Criminoſum iudicem eſſe poſſe, ſed non teſtem.*

38 *Scripta authentica certa, & indubitata eſſe.*

39 *Quod ab initio nullum eſt, ipſo iure nullo modo retractari poſſe.*

40 *Sententiam latam per falſa inſtrumenta eſſe ipſo iure nullã & quid ſi per falſos teſtes. nu. 41.*

42 *Abſolutionem pro reo latam ſecum trahere executionem.*

43 *Beneficiatum acquirere de fructibus beneficij eccleſiæ, non ſibi.*

44 *Beneficia à quibus canonicè obtineantur.*

45 *Beneficium propriè dici ſuum, hoc eſt titulum beneficij.*

46 *Dominus rerum quis dicatur.*

47 *Hoſtienſem maximum fuiſſe Canoniſtam inter cæteros.*

48 *Fructus beneficiorum qualiter pro debitis obligari poſſunt.*

49 *Res eccleſiæ non eſſe pauperum quatenus ad proprietatem, & dominium attinet.*

50 *Prælatus vtrum de fructibus beneficiorum teſtari poſſit, & numero. 53.*

51 *Beneficiatos vſufructuarijs comparari, quorum ius morte finitur.*

52 *Monaſteria ingreſſos ſe, & ſua Deo dedicare.*

54 *Conſuetudinis magnam authoritatem, & poteſtatem eſſe.*

55 *Conſuetudinem generalem non excuſare clericum dantem in morte omnia mobilia parentibus.*

56 *Ad conſuetudinem inducendam non ſufficere ſcientiam, & tollerantiam principis.*

57 *Conſuetudinis verbum ſimpliciter prolatum de qua intelligatur.*

58 *Res de aliena pecunia emptas ementi interdũ, & non domino pecuniæ adquiri. Et quid de re empta à prælato de pecunia eccleſiæ. numero. 59.*

60 *Prælatos furtum facere, ſi poſſeſſiones eccleſiæ acquiſitas alienent in parentes.*

61 *Prælatus fortius ius habere in vita, quàm in mortis articulo.*

62 *Legem poſſe tollere illud quod ipſa inducere poteſt.*

63 *Prælatus cui comparetur. & nu. 65.*

64 *Fructus quandiu pendent, videri partem fundi.*

66 *Fructus rei dotalis quare dentur marito.*

67 *Meſſibus, & vindemijs recollectis, ſi moriatur Prælatus an debeat fieri diuiſio de eiſdem per ſucceſſorem cum hærede mortui & numero. 68.*

69 *Fructus noui ex eccleſia medio tempore obuenientes non debeant ſucceſſori in prouiſione imputari.*

70 *Debita eccleſiæ nunquid inter onera computentur.*

71 *Fructus non dici niſi illos, quæ reſtãt ſolutis debitis.*

72 *Poteſtatem in totum diſponendi de prælaturis eſſe in Papa.*

73 *Quæſitum vni plene ex vna cauſa non poſſe eidem quæri ex alia.*

74 *Teſtamentum primum reuocari per ſecundum, cum eiuſdem qualitatis, & conditionis eſt vtrunque.*

75 *Fructus non cenſeri obueniſſe, donec maturi ſint, & in eo ſtatu, quo recolligi debent.*

78 *In re mea poſſum facere, quod libet abſque alterius detrimento.*

77 *Conſuetudinẽ interpretari debere vt ſit abſque alterius præiudicio.*

78 *Iudicium idem fieri de parte ad partem, quod de toto ad totum.*

79 *Permutationẽ cum illo qui ius non habet in permutato ius habere non poſſe.*

80 *Rem alienam dantem in permutatione non contrahere*

81 *Permutationem ordinarij cenſeri habere naturã cuiuſdã decreti.*

82 *Decretũ pro falſa cauſa interpoſitum eſſe ipſo iure nullum.*

83 *Dolum dantem cauſam cõtractui bonæ fidei reddere ipſum nullum & numero. 89.*

84 *Ignorantiã præſumi probabilem ſi non habens ius ſit in poſſeßione, & communiter habeatur pro tali.*
85 *Sententia lata per falſos teſtes an indigeat retractatione, vt ſic ipſo iure teneat.*
86 *Agendo contra ſentẽtiam poſſe conſequi quem duplicẽ effectũ.*
87 *Abbatem in peremptoria exceptione ſuccumbentem non condemnari in expenſis.*
88 *Ex productione falſi inſtrumenti debeat ſententia ferri contra producentem.*

¶ CAP. VI.

CVm venerabilis. Quoad caſum principalem hæc decretalis idem dicit cum illa. j. de reli.do.cum venerabilis. quæ etiam loquiť de quæſtione inter eaſdem perſonas, ſed ſup alia eccleſia. Sed quoad titulũ, hoc dicit. Si
1 reus † à quo res petitur, excipiat de permutatione ipſius rei
facta cum actore, nõ ſatetur per hoc actorem fuiſſe domi-
2 num: Secundò quòd exceptio † falſi, etiam poſt ſentẽtiam,
poteſt opponi: & erat hęc decret. in. iiij. compillatione. ſ. de
confeſſ. ¶ Diuide decretalem in duas partes principales, in
prima facti, & proceſſus narratio. In ſecunda diffinitio, ibi,
intelleximus. Prima ſubdiuiditur in tres, quia primò ponit
petitionẽ actoris. Secũdò exceptionem & replicationẽ reorum: Tertiò reſponſionẽ & replicationem actoris: Secunda
ibi, *idem nondum:* Tertia ibi: *ad hæc*. Secũda etiam ſubdiuiť
in tres: quia primò ponit motiuũ diffinitionis, quoddã tollẽs obſtaculũ: ſecũdo diffinit cauſam, quoad ſpiritualia: ibi,
quia verò: tertio quoad tẽporalia ibi verum quia. ¶ Expone
literam: *poſſeßionibus:* iſte Epiſcopus intelligebať petere poſ
ſeſſiones, & pertinẽtias vt de his pro libito diſponeret. Inn.
pertinentijs. De his dic. ſ. de teſti. ipo. Cum ad ſedem in glo.
ſecunda: *Cambium:* id eſt, permutationem. alludit. vulgari.
in ſpiritualibus: in quibus obtinet. *& temporalibus:* in quibus
ſuccumbit, vt ſequiť fundata: quòd tẽporalia quia in ſpecialibus fundata erat de iure, vt in fine ſecundum Hoſtien.
¶ Vel tene propriè, quia adhuc nõ erat probatum. eccleſias
eſſe in diœceſi: *propere:* quaſi nimis ſubitò, vel cito. concordat. xxiij. q. iij. de illicita. ante mediũ: *quod & ſi:* pro quãuis.
& ſupple probaretur, ꝙ ſic ſecundum Hoſti. ſ. de teſti. ex tenore. *Inſtrumentum:* non originale: ſed tranſumptum. vt. j.
patebit. Sabineñ. Epiſcopũ. Si quærat in tranſcripto, nõ tamen in originali: vt. j. patet. &. j. hoc eſt quãuis eſt Epiſcopus ſic allegaret, adhuc tamen aliâs ius ſuum fundare noluit
vt ſequitur ſecundũ Hoſti. bona eius, ſcilicet eccleſiæ, quàm
petebat diutius, id eſt aliquo tempore: nõ enim præſcripſerat, vt in fine. Intelleximus, hic incipit ſententia Innoc. tertij. *non dicatur:* ſimpliciter ergo dicebatur ibi Epiſcopus, non
3 expreſſo loco: nam † quãdoq; eſt Epũs ſine eccleſia. ſ. de ordinatis ab Epo. c. vno &. j. de tranſla. epiſ. c. ſecundo. euitanda eſt igitur ęquiuocatio. ſ. de reſcriptis. c. ſignificãte. facit
ſ. de fide inſtru. c. inter dilectos. ver. eadem. ij. *tranſcriptum:*
4 qui † trãſcribit, nil de ſuo ponere debet in tranſcripto: ſicut
de iudice & teſte dicitur. in. q. ix. plura Gof. *nolumus.* i. nolle,
volumus ne ſit pro ratione volũtas. Hoſtiẽ. Epiſcopale ius,
hoc in quibus cõſiſtat habet de offi. ordi. conquerente. & c.
5 dilectus. ¶ Nota primo hanc † petitionẽ generalem Epiſcopi. videlicet eccleſiæ cum ſuis poſſeſſionibus & pertinẽtijs
admittendam: de quo ſcripſi in prędicto. c. Cum ad ſedem.
¶ Sed nũquid in alijs, quàm in Epo procederet talis petitio.
dicit Innocẽ. ꝙ hanc petitionẽ reputant quidam ſatis congruam, etiã ſi tantùm intenderet petere rationẽ ſibi reddi:
vt pote patronus clericus qui ſolùm intendit ſibi debere rationem reddi. j. de priuilegijs. c. iij. §. in literis. ¶ Imò plus
dicunt aliqui idem in patrono laico: quaſi hoc verbo peto
eccleſiam cum ſuis poſſeſſionibus & pertinentijs nõ intelligatur petere, niſi ius patronatus. ſ. de indi. c. examinata. qd
non placet. Innoc. cum in poſſeſſione huius, nullum ius habeat. j. de iure patronatus. quod aũt. § j. x. q. j. c. j. & ſequenti.

Sed dicit, quòd in patrono clerico cuius fundatione cõpeteret ius patronatus: benè admitteretť libellus talis. xvj. q. ij.
Si quis Epiſcoporũ. Sed ſi ex donatione laici hoc haberet, ſecus quia tunc nõ poteſt petere, niſi quod author ſuus à quo
cauſam habet. ¶ Cuius tamen eſt, ꝙ etiam clericus ex fundatione patronus nõ det talem libellum, ſed petat ius patronatus, vel rationẽ adminiſtrationis qui habet ius ſecũdum Innoc. Sed Hoſti. dicit ꝙ nunquã per petitionem hîc poſitam,
poteſt exigi ratio: ſed petenda eſt in genere & in ſpecie. ff. de
tu. & rationibus diſtrahẽdis. per totum. & neceſſe eſt exprimi qualiter ſiue qua de cauſa hoc petat: vtrum, ſcilicet vt patronus, vel vt alius, ſic enim formandus eſt libellus, ꝙ reus
deliberaret poſſit, vt patet ex lectis & notatis, de libelli oblatione. c. ij. & c. iij. modo ſine hac declaratione deliberare non
poſſet. ¶ Secundò nota, ibi cum ſuorum ſacerdotum aſſen-
6 ſu, quòd † appellatione ſacerdotũ, intelliguntur canonici
eccleſiæ Cathedralis quodq; ſine cõſenſu canonicorũ ſuorum, nõ poteſt Epũs præiudicium perpetuũ inferre eccleſiæ. ſ. de procur. c. primo. & c. tua & cle. ſi vna de rebus eccleſiæ. nõ alie. etiam ſi ex cauſa permutationis fiat. Quia licet
in permutatione vna res ſubrogetur alterius, tamen ibi fit
alienatio perpetua: & quandoq; propter inæqualitatem Valẽtiæ affertur eccleſiæ præiudiciũ valdè magnum. ¶ Tertiò
7 nota, quòd † nedum beneficiũ cum beneficio, vel poſſeſſio
cum poſſeſſione, ſed etiam eccleſia cum eccleſijs, imò etiam
cum rebus alijs quoad proprietatẽ permutari põt: quodq;
etiam in talibus eccleſiarũ permutationibus res tẽporales &
pecuniariæ interuenire poſſunt: vt. j. ad quæſtiones ſecun-
8 dum Gof. ¶ Quartò nota, quòd † permutatio nedum põt
fieri de vna eccleſia ad aliam eccleſiam, imò etiã de vna eccleſia, ad plures eccleſias iure proprietatis: & ita eſt hîc argumentũ, quòd cum quoad titulus beneficiales fit permutatio, põt fieri de vno beneficio ad plura beneficia: quod corã
me tanquam coram referendario Papæ apud ſedem Apoſtolicam ſępiùs fit. & facere quod not. de mutu. peti. c. ij. vbi
notatur, quòd cõuentus ſuper vna cauſa, poteſt ſuper pluribus recõuenire actorem: Sed illud eſt fauorabile, vt quis coram pluribus nõ vexetur iudicibus etiam ſuper diuerſis cauſis. de reſcript. c. diſpendia. lib. vj. Sed ꝙ vnus habeat plures
eccleſias, eſt odioſum & iuri nõ conſonum: de præb. quia
intantum. & c. ad hoc põt tamen ſecundũ Io. Cal. tollerari,
ſi talia beneficia poſſint de iure teneri: de reſcript. c. gratia.
9 lib. vj. aliâs ſecus, quia † cum neceſſaria eſt diſpenſatio, perſonalis eſt, & ad alium nõ tranſit. vij. q. j. petiſti. cum ſimilibus.
& ideò dicit Martinus, hoc ſanè intelligendũ. videlicet dũmodo natura beneficiorum ratione incõpatibilitatis, & neceſſarię diſpenſationis hoc non impediet: iuxta lecta & notata. j. de præb. de multa. & de officio ordinarij. c. ordinarij.
lib. vj. & Io extrauagan. Io. xxij. execrabilis & dummodo cõditio pſonæ ratione illegitimitatis aut alteri⁹ inhabilitatis,
non repugnet: prout ſcripſit Alex. de Lentilla poſt Fredericum, in. c. licet. de rerum permu. lib. vj. in. vij. q. primæ partis:
& Fredericus in tractatu de renũ. permutati. q. xij. dicam in
10 princi. c. licet. ¶ Quintò nota, ꝙ permutatio † inter contractus bonæ fidei computatur: & ideò nõ niſi cum dño, vel
cum dño qui habetur loco domini. legitimè celebrari põt.
¶ Ex quo ſumitur argumentũ, quòd in permutatione beneficium, niſi vterq; ius habeat in beneficiu pet cum permutato ex toto, & collationes hincinde factę ambę irritę ſunt ad
11 quod. j. redibo. ¶ Sextò nota, ꝙ † quanquã prælati non ſint
domini rerum eccleſiaſticarũ, iuxta ea quæ ſcripſi de cauſa
poſſeſſionis. Cum ſuper. Si procuratores. j. de do. c. ij. tamen
habentur pro dominis: vnde permutant & alienãt ſicut &
procurator habẽs liberã, ſeruata tamen iuris forma. de quo
remittit Hoſti. ſ. de electione. cum nobis olim. ad finem. &
de rebus eccleſiaſti. nõ alienã. c. nulli. & c. tit. c. dudum. lib. vj.
imò, & ideò de illis pro ſuæ voluntatis arbitrio, diſponere
poſſunt vt hîc dicitur: cõtra notata Archid. de reſcript. ſtatutum. § acceſſorem. & pro notatis Nouellæ de regu. iuris.

nemo poteſt plus.lib.vj.in.q.&.domini Pariſieñ.& aliorum
de offi.ordi. præſenti.lib.vj. & faciunt iſta optimè ad hoc,
quòd beneficiati faciũt fructus ſuos: ad hoc.ĩ.de fideiuſſo.
peruenit, & de clericis non reſi.c.j.§.qui verò.lib.vj.& hanc
opinionem amplectit Hoſtien.ĩ. de præben. de multa.§ is
quoq; ſuper verbo de ſuis,& Henricus de fideiuſſ.peruenit
in vltima diſtin. vbi de hoc valde plenè: licet Bernardus in
prędicto.§.is quoq; ſup verbo prouentibus.& cum Hoſtiẽ.
etiam cõcordat Io.xij.q.j.duo ſunt genera.tamen ipſe Ioan.
j.q.j.res eccleſiæ & Archid.in prin.§.acceſſorem. tenent cõ-
trarium. ¶ Pro prima parte facit bene. extraua. Ioan. xxij.
ſuſcepti reg. iuris circa prin.Et facit qđ notat Inn.de priui-
leg.paſtoralis.in glo.ij. circa principiũ ibi ſuperfluos reddi-
tus &c.ibi ad quos aliàs &c. vt ibi notať per leſſe.& ad hoc
12 redibo in prima oppoſitione. ¶ *Septimò nota, quòd* † ex-
ceptionem obijciens de intentione partis aduerſę nõ intel-
ligitur fuiſſe cõfeſſus de quo hîc per Bernardum in glo.hęc
13 regula. ¶ Octauò nota,in ver.licet autem.in prin. q† deli-
ctum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare nõ debet de
quo per Dynum. & alios.ĩ.de regu.iuris.c.delictum. lib.vj.
¶ Super quo diſtingue ſecũdum Henricũ, quia aut delictũ
non concernit nec poteſt cõcernere alium quã delinquen-
tem, vt quia eſt cõmiſſum non in adminiſtrando, vel gerẽ-
do negocium eccleſiæ vel alterius, ſed aliàs vt quia intere-
mit vel verberauit aliquem, vel furatus eſt librum, & tunc
non redũdat in damnum alterius,quã delinquentis.vt.ff.de
de regu.iuris.l.neq; interdicto. quod vi aut clam.l.is qui in
puteum.§.Si tutoris.quia pœnæ debẽt tenere ſuos authores
vt ſequitur & in hoc cõcordant Hoſti.& Io.And.ĩ.de dona
tionibus fraternitatem. ¶ Fallit in caſibus in quibus vnus
pro facto alterius puniať: de quibus per hoc.ĩ.de pœnis in
quibuſdam per Cardinalẽ.ĩ. de vſufru. c.j.in fine.libr.vj.&
ſtatim tangam. ¶ Aut delictum concernit alium, quàm de
linquentem,vt quia eſt cõmiſſum negocium alterius geren
do. ¶ Et tunc aut quęris de eccleſia obliganda ſeu damnifi-
canda,aut de alio. ¶ Si de eccleſia, refert aut quęris de deli-
cto alterius pſonę quàm prælati, ſeu adminiſtratoris eccle-
ſiæ,aut de dilicto p̄lati aut adminiſtratoris eccleſię. ¶ In
primo caſu refert aut eſt pſona extranea extra eccleſiam vel
de eccleſia,talis tamen quę eccleſiam repræſentare ſeu obli
gare non põt, & tunc delictũ talis perſonæ nõ decet in dam
num eccleſiæ redundare.ſ̃.de elect.c.noſti. &.c.qualiter. in
fine &.ĩ.de his quæ fiũt à maiori parte capituli.c.quæſiuit.
in fine cum ibi notatis. Et eſt ratio, quia alteri per alterum
non debet iniqua cõditio afferri: vt.§.alteri. Et quia pœnæ
debent tenere ſuos actores.C. de pœnis.l.ſancim⁹ & in.d.c.
quæſiuit.&.ĩ.de ſenten.excom.c.Romana.§ in vniuerſitatẽ
libro.vj. ¶ Aut eſt perſona de eccleſia, ſeu extra eccleſiam,
talis tamen q perſonam eccleſiæ ſeu pręlati, vel adminiſtra
toris ipſius,repręſentat, vt procurator œconom⁹. ¶ Et tũc
aut delinquit vltra poteſtatem ſibi cõmiſſam & attributã,
& tunc non debet in damnum eccleſiæ redũdare.C.de pro-
cur.a d vnam ſpeciem.&.ĩ. de offi.dele. Cum olim Abbas.
in fine.cum ibi notatis. Ad idem.ĩ.de elect.ſi compromiſ-
ſarius.§.j.lib.vj.vbi delictum cõpromiſſarij in eligendo ſciẽ
ter indignum, non præiudicat capitulo: quin ad ipſum te-
nertat ius eligendi: & illud ante notauerat Tanc.ſ̃.de elect.
in cauſis.& Bar.Brix.in.q.venerabili quę incipit canonicus
cuiuſdam eccleſiæ. ¶ Aut delinquit iuxta & ſecundum po-
teſtatem ſibi cõmiſſam & attributam, & dic vt ſequitur in
prælato cõmittẽte delictũ,quia regulariter factum per aliũ
de mandato illius, qui poteſt facere valet & tenet dũmodo
ſit tale,quod demandari & per alium fieri poſſit, vt.C.ad.l.
Iul.de adul.l.gracchus.ĩ.de reg.iuris.l.qui per aliũ.&.c.poteſt
quis.lib.vj. ¶ Si quæris de delicto prælati ſeu adminiſtrato-
ris eccleſiæ, tunc refert aut delictũ eſt commiſſum per prę-
latum & collegiũ, ſeu conuentum cõuocato conſilio, & tale
delictum benè redundat in damnum eccleſiæ: vt.ſ̃.de ordi.
cogn.c.Cum dilectus. & hoc dicũt ibi Ber. & Hoſtie.in.ij.
glo.& Hoſti.& Io.And.ſ̃.de dolo.& contu.c.j.& vt lite pen
den.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.primo reſpõ.per eandem viam
facit.xiij.q.ij.c.placuit.C.de ſacroſanc.ec.l.iubemus nullam
nauem. Accur.Archid.& Lamber. ¶ Idem tenet Iacobus de
Bellouiſu.in.libro ſe.de capitulis corr.c.j.coll.x. Et Dynus.ĩ.
de reg.iuris.c.delictum.lib.vj.Et Ber. Brix.in.q.dominicali.
eſto q monachũ dicens ſecũdum Tanc. quòd ſi Abbas ſine
conſenſu capituli, monachũ egrotantem vel in delicto re-
pertum recipere noluerit, qui poſteà multa lucratus, aliud
monaſteriũ introiuit, nõ fit per hoc pręiudiciũ primo mo-
naſterio:ſed bona illa habebit. qa delictum perſonæ & capi
tuli vt hic ſecus ſi cum cõſenſu capituli hoc fecerit. ¶ Pro
hoc etiam facit:xv.q.ij. ita nos.ff. quib⁹ modis vſuſfr. amit.
vſuſfructu ciuitati verſu & collect.vt.ff.de le.iij.l.pater filiũ
§.tuſculanus.C.de dona.l.fin. ¶ Fallit in caſu,vbi pœna de-
licti in ſubuerſionẽ ipſius eccleſiæ redũdaret:ar.no.in Spec.
de dona.§.j.verſi.quia ſi aliquis baro. vbi dicit, quòd ſi aliqs
baro ędificauit vel dotauit monaſteriũ, & poſteà Abbas &
monachi illius monaſterij fiunt erga eum ingrati, copulan
do fortè inimicitias cum municis eius,nõ tamen Papę hoc
monaſterium deſtruetur,nec bona ei collata auferentur.
¶ Aut delictum fuit cõmiſſum per prælatum ſeu admini-
ſtratorem eccleſiæ ſolùm nõ euocato conſilio collegij, vel
conuentus,& tunc aut eccleſia certat de lucro captãdo, aut
de damno vitando. *Si de lucro captando*, tunc redundat in
damnũ eccleſiæ prout lucri omiſſio,põt dici damnũ.arg.C.
de acqui.poſſ.l.fina.hoc notant Lauren. Vincen.Hoſti.& Io.
And.ĩ.de dona.c.fraternitatem. ¶ Item notat Cardinalis in
c.alleg.delictũ.& facit.ad hoc.ĩ.de ſepul.c.j.libr.vj. Et quod
notat Io.And.ibi in Nouella,ſuper vltima glo. ¶ *Si de dam
no vitando*, tunc ex delicto prælati peruenit ad eccleſiã, &
tunc inquantũ peruenit ad eam, tenebiť de delicto prælati
ſeu adminiſtratoris ſicut pupillus, teneť ex dolo tutoris.ff.
ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſus.eſt.l.j.§. de edicto.l.ſed ſi ex
dolo de ac.emp.l. Iulianus.§.idem Iulius. quãdo ex facto tu,
l.iij.§.j. & ſicut pater teneť ex delicto filij, & dñs ex delicto
ſerui,quatenus ad eum pũenit: vt.ff.de vi & vi.ar.l.j.§. Cum
igitur: &.§.ſi quis vitur tamen.&.§ ſi filius.de pecu.l.iij.§.ſi ex
cauſa.& ſicut teneť vniuerſitas,quat in⁹ ad ſe peruenit ex de
licto alicui⁹,qui vniuerſitati prçeſt.ff.de vi & vi.ar.l.j.§.fi.vi.
metu & de dolo.l.Sed ex dolo.§.j.Ita etiã intelligo.ĩ.de vſu-
ris:quia in omnib⁹.§ fin.vbi dicit, Alanus & Ioan.And.poſt
eum, q licet regulariter delictũ pſonæ nõ noceat eccleſiæ illi
tamen oblationes in odium recipientis ab eccleſia, auffere-
tur & eſt ſimile.xx.q.iij.cõſtituit. ¶ Quod intelligo,quia ad
eccleſiam pũenit. Tunc enim eccleſia nõ videtur pati dam-
14 num,cum de ſuo nõ ſoluat. ¶ *Sed quod ad eum peruenit* re
ſtituat,& † damnũ dicitur à patrimonij in diminutione.vt
ff.de dam. in fect.l.iij. vt hoc notant Cardi nalis & plenius
Dynus in.c.alleg.delictũ. ¶ Aut ex delicto prælati nõ perue
nit ad eccleſiam,vel pũenit, & exigiť ſeu damnificari perit
vltra quam pũenit. Et tunc aut agere de iudicialibus,& tũc
fauore iudiciorum,ſiue delictum ſit in faciendo,ſiue ſit ob-
mittendo.ĩ.de cenſibus.c.cum olim. & de delicto in obmit
tendo,probatũ.ſ̃.de in integ.reſti.auditis.vbi delictũ quod
fuit in obmittendo præiudicabit eccleſiæ: ſed contra hoc
fuit reſtituta: vt notat Io.and.in.c.alleg.delictũ. ¶ Aut agiť
de extraiudicialibus, & tunc refert aut delictũ conſiſtit in
faciendo ſeu cõmittendo,aut conſiſtit in omittendo ſeu ne
gligendo. ¶ In primo caſu delictum perſonæ nõ deberet in
damnum eccleſiæ redũdare, vt hic.&.ĩ.de regu.iuris.c.deli-
ctum.libr.vj.xvj.q.v.c.j.&.c.ſequenti. Si Epum. quod abſit.
¶ Fallit in caſu,quando prælatus cõmittit feloniam contra
dominũ feudi, à quo eccleſia tenet ipſum: qa priuabiť ipſo
feudo,quandiu prælatus cõmittens feloniã erit ſeu manebit
prælatus:& hoc vt ipſe dñs habeat ſuæ iniurię vltionem:vt
in.lib.feudi.de capitulis corradi.coll.x.c. iam alleg.& notat.
G.de Montelaud.extra de hęre.c.ij. ſuper verbo ſcienter ac-
ceptent in cle. ¶ In ſecundo caſu redundat in damnũ eccle-
ſiæ:vt

ſię vt.xvj.q.iij.placuit.j.de pręſcript.c.j.& p totū j de dona.
c.fraternitatē ſecundō Ala.Ber.& Hoſt.ibi idem Car.& Io.
And.in.c.aſſe.delictū.& leſſ.extra de reſti. in integ.c.j. ſuper
15 verbo pōt.in cle. ¶ Ipſe tamē † prælatus deteriorē conditio
nem eccleſiæ facere: nec in faciēdo nec in omittendo, vt in
c.allegato fraternitatē.ſecundū Gof. & Hoſti.ibi.Ar. iſtorū
iurium fuit iudicatū in parlamento Francię ꝙ mortuo pręlato contra quem ſuper delicto ſuo puta violētiæ per eum
commiſſę ad inſtantiā procuratoris regni,vel aliàs lis fuerit
conteſtata nū tranſit actio in ſucceſſorem:vt teneatur litē
prędeceſſoris delinquētis in ſe ſuſcipere: & hoc notat Spec.
ti.de inquiſitione.§.nunc vidēdum ver.ſed nūquid fiet: in fi.
¶ Pro hoc facit quod notat Io.and.poſt Boaci.j.de priuilegijs.c.j.glo.vlti.in Nouella.lib.vj.dicens,ꝙ monachus monaſterij,& prior prioratus non exēpti excōicatus p ordinariū
poſt reuocationē& reuerſionē ad clauſtrū,remanet excōicatus ſi proprio nomine fuit excōicatus:Secus ſi ſolùm prioratus,vel dignitatis nomine fuit expreſſum per decret. Quoniam Abbas.ſ.de offi.dele. ¶ Abſit tamē,ꝙ excōmunicatio
prælati ex propria culpa proueniens, licet ſucceſſorem niſi
illam culpam propriā faciat:quia tunc ſecus pro eo qd le.&
16 not.j.de iniur.&.§.fin.&glo.fi.¶ Et nota,ꝙ † quidam dicūt,
& fortè non malè, ꝙ in caſibus in quib⁹ eccleſia per delictū
pręlati vel adminiſtratoris ſolius ſiue collegij,vel cōuentus,
conſilio,vel cum cōſilio lęderetur,ꝙ ipſa eccleſia poſſet petere reſtitutionem in integrū:maximè ſi contra prælatū recurſum habere nō poſſit.ar.C.ſi tutor vel curator. inſt.l.j.&
ſecunda.¶ Et de iſta materia,ſcilicet quādo ex cōtractu vel
delicto prælati. eccleſia teneaſ vide per Io. de Mon. laud.j.
de priuilegijs.c.j.ſuper ver.quę occaſione in cle. ¶ Si quęras
de alio,quàm de eccleſia, vtrum delictū perſonæ debeat in
damnum ipſius redundare. ¶ Diſtingue aut perſona delinquēs non eſt procurator ſuus,nec aliàs perſonā ipſam repręſentans,& tunc nō nocet ſibi,vt.ſ.dixi in eccleſia quæ pœnæ deberēt tenere ſuos authores.C.de pœnis.l.ſancim⁹ pro
hoc.C.ne filius pro patre per totum, ne vxor pro marito p
totum. ¶ Fallit in ſeruo delinquēte, qui dn̄m ſuum obligat
noxaliter.ff.C.& inſti. de noxalibus, per totū, & in interdicto quo vnus pro alterius delicto puniſ.ſ. de offi.dele.c.Sanè quia in fine.j.de ſpon.non eſt nobis.Et in alijs caſibus in
quibus vnus pro alio punitur:de quib⁹.j.de pœnis in quib⁹
per Hoſti.& p Card.j.de vſur.c.j.lib.vj. vt.ſ.dixi.¶ At perſona delinquēs eſt procurator, vel adminiſtrator ſu⁹,& tūc
aut procurator ſeu adminiſtrator delinquit dn̄o inhibente
expreſſè,vel tacitè:& tunc ſibi nō præiudicat.j.de ſymo.ſicuetuis.vbi dn̄s inhibuit expreſſe.C.de procur.l.maritus.&
j.de pig.c.ſignificante.vbi inhibuit tacite, qa vnum mandādo,aliud inhibere videſ: vt in.l.maritus & vnum mādando
contrariū,multomagis inhibere videtur vt in.c.Significāte.
¶ Fallit in caſu, vbi dn̄s eſt in culpa pręcedēte delictum,&
ipſum euenire poſſe,ſciēs debuit & potuit veriſimiliter cogitare,vt legitur & notaſ.j.de homicid.c. is qui mādat.lib.
vj.¶ Aut delinquit dn̄o mandāte & iubente,vel ratum habente expreſſè vel tacitè:& tunc præiudicat dn̄o.C.de accu.
l.nō ideò.ff.de vi,& vi.ar.l.j.§.deiecisſe.&.§.quoties.j.de ſen.
excom.c.mulieres.& in.c.alleg.ſicut tuis.ver.poſteà & de homicid.c.j.j.& de ſent.excom.c.cum quis.lib.vj. ¶ Fallit vbi
mandatū eſſet generale, illud enim nō ligaret mandantem:
cum in eo nō veniant illicita.vt.ff.de condi. inde.l.ſi procurator.§.celſus.mandati.l.creditor.§.lucius.¶ Itē fallit vbi perſona mandās vel ratum habēs eſſet talis, quę delinquere nō
poſſet:vt pupillus,nō doli capax & furioſus.ff.de iuris.& facti igno.l.ſi.ff.de iureiur.l.illud.j. delict.puerorum.c.j. cum
ibi notatis. ¶ Aut delinquit,dn̄o non mādante nec ratum
habente,& tunc aut ex delicto procuratoris ſeu adminiſtratoris,dn̄s eſt factus locupletior aut nō. ¶ In primo caſu tenetur,vt dixi in eccleſia.ff.de dolo.l.ſed ex dolo.de admi.tu.
l.vltima.¶ In ſecūdo caſu refert aut pœna talis delicti ęque
poteſt cadere in perſonā procuratoris,ſeu adminiſtratoris,
vt in perſona dn̄i.aut nō.In primo caſu ſolus pcurator,ſeu
adminiſtrator tenetur:vt.ff.ſi quis ius dicen.non obtemperauerit.l.j.§.ſi procurator.de reg.iuris.l.neq; interdicto.vnde
vi.l.meminerūt.¶ In ſecundo caſu,tunc dn̄s punitur.& habet regreſſum cōtra procuratorem: vt. l.quibus aut in.d.l.
polla.de erogati. milit. anno.l.ij.libr.xij.de appel.l.aut Hoſtiē. & de ſacroſanc.ec.l.iubemus. nam ibi pœna illa delicti,
non poteſt cadere in perſonam alicuius, qui nō habet nauē.
¶ Sed ſi non eſſet ſoluendo, tunc ęquū eſſet dn̄m non teneri.ar.C.de iudi.properadū.§.fin.Et hanc diſtin.intellige,ſiue
delinquatur in faciendo, ſiue in omittendo. ¶ Sed contra
17 hoc videſ facere.ſ.vt lit.non cōteſt.c.j.in fine.nam † excommunicatio æque pōt cadere in perſona procuratoris, ſicut
in perſona domini, & tamen dn̄s non excōmunicatur, niſi
quā cito ſciuerit & potuerit cōtumaciam procuratoris purgare ¶ Sed potes reſpondere, & dicere ꝙ ibi dn̄s fuit citatus ad diem &non procurator, & ipſi dn̄o non procuratori
fuit dies aſſignata,ad procedēdum:& ideò arguitur delictū
domini,nō procuratoris.Sed hoc non placet,vt ſcripſi.ſ.vt
lit.non conteſt.c.j.in.j.q.licet placere videatur Petro de bellapertica.ff.ſi quis ius di.non obtempera.l.j.§.Si.procurator.
¶ Sed & tunc dices,& ſi hoc eſſet verum,quare ibi non ſtatim punitur dn̄s. ſed datur tempus ad purgandū cōtumaciā
procuratoris? ¶ Reſpōderi poteſt,quia ibi dn̄s citatus miſit
procuratorem,per quē credebat defendi,vnde nō pręſumitur dn̄s poſteà cōtumax ex quo miſit procuratorē, niſi cum
diſtert purgare cōtumaciam eius, poſtquā ſenſit procuratorem non paruiſſe:quia cum excōicatio non infligeretur niſi
pro mortali peccato.xj.q.iij.nemo Epōrum.quod pręſumitur in dubio,ex quo procurator miſit,de ipſius dn̄i innocētia.ar.ff.de pœnis.l.abſentem. ¶ Et ſic ſecūdum iſta, refert
an fuerit iniunctū aliqd faciendū dn̄o, aut adminiſtratori.
¶ Ita intelligunt Lambertus de ſal.Pe.de Bellaperti.& Cynus in.l.alleg.iubemus nullam nauem. &.c.allegato.ſ.vt lite.
non conteſt.& credo ꝙ bene. Sed finaliter dic, vt ſcripſi in
prin.c.j.ſ.vt lite non cōteſt.& in.j.q.¶ Et aduerte quia prędicta faciunt quòd Epūs non teneat ad reſtitutionem damnorum datorum iniuſtè, vel iniurioſè per officialē & vica-
18 rium ſuū.¶ In contrariū tamen facit,quia † in culpa eſt,qui
opera malorum hominū vtitur.ff.de acti.& obl.l. ex maleficio.§.fina.inſti.de obli.quæ ex maleficio.§.fina.Sibi enim imputare debet, qui tales elegit.ff.de nauo.l.cum mandato.
¶ Et pro hoc videtur eſſe textus in authen. vt iudices ſiue
quoquo ſuffragio.§.cos.in fine.Et quod noc.p Ber. & Hoſti.
vt lite non cōteſt.c.j.facit.ff.de offi.pro conſuli.l.iiij.§. perfeciſti.& in authē. de iudicibus.§ nullo. &.§. ſequenti cum ibi
notatis.&.C.quòd me.cauſa.l.ſi per impreſſionem in.fine,&
19 C.de cuſto.reorum.l.ad cōmentarieñ.Et quia † dolus pcuratoris generalis nocet dn̄o.ff.de except. doli.l.apud celſum.§.
quęſitū.in fine &.ff.de tribu.l.procuratoris in prin. pro hoc
&c.de edicto.l.j.§ ij.¶ Præſertim ſi potuit prohibere enim,
& nō prohibuit:quia nō caret ſtimulo ſocietatis honeſtę,
qui manifeſto facinori deſinit obuiare.j.de ſen.excō.c.quātæ.cū ibi dē notatis. Vel ſi poſtquàm ſciuit non correxit,qa
tunc videtur cōſcius.ar. C.de exact.mili.an.l.ij.li.xij.&.C.de
de falſa moneta.l.j.§ dolus. C. de his qui latrones.l.ij.§ domini.C.de inceſ.nup.l.cum ancillis.§ ſi non dn̄s.&.ff.de his quę
deiecerūt vel effuderunt.l.ſi verò.§.poſitum.&.ff.de fluminibus.l.j.§ finali.Et pro hoc multum benè facit,quod notat
Io.And.in Nouella.j.de ſentē.excō.Cum quis. ſuper verbo
ratum.lib.vj.& etiam quod ibi not.per Io.monachi. ſecundum Ber.de boſqueto,in quodā conſilio ſuo.¶ Nonò nota
20 quòd † prætextu falſorum inſtrumentorū,ſententia vſque
ad.xx.annos retractari poteſt.de quo dic vt ſcripſi.ſ. de probationibus.licet. ¶ Decimò nota in fine,ꝙ licet Epiſcopus
in tota diœceſi ſua fundet intentionem ſuam (quoad ſpūalia)de iure cōmuni.x.quæſtione.j. per totum.xvj. qōne. vij.
omnes.tamen non eo ipſo ꝙ eccleſia ſita eſt in alicuius diœceſi temporalia ipſius ſpectant ad Epiſcopum:vnde nō po

teſt ipſa alienare. maximè dum vacat eccleſia, ipſa tamen ec-
cleſia vacante, vel quando non ſupereſt alius Epiſcopus, ha-
bet illam defendere & pro illa agere, de ſucceſſ. ab inteſtato.
c. finali. Et ſi non appareat quis ſit patronus, dicit Innoc. illã
liberam. habet tamen Ep̃us, ibi ius Ep̃ale: & iuriſditionẽ vt
hîc. &. x. q. j. c. j. ij. &. iij. & per totũ. & .j̃. de reli. do. c. de Xeno-
dochio. & c. Cũ venerabilis. in quo caſu ſi nõ eſt collegiata
nec in parochia alterius eccleſiæ, ipſe Ep̃us ponet miniſtrũ
in ea. quãuis aliqui dicãt, ꝙ Ep̃us nõ ponet, ſed populus pręſ
ſentabit. ¶ Sed Inno. dicit hoc iure aliquo nõ caueri. Quod
verum eſt, ſecũdũ Hoſti. niſi ad populũ ſpectaret ius patro-
natus. s̃. de elect. c. ij. & c. querelam. & faciunt hæc ad ea quę
ibi ſcripſi, ſuper verbo populus. rationem aũt adminiſtra-
tionis in omnibus eccleſijs, petit Ep̃s ad hoc. x. q. j. Ep̃m. & q.
iij. c. j. Illis exceptis, in quibus clericus eſt patronus, ſecundũ
Inno. de quo remittit Hoſt. de pręb. c. in lateranẽſi. de priuil.
c. iij. §. in eccleſijs. ¶ Hoſtien. aũt dicit, per prædicta patere ꝙ
Epiſcopus in collegiatis eccleſijs nõ ponit miniſtros, ſed col
legium eligit. s̃. de elec. c. j. & c. Cum terra. & hoc etiã tenet
21 Io. cal. s̃. de elect. Cum eccleſia Vulterana. Quia † bona ec-
cleſiæ ſunt collegij. j̃. de teſta. relatum. §. nomine. Et eſt hoc
notabiliſſimũ quoad capitula collegij: & cõuentus eccleſia
rum collegiatarũ, quod nedũ in prębẽdis, imò & in omni-
bus alijs beneficijs eccleſiarũ ipſarum, ſaltem quoad ius præ
ſentandi fundant intentionem ſuam, de iure cõmuni: & nõ
Epiſcopi. ¶ Poſſet tamen de cõſuetudine id Ep̃o compete-
re. s̃. de reſti. in integ. c. ij. de quo tamen latius ſcripſi. in præ-
dicto capitulo. Cum eccleſia Vulterana. Item patet, ꝙ in ec-
cleſia ſita in parochia alterius Ep̃us non ponit miniſtrum.
¶ Sed rector parochiæ præſentabit: & facit quod not. de iu
re patro. Signifi. quin negligẽte, Ep̃s ipſum deponet de quo
remittit Hoſti. de eccleſijs ædificandis. ad audientiã. j. Et vi-
de ſuper hoc Nouellam. de regu. iuris. quod alicui. lib. vj. in
mercuriali. ¶ Per quę de tempore domini Bernardi de Boſ
queto, dixerũt aliqui auditores in cõſilijs Rotę, ꝙ ſi in eccle
ſia parochiali ſpectante ad præſentationẽ Abbatis, fundenſ
capellaniæ de redditibus extrinſecis, iure patronatus: ſeu
præſentandi fundatoribus nõ retento, ſpectant ad præſenta
tionem Abbatis. Quia ex quo fundanſ in eccleſia, cedunt
eccleſię de eccleſijs ædific. ad audientiã. de iure pa. poſtulaſti
ar. ff. de dam. infec. l. damni. §. ſi quis vicinas. ¶ Sed alij dice-
bant, ꝙ imò ad Epiſcopũ, quia diſtinctę ſunt ab eccleſia. ar.
ff. de acqui. re. do. l. in agris. & de vſufr. l. item ſi fundum. §.
hinc vicinus. ſecundo reſpõſo. & de reſcripe. literas. in cle. &
maximè, quia fundatę ſunt de redditibus extrinſecis, Et iſta
eſt veritas quia ius ſpeciale, nõ extenditur vltra caſum ſuũ.
ff. de legib. l. ius ſingulare. imò in caſu nõ expreſſo, recurriſ
ad ius cõmune. ff. de condi. ob cauſam. l. ſi extraneus. & ſu.
ma. l. ſi cùm dotem. Et quod legitur & notatur j̃. de reſcript.
c. ſuſceptum. lib. vj. ¶ Vltimò nota, quòd actore non probã
te & c. C. de eden. l. qui accuſare. s̃. de cauſa poſ. c. Cum eccle-
ſia. Vnde dicit hîc Pe. apertè colligi, ꝙ licet excipiens defi-
ciat in probatione exceptionis quã proponit, non tamen
condemnatur, niſi actor probet intentionẽ ſuam. ¶ Primò
opponitur cõtra ſextum notabile, & illud quod ibi ſcripſi,
videlicet beneficiatos facere fructus ſuos. ¶ Et primo de ca
pitulo ſtatutum. §. acceſſorem. de reſcript. lib. vj. in. ver. alio-
quin vbi dicitur ꝙ ſi delegatus ratione dignitatis, vel præ-
bendæ deputatus à Papa ſibi in caſu in quo non eget, acceſ-
ſorem adiungat, tenetur illi prouidere de ſuo proprio & ſic
non de fructibus beneficiorum ſuorum, quia ſui proprij nõ
ſunt: quia illud ſignat verbum proprio. vt patet ex his quæ
notantur per Archidiaconum de electione. c. nulli. eodem
libro in gloſſa vltima. vbi plenè de verbo proprio & habet
ſimile decimaſecunda quæſtione ſecunda, ſtatuimus. in fine.
& c. ſequenti. & c. diaconi. & infra de appel. c. reprehenſibi-
lis. §. ſi autem. & infra de ſenten. excommunica. ea noſcitur.
& quod legitur & notatur per Ioan. Tancre. Goffre. & Inno
cen. infra de præbendis. c. de multa. §. is quoque. ¶ Secundò
22 opponitur, quia res † acquiſitæ de bonis eccleſiaſticis, non
ſunt proprię decimaſecunda quæſtione prima. res eccleſię,
cum ibi notatis per Ioan. vbi notat, quòd illud ſolùm cleri-
corum eſt, quod probabili ratione conſumitur: nec alio mo
do debent diſpenſare res eccleſiæ, niſi in ſuas neceſſitates &
eorum quę ſeruiunt ſibi, & etiam pauperibus derogare poſ-
ſunt. ¶ Tertiò, opponitur per notata Innocen. de ætat. &
qua. inde quorum. vbi huius ſententiæ videtur eſſe Inno-
23 centius. ¶ Quartò, nam clerici † debent neceſſaria ſibi
retinere, & pauperibus ſuperflua derogare: & ſi contra fiet,
hoc eſt iniquitas. vt patet in eo quod legitur & notaſ. xxxij.
quæſtione. iiij. ſi non ſunt in fine. Vnde ſi de bonis eccleſia-
ſticis. emit equum clericus, ille nõ eſt ſuus: vt notatur in pręe-
dicto. c. res eccleſiæ. ¶ Quintò, ad hoc facit optimè quod
legitur & notatur. xl. diſtin. in principio ver. ſacerdos. vbi di
24 citur, quòd † ſacerdos de altari debet viuere: & nõ luxuria-
ri. & vt ibi notatur victus, ibi accipitur pro neceſſitate vi-
ctus & veſtitus, vt. xij. quæſtione. j. Epiſcopus. Quod tamen
qualiter intelligendũ ſit, notatur. xvj. quæſtione. j. c. primo.
¶ Sextò quia dicit canon, quòd quicquid de prouiſione ec-
cleſię ſuæ fuerit ſiue de agro, ſiue de fructibus ſuis, de obla-
tionibus, omnia in iure eccleſiæ obſeruare cenſemus. xij. q.
j. §. de rebus. & §. ſi ergo. ¶ Septimò, nam vſus & nõ proprie
tas rerum eccleſiaſticarum, tam mobilium, quàm immobi-
lium conceditur clericis. xij. q. ij. c. vltimo, & quęſtione. ij. ſi-
ne exceptione. ¶ Octauò quia conſueuit dici, quòd acqui-
ſita de bonis eccleſiæ poteſt eccleſia vendicare. xij. q. iiij. Sa-
cerdotes. & q̃one vltima. fixum. ar. eadem cauſa. quęſtiõe. ij.
Apoſtolicos. in fine. vbi de hoc & patet in eo quod legitur
& notatur. j̃. de pecu. clerico inquirendum. ¶ Nonò, Caſus
25 eſt. xij. quæſtione. ij. c. placuit. vbi dicitur, quòd † Epiſcopi,
præsbiteri, diaconi, vel quincunq; clerici qui nihil habẽtes
ordinẽtur, & tempore Epiſcopatus vel clericatus ſui agros,
vel quæcunq; prædia nomine ſuo comparent, tanquàm re-
rum dominicarum inuaſores animę teneantur. & c. vbi eſt
expreſſum de quocunq; clerico, Et ita intelligitur per Bart.
Brix. eadem cauſa. q. iiij. c. iiij. Et etiam clarè colligitur. xij. q.
j. §. vltimo per quod tollitur diſtinctio quam faciunt quidã,
inter canonicum præbendarium & prælatum, quæ conti-
net hæreticum in iure ſecundũ Archidiac. licet eam ponat
Io. And. j̃. de o. li. ordi. c. præſenti. lib. vj. & Hoſtié. j̃. de pec.
cleri. c. ſi quis ſanè. & Gartias, & Car. j̃. de rebus eccle. nõ alie.
c. cõſultiſſimo. lib. vj. & Henricus in prædicto. c. ſi quis ſanè.
¶ Decimò videtur hoc poſſe dici, per id quod habetur. xvj.
q. ſexta. §. vltimũ. in fine nec obſtat de clericis non reſiden. c.
conſuetudinem. lib. vj. vbi dicitur, in. §. qui verò. quòd caſu
dictę prohibitionis, præbendarius rerum acceptarũ, domi-
nium non acquirit: nec facit eas ſuas inmuẽs à contrario, ꝙ
extra caſum illius prohibitionis, eas ſuas faceret: & dominiũ
illarum ſibi acquireret. Nam ad hæc rñdet Archidiaconus,
dicens ſe fateri ꝙ clerici talium fructuũ perceptorum ſunt
domini & habent eorum proprietatem, quantum ad fide-
lem & debitam diſpenſationẽ faciendam ſibi aut ſuis. l. di-
ſtintione ſtudeat. in fine. lxvj. diſtin. nõ ſatis. ver. Item eſt pro
banda. & pauperibus. xij. q. j. quia tria. vbi in fine dicitur, ꝙ
ſupereſt, date eleemoſynam. & patet in eo quod legitur &
notaſ. xvij. diſti. Sicut hi. & ſecundũ hoc intelligiſ pręedicta
decretalis. conſuetudinẽ & hoc eſt quod probatur. xiiij. q. j.
§. quia ergo. vbi diciſ quòd clerici vtuntur rebus eccleſiæ nõ
vt ſuis, ſed tanquã ad diſpenſationem ſibi creditis, ideſt, cõ-
miſſis. ¶ Item non obſtat. c. peruenit. infra. de fideiuſſ. nam
ſicut clarius colligitur ex antiqua. illud contingit ibi ex au-
thoritate ſiue ſpeciali mandatu Papę: aliàs fuiſſet iniquum,
quòd eccleſia ſiue pauperes, fuiſſent damnificati ex facto
illorum clericorum: argumento huius dictæ decretalis.
26 Nam † alteri per alterum iniqua conditio afferri non de-
bet, vt eſt in regula iuris: & fructus qui ſuperſunt clericis, ma-
xime ſunt eſurientiũ: vt in pręedicto. c. ſicut hi. in fine. ¶ Vel
dic, ꝙ licet Papa ibi mãdet ſatisfieri de redditibus illorum
clericorum

clericorum,non tamen ex hoc colligitur:quòd illi redditus
prouenerint ex bonis eccleſiæ: & ſic non obſtat ipſa decre-
talis peruenit.ſecundum Archidia.¶ Ex quo infert Archi-
27 diaco.quòd † ſi Prælatus vel clericus fructus perceptos ali-
ter diſtribuat,quàm debeat,furtum committit. ¶ Ex qui-
bus ſi de iure procedant,clarè infertur,quòd nec iſte textus
in verſicu. ad hæc Epiſcopus.in fine,& in verſicul.porro in
fine.nec prædictum ſextum notabile,nec ea quæ ſcripſi cir
ca illud ſextum notabile,de iure procedunt,ſaltem ad lite-
ram.Solutio duplex dari poteſt,prima ſolutio eſt , ſequen-
do opinionem Archidiaconi,quòd iſta quæ hìc dicuntur,
fuerunt quædam allegationes partis Epiſcopi, quæ ius non
faciunt. ¶ Alia ſolutio eſt,ſequendo opinionem contrariã
Hoſtien.quòd prędicta per Archidia.allegata,aut caſus ſpe
ciales reſpiciunt,aut de conſilio ſunt,aut ad bonam & bene
ordinatam diſpenſationem, abſque domini abdicatione re
feruntur. ¶ Primò enim non obſtant.§ acceſſorem. & cæte
ra iura,quæ volunt aliqua per clericos de proprio eſſe ſol-
uenda,quia poſtquam poſt recollectionem & acquiſitionẽ
fructus huiuſmodi,dicuntur bona clericorum. ¶ Secundò
non obſtant iura quę volunt,quòd bona acquiſita de bonis
eccleſiæ ſunt eccleſię.vt.c.res eccleſię.&.c.placuit.allegatis,
quia huiuſmodi fructus poſt recollectionem, non ſunt ec-
cleſiæ ſed Prælati vel aliter dico , quòd illud eſt inductum
ſpecialiter,ad corrigendum modum communem Prælato-
rum , qui de huiuſmodi fructibus neglectis neceſſitatibus
eccleſię,in emptionibus poſſeſſionum pro ſuis parentibus,
cõmuniter effundebant: & ideò voluerũt canones,ꝙ in pœ
nam illorum & ad prouiſiones eccleſiarum,quòd poſſeſſio
nes ſint emptæ de bonis Prælatorum ab eccleſijs obuenien
tibus,eccleſijs acquirerentur,etiam ſi nomine proprio em-
ptæ forent:vt præallegato capitulo placuit.&.ĩ.de pecu.cle
ri.c.primo.&.c.ij.&.iiij.cum ſimilibus. ¶ Tertiò non ob-
ſtant notata Ioan.in præallegato.c.res eccleſiæ. nam illa re-
ſpiciunt bonam & ordinatam diſpenſationem , quam de-
bent facere clerici de fructibus iſtis,licet bona propria ſint
28 clericorum:nam ſibi † non niſi pro proprijs neceſſitatibus
ſuis & ſuorum ſeruitorum retinere debẽt: reliqua verò de-
bent pauperibus erogare.nam licet quilibet catholicus , ſic
facere debeat,clerici tamen ad hoc multò fortiùs adſtringũ-
tur:eo quòd bona eccleſia vnde iſta proueniunt,à fidelibus
pro pijs vſibus,eccleſijs ab initio donata fuerunt. ¶ Verum
quia ſapientis eſt,etiam præuidere futura ſecundum philo-
ſophum in proœmio metaphyſicæ.Clerici nedum præſen-
tibus,imò etiam & futuris neceſſitatibus ſuis proſpicere de
bent: & ideò ſit ad partem aliquid nõ exceſſiuam pro pro-
ſpiciendo futuris neceſſitatibus ſuis circunſpectio eſt,& di
ſcretio valde magna dummodo moderatè hoc fiat. Item nõ
obſtant notata Innocen.in prædicto.c.inde quorum.in glo.
ij.in fi.vbi dicit,quòd in bonis clerici decedentis pater non
habet ſucceſſionem:cum de illis teſtari non poſsint.ſed oĩa
debeant eccleſiæ remanere.ĩ.de teſta.c.cum in officijs. &.c.
ad hæc.& de occu.cleri.c.j.&.iij.&.xij.qõ.iij.&.iiij.&.v. per
totum. ¶ Dico enim, quòd ille eſt etiam ſpecialis caſus , in
quo dominus de rebus proprijs teſtari nõ poteſt: & in quo
parentes & etiam filij,à ſucceſſione priuantur : non enim
in omni caſu,poteſt dominus liberè agere.prout ſibi placet
in re propria.inſti.quibus alienare nõ licet . in principio.&
ideò inhibuit.l.parentibus.ne filijs præteritis aut exhære-
datis ſine cauſa,liceret extraneos inſtituere.ff.&.C.de liber.
præteritis.& exhæreda.& de inoffi.teſta.& inſti.de exhære-
datione liberorum per totum.& in authẽ.de trien.& ſemi.
§.j.& in authen . vt cum de appellatione cognoſcitur.§.
29 aliud quoq;.& eſt ratio duplex ¶ Prima,quia † quis recipiẽ
do eccleſiam ſicut ingrediendo monaſterium,cenſetur filiũ
ſuſcipere in authen.de ſancti.Epi.§.ſed nec in præſenti. quẽ
nec exhæredare nec præterire poteſt: quia non poteſt eſſe
immeritus vel ingratus,non enim poteſt eccleſia ingratitu-
dinem committere,aut aliâs demereri. ¶ Et ad illud quod
dicit Innocen.quòd Prælatus non debet diſpenſare res ec-
cleſiæ,niſi in neceſſitates ſuas,& illorum qui ſibi ſeruiunt,
reſponſum eſt ſupra.Et cum dicit,quòd non licet Prælato
donare inter viuos,niſi pro remuneratiõe ſeruitij, refertur
ad res eccleſiæ:non autem ad fructus proprios : & inquan-
tum ad fructus proprios referretur,debet intelligi de conſi
lio bonæ & ordinatæ adminiſtrationis:non autem de neceſ
ſitate iuris.niſi donatio eſſet multum exceſſiua, & eccleſiæ
multum oneroſa ¶ Quartò non obſtat,quod dicitur,quòd
clerici debent neceſſaria ſibi retinere,& pauperibus ſuper-
flua derogare: quia & hoc facere debet quilibet fidelis à
ſuis patrimonialibus:licet clerici ad hoc magis adſtringũt:
vt dixi & quod dicitur quòd ſi clericus emit equum, ille nõ
eſt ſuus,debet intelligi,vbi emit de bonis eccleſiæ. nam ſi
emeret de fructibus proprijs , ſecus eſſet:nam canones qui
dicunt res emptas de bonis eccleſiæ eſſe eccleſiæ acquiſitas:
aut emptas de rebus ad eccleſiam pertinentibus , aut ad
ſola immobilia referri oportet.ſaluo quòd in Prælatis re-
gularibus verificãtur ſimpliciter prout iacent, pro eo quòd
illi non poſſunt habere proprium de ſta.regula. cum ad mo
naſterium.in fine. ¶ Quintò non obſtãt notata.xl.diſt in.in
princip.verſicu.Sacerdos.quia ad illud reſpondetur ſicut ſu
pra reſponſum eſt , ad notata ſupra in capitulo res eccleſiæ.
¶ Sextò ad illud quod dicit canon , quòd quicquid de pro-
uiſione eccleſiæ. &c. Primò dico , quòd illi non ſunt cano-
nes,ſed dicta Gratiani ſecundò dico,quòd loquuntur in re-
gularibus,apud quos omnia debent eſſe communia. ¶ Se-
ptimò ad illud quod dicitur,quòd vſus & non proprietas,
&c.reſpondeo quòd loquitur in rebus eccleſiæ : vt patet ex
iuribus ibi allegatis , quarum reuera Prælati domini non
ſunt vt plenè ſcripſi.ſ.de cauſa poſſeſ.cum ſuper. ¶ Octauò
reſpondeo ad octauum,prout ſupra reſponſum eſt ad ſecũ-
dum,quia quæ eccleſiæ acquiront , eccleſia non immeritò
vendicare poteſt. ¶ Item eodem modo reſpondeo,ad nonũ
videlicet ad capitulum placuit.quòd etiam loquitur de im-
mobilibus ſolùm:fateor enim vt ibi dicitur,res immobiles
emptas de rebus vel fructibus eccleſiæ etiam emptas nomi-
ne proprio ipſius ementis ,non acquiri ementi:ſed eccleſiæ.
& dico quòd iſte eſt caſus ſpecialis, in quo emens rem im-
mobilem de propria pecunia atq; per traditionem , illam à
domino recipiens,illius dominium non ſibi, ſed alteri. ſci-
licet eccleſiæ quærit.ſi videlicet illa pecunia fuerit de reddi
tibus eccleſiæ recollecta;& eſt ratio ſpecialitatis , fauor ec-
cleſiæ & reſtrictio abuſus Prælatorum indeuotorum,& ni-
mis carnalium,qui parentum vel ſeruitorum ſuorum, vtili-
tates temporales vtilitatibus eccleſiarum ſuarum antepo-
nunt. ¶ Ad §. vltimum. in fine .xvj. quæſtione.vj.patet
etiam reſponſio,ex prædictis quia reuera loquitur in rebus
ad eccleſiam pertinentibus , in quibus delictum Prælati,
non nocet eccleſiæ vt hìc dicitur. ¶ Nec valet ſolutio,
quam dat Archidiaco.ad capitulum conſuetudinem.de cle-
30 ricis non reſi.libro.vj.quia cum † verba poſsint ibi ſtare in
proprio ſenſu,vt patet ex dictis , non eſt per talem ſolutio-
nem temerariam ab eorum proprietate recedendum .ff.
de lega.iij.l.non aliter. Et ad capitulum ſtudeat.in fine. & ad
capitulum non ſatis.verſicu. Item eſt probanda. & ad capi-
tulum quia tua in fine.& ad.§.quia ergo & ad lecta & notata
in capitulo ſicut hi. reſponde ſicut ad alia ſuperius eſt reſpõ
ſum,videlicet,quòd loquuntur non de dominio vel pro-
prietate,ſed de vſu & modo vtendi. ¶ Et ſi opponas di-
cendo non poſſunt vti vſu dominij ,igitur domini nõ ſunt:
reſpondeo quòd argumentum non eſt bonum , & primò
quia licet illud ſit regulare,quòd quilibet in re ſua , liber eſt
moderator vel arbiter.vt.C.mandati.l.in re mandata. ¶ Ta-
meo fallit in multis caſibus, vt patet ex lectis & notatis in-
ſtituta quibus alienare non licet patet etiam in minoribus,
& prodigis,tutores & curatores habentibus. ¶ Præterea,
quia licet non debeant ſecundum ordinatam diſpenſatio-
nem aliter vti , quàm dicti canones , tamen ex hoc non

ſequitur, quin de verò iure, aliter vti poſsint: & quando ſi
aliter vtantur, de iure teneant ea quę faciunt circa venditio
nem locationē, & donationem ipſorum fructuum. ȷ̃. de lo-
cato.c.noſtra.qs eñ diceret, ſi prælatus donat aliqua de fru-
ctibus ſuis parentib⁹, vel foręſibus, aut hyſtrionib⁹, vel his
emit equos, vel libros, aut aliqua ſumptuoſa ornamenta ad
pompam, aut alia huiuſmodi, etiam ad vanitatem, & ſuper
fluitatem contra conſilium canonum prædictorum, quin
tenerent talia etiam de iure nullus vt arbitror dicere vellet
aliàs deciperentur omnes, cum talibus contrahętes. Et hoc
eſt rectè quod vult hîc textus, in verſicu. porro in fine. ibi,
pro ſuæ libertatis arbitrio diſponendo. licet bene fatear, quòd ſi
non vtitur moderatè, vt volunt canones, ipſe peccat ex abu
ſu, etiam quandoq; grauiter. ¶ Item non valet ſolutio quã
dat Archi. ad capitulum peruenit. de fideiuſſo. cum dicit, ꝙ
illud contingit ibi ex authoritate ſine ſpeciali mandato Pa
pæ: quia non eſt veriſimilè, quòd Papa voluiſſet ſpecia-
liter mandare, vel authorizare rem iniuſtam, aut eccleſiæ
præiudicabilem, vt hic patet: quia hîc prohibuit Papa ſpe-
cialiter, ne delictum perſonæ noceret eccleſiæ: licet eñ mã-
datum vel authoritatio Papæ facientē excuſare poſſet à cul
pa & pœna, ſi tamen factum re ipſa eſſet iniquum, illam ini
quitatem non tolleret mandatum vel confirmatio, imò mã
dans vel authorizans à Deo quem habet ſuperiorem, puni-
ri deberet, vt notatur in materia diſpenſationis per Nouel-
lam. in c. de multa. ȷ̃. de præben. nec etiam valeret dicere, ꝙ
31 illi redditus non prouenerunt ex bonis eccleſiæ: nam † red-
ditus clericorum ex communi verbi acceptione dicuntur
illi, quos de eccleſijs ipſis percipiunt: & ſi alios habeant, illi
non dicuntur eorum clericorum, ſed potiùs laicorum exi-
ſtere vt not. in ſimili. ȷ̃. de iure pa. in. c. cum dilectus. & ita in
telligunt prædictum. c. peruenit. omnes gloſſatores. præter-
eà ſi non appareat, quòd habeant alios redditus, præſumi o
tur ab eccleſijs omnia habuiſſe. argu. ff. de dona. inter virum
& vxord. quintus. & eſt textus. C. de Epiſ. & cleri. authen. hu
manã. & in. c. placuit. allegato. ad quod infra redibo in. j. qõ.
¶ Secundò opponitur in ver. ad hæc. Epiſcopus ſuper ver-
bo, *credere.* coniuncto. verſi. *intelleximus.* ȷ̃. ſequen. in quo ver
ſu iſta reprobatio nam videtur malè reprobari, quia ex vir-
tute iuramenti calumniæ, videtur verificari: in illo enim iu
ramento eſt hæc clauſula, quòd iurans, nullam dilationem
requiret ad probandum, niſi quam credet neceſſariam, & ꝙ
nulla falſa probatione vtetur. C. de iuramento calumniæ au
then. in iſto. ¶ Hoc ſuppoſito, aut monaſterium eam pro-
ponens, eam credebat eſſe veram, & tunc procedit allegatio
& per conſequens malè inferius reuocatur: & ſi falſam eam
credebat, faciebat contra iuramentum calumniæ & ꝓpriã
turpitudinem allegabat: & ſic audiri non debebat, vt. ȷ̃. de
dona. inter dilectus. ¶ Inno. ad hoc reſpondet, dicens, quòd
ſiue excipiendo ſiue alio modo quis confiteatur expreſsè in
iudicio intentionem aduerſarij, tunc ſibi bene præiudicãt
& productio & confeſsio antedictæ: ſic quòd ante ſententiã
dicere non poterit, contra confeſsionem ſuam, niſi oſtende
ret errorem: argu. ȷ̃. de accuſa. cum dilecti. & C. de iuris. & fa
cti ignorantia. l. error. & ſ. de tranſact. littereà. & C. de pro
ba. l. j. & ſ. de confeſ. c. ex parte. Sed ſi non confiteatur expreſ
sè, ſed excipiendo tantùm proponat vt hîc, tunc nec confi-
tetur, nec etiam credit quòd priùs eſt talis excipiẽs. Sed etiã
non diſcredit, imò dubitat. quia inter duo veriſimilia agi-
tur. C. de exceptio. l. ſi quidem. ff. de acquir. hære. l. qui putat.
§ qui bona fide. & § fi. & de condi. inde. l. fi. ſecundum Inno.
quod intellige in exceptione ex facto alieno, in quo poteſt
eſſe probabilis cauſa dubitationis inſurgente: ſecus enim ſi
inſurgeret in facto proprio, quia in illo nõ poſſet eſſe com
muniter ignorantia probabilis, vt. ff. pro ſuo. l. fi. ſ. de reſcri.
ab excommunicato. & præſertim ſi ſit factum recẽs, & hæc
menti tene, quia hîc ad paſſum iſtum cõtinuo fit remiſsio.
ſuper quo omnino vide ea quæ ſcripſi. ȷ̃. de lit. conte. c. vno.
lib. vj. articulo. j. q. v. ¶ Nec obſtat prædicta authen. quia li-

cet nõ credat qui excipit, neceſſaria eſt ſibi probatio: vt ſcia
tur an verum ſit, necne id de quo dubitat. Plus dicit Innoc.
quòd idem videtur etiam in actore, quia ſi inducat aliquod
priuilegium, & poſteà illud probetur falſum, licet tacito vi-
ſus ſit confiteri omnia, quæ in inſtrumento continẽtur, &
ſi quæ in eodem inſtrumento erant contra eum: tamen re-
probato priuilegio ſibi non obedit, propter hoc quòd viſus
eſt hoc feciſſe innitens priuilegio, quod ſine dolo verũ pu-
32 tabat. ȷ̃. de ſen. de re iudi. cũ. I. & A. nam † ſublato inſtrumẽ-
to, ſublata ſunt omnia quæ continentur in illo. arg. ȷ̃. de hæ
re. c. fraternitatis. & de fide inſtru. c. inter dilectos. § cæterũ.
& quod legitur & notatur. ſ. de iureiurã. mulieri. ¶ Quin-
imo adhuc plus dicit Innocen. videlicet quòd idem dicen-
dum videtur, ſi expreſsè confeſſus fuit vera eſſe, quæ in pri-
uilegio ſeu inſtrumento continentur, quia ſemper videtur
initi priuilegio quo ſublato, & omnia quæ ex illo ſequitur,
tolli videntur. ¶ Pone tamen, quòd non pronunciatur fal-
ſum inſtrumentum, ſed alium defectum habet, vt puta de-
fectum canonicorum, vel alium ſimilem defectum ſolenni
tatis importans, quid tunc erit? ¶ Reſpondet Innocẽ. quod
tunc ſi pronuncietur tale inſtrumentum non eſſe ſufficiẽs
ad probandum intentum, tamen confeſsionẽ ratã habet: &
ea quæ continet inſtrumentum tanquàm confeſſata, repu-
tabuntur, eſſe vera vt. ȷ̃. de cenſi. c. cum olim. & hoc verum,
etiam ſi confiteretur in genere vera eſſe, quæ continentur
in charta quæ inducitur ad probandum, & non probat, vel
quę aliâs alium defectum patitur. ¶ Tunc enim credit In-
nocẽ. quòd licet promoueatur poſteà illam chartam nõ ſuf
ficere ad probationem, tamen propter confeſsionem, rata
debent haberi omnia, quæ continentur in illa. ¶ Ratio di-
uerſitatis, quia in ſuperiori caſu, quãdo reprobatur † inſtru-
mento vt falſum, probato falſo inſtrumento tollitur radici
tus fundamentum, cui confeſsio inhęrebat. Et ideò neceſſe
eſt, quòd cõfeſsio ei inhærens, vt ędificium etiam tollatur.
j. q. j. cum Paulus. & ȷ̃. de præsbi. non Bap. veniens. Sed in
alio caſu, ſcilicet quando inſtrumentum non probat falſum
ſed ſolùm defectuoſum, tunc quia licet non ſufficiat ad pro
bandum intentionem principalem, aliâs tamen vigorẽ ſuõ
tenet: licet non habeat tantum vigorem, vt credebat qui il-
lud producebat. argu. C. de libe. præteritis vel exhæreda. au-
thentica ex cauſa. ¶ Caue tamen, quia licet prædicta locum
habeant, vbi ſententia lata eſt ſuper falſitate inſtrumenti,
vel alia quæſtione incidenti. Secus tamen eſt, vbi fertur ſu-
per quæſtione principali diffinitiua, quia tunc non obſtan.
prima confeſsione, poteſt ſequi ſententiam is pro quo lata
eſt, & ei initi & etiam directè contra primam cõfeſsionem
venire, vt patet in eo quod legitur & notatur. ſ. de iuretur.
c. mulieri. ſecundum Innocen ¶ Sed aduerte, quia licet ſem-
per iſtud allegetur, tamen valdè dubium eſt: & ideò iſtud re
ſtringe ad caſum in quo res iudicata immutat veritatem rei
confeſſatæ & conuincit confeſsionem contracti matrimo-
nij: pronuncietur matrimonium nõ interueniſſe. ¶ Sic eñ
loquitur. c. mulieri. Sed ſi confeſsio eſſet talis, cuius veritatẽ
contraria ſententia non immutaret, ſed cum ea ſtare poſſet
vt ſi in caſu huius capituli contra confeſsionem permuta-
tionis ſimpliciter factam pronunciaretur pro Epiſcopo, qa
potuit permutatio non valere, ſecundum Martiñ. ¶ Super
quo vide quæ ſcripſi in prædicto. c. mulieri. ¶ Tertiò oppo
nitur, quia contra textum noſtrum videtur, quòd excipiens
de permutatione, & ſi confitens permutationem confitea-
34 tur etiam permutantes fuiſſe dominos, vel quaſi: nam † qui
confitetur aliquid, videtur etiam quicquid ex illo ſequitur
confiteri. octaua diſtinctione quo iure. Reſpondet Innocen
tius dicens, quòd licet excipiat de permutatione, non tamẽ
confitetur rem fuiſſe permutantis. Sed bene confitetur per-
mutantem non poſſe venire contra permutationem, vel re
petere rem quam permutauit: cum aliâs permutatio li-
citè facta ſit. nam ſi non eſſet licitè facta, & expreſsè
confiteretur rem fuiſſe Epiſcopi, quocunque modo
ſiue exci-

ſiue excipiendo,ſiue alio modo, bene præiudicaret mona-
ſterio,& prodeſſet Epiſcopo.ſ.de tranſactio.c. prætereà. li-
cet ſit argumentum contra.ſ.de teſti.veniens. ¶ Vel aliter
ſoluit Innocen.dicens , quòd licet excipiat , non confitetur
tacitè,quia etiam dubius excipit , quamuis tutius ſit: vt ibi
dicit proteſtari hoc modo,non eſt nec fuit res tua.Sed & ſi
fuiſſet res tua,ex cauſa permutationis,in nos tranſtuliſti ſu-
per quo vide in glo hæc clauſula.& quod ibi dicam & ple-
nius de hoc .j. de regu.iuris.c.exceptionem. libr.vj.& vide
quæ ſcripſi.ſ.eo.c.in oppoſitione.ij. ¶ Quartò opponitur,
quia in fine decretalis imponitur ſilentium Epiſcopo, quo
ad temporalia,& tamen Epiſcopus tenetur ſtare permuta-
tioni : quod videtur iniquum , pro eo quòd cōtractus per-
mutationis claudicari non debet.¶ Reſpondet Innocenti.
quòd fortè ideò non præiudicabat inſtrumentum , quia in
permutatione non interuenerat ſuperioris authoritas, nec
etiam alia,quæ de iure interuenire debent.x. qō.ij. hoc ius.
xvij.qō.iiij.in venditionibus. ¶ Vel aliter dicit Innocen. ꝙ
licet producens inſtrumentum ne falſo contra illud dicere
non poſsit.j.de cenſi.cum olim.&.xix.diſtin.ſi Romanorū.
ſicut nec contra teſtes ſuos.iiij.qō.iij. ſi quis teſtibus. & .iij.
qō.viij.cuius in agendo,poteſt tamen dicere contra ſe illud
non facere,vt hic patet:nam licet produxerit inſtrumentū
ad probandum quòd Epiſcopus Sabinenſis fecerat permu-
tationem,tamen admittitur poſteà ad dicendum , quòd nō
35 continetur in inſtrumento.Sabinenſis.veritas † enim rerū
errore geſtorum non vitiatur.ff.de offi.præſi.l.illicitas.§. ve
ritas.ff.ad municipa.l. aſſumptio.ff.de nego. geſt.l. item ſi §.
finali ſuper quo vide Bartolum.ff.de liber.legat.l.aurelius.§.
cum qui.verſi.idem quæſijt. ¶ Subdit etiam Innocen.quòd
licet non poſsint dicere contra ea, quæ continentur in in-
ſtrumento,quod produxi quia ab initio debui videre dili-
genter quæ in eo continentur.¶ Poſſum tamen dicere,con
tra dicta teſtium quod produxi , & etiam eorum dicta ex
ipſis depoſitionibus reprobare.iij.qō.iij § ſi quis teſtibus.vt
le.& not.ſ.de fide inſtrumē.imputari.etiam per teſtes alios
indirectè.ſ.de teſtib.præſentium.in princip.&.c.ex tenore.
item contra teſtem poſſum etiam opponere de corruptio-
ne,& de nouis inimicitijs vt legiť & notatur in prædicto.§.
ſi quis teſtibus.& etiam de noua infamia, vt ſupra de teſtib.
cogen.c.præterea.¶ Ratio autem huius eſt,ſecundum Inno
cen.quare in his & ſimilibus mihi non imputatur mea pro-
ductio,quia quicquid dicturi eſſent , non poterant diuina-
re.¶ Quintò opponitur videlicet contra illud quod proxi
me dixi de cap.ſi quid veri.xxxvij.diſtin.Soluit Innocen. di
cens,quòd aliud eſt in prophetijs & authoribus , in quibus
36 locus ab authoritate locum habet: quia † quicquid dicunt
indubitanter credendum & tenendum eſt.vt.ix.diſtinctio-
ne ergo ſolis.& capitulis.ſequentibus &.xv. diſtin.c. finali.
Et alius in teſtibus & inſtrumentis,quia & ſi authoritatem
habeant vt eis credatur,quandiu non probatur cōtrarium,
tamen probationem in contrarium admittunt.vt.C.de fide
inſtru.l.fina.&.ſ.de teſti.præſentium. Si ergo infideles vel
hæretici prophetias habeant vel authores,qui dicant aliqd
contra eos,vt illorum authoritatibus poſſumus eos conuin
cere & contra eorum errorem argumentari , vt prædicto.c.
ſi tueri.¶ Fatetur tamen Inno,quòd licet infideles de iure
non ſint audiendi contra ſuos proprios & ſpeciales autho-
res,non tamen de iure poſſumus vti eorum authoritatibus,
contra illos quorum non ſunt authores ſeu prophetæ cum
eos reprobemus:argu.ſ.de teſti.præſentium &.C. de falſis.l.
qui falſas.&.C.de rebus credi.l.ſi quis iuſiurādum. Sed nū
quid teſtes pro me inductos poſſum ſaltē in alijs cauſis re-
probare?Reſpondet Innocē.dicens, quòd teſtes pro me in-
ductos non ſolùm in eadem cauſa,ſed etiam in alijs, & non
ſolùm ſi perſona contra quam ipſos produxi primo mo-
do contra me illos producat.Sed etiam ſi quæcunq; alia per
ſona contra me producat eodem,non poſſum perſonas eo-
rum reprobare,ex quo ſemel approbaui eas. argu.iij. q.iij.

ſi quis teſtibus.Et idem dicit in iudice eadem ratione arg.
iij.q.viij.cuius in agendo.¶ Sed caue,quia hoc intelligit In-
no.verum eſſe,videlicet quòd non poſſum reprobare teſtē
vel iudicem,ſcilicet ex cauſa quæ ex me procedit : nam ex
cauſa quæ ex alio procederet,bene poſſem.verbi gratia pa-
trem tuum induxi teſtem vel habui iudicem contra aliquē,
modò tu inducis eum in teſtem vel impetras eum iudicem,
contra me,certe bene potero eum reprobare non enim ex
me,ſed ex te procedit cauſa,ex qua eum reprobo vel recuſo
ſcilicet quia pater tuus eſt:vt patet in eo quod legitur & no
tatur.ſ.eo.c.paſtoralis.&.ſ.de offi.dele.inſinuante. & .ſ.eo.
oppoſitione circa principium.verſicul. & aliud in teſtibus.
¶ Sed quid in officijs , pone admiſi aliquem ad vnum offi-
cium,potero ne ipſum repellere ab alio officio, ſi ad ipſum
mihi forſitan præſentetur?Reſpondet Innoc.quòd ſi illud
officium tale ſit , in quo perſonæ conſimiles admittuntur,
non poſſum ipſum repellere:ſed ſi in eo perſonæ diſsimiles
requiruntur,tunc ſecus eſt ſecundum eum. ¶ Vult dicere,
quòd ſi tale officium ſit, in quo perſona de qua agitur,adeò
apta & ſufficiens reputari debeat, vt in primo non eſt repel
lendus:quod intellige,niſi aliquid de nouo ſuperuenerit ꝓ-
pter quod repellatur.vt patet in eo quod legitur & notatur
ſ.proximè.&.ſ.de teſti.cogen.prætereà.Sed & ſi de nouo ni
hil accidat,ſed tamen ſufficiens vel habilis non eſt ad ſerui-
endum, bene poteſt repelli.non enim ſequitur , ſi ad vnum
officium ſufficiens ſit,quòd ex hoc ſit ſufficiens ad maius:
vt patet.xij.diſtin.nos conſuetudinem.& in eo quod legitur
& notatur.ſ.de elec.ſcriptum eſt.c.penultimo & fina. ¶ Po
ne ergo impetraui aliquem in iudicem,qui poteſt eſſe cri-
minoſus,modò ille inducitur contra me in teſtem , nūquid
poſſum eum repellere prætextu criminis? dicit Innocen.
quòd ſit.¶ Sed dicit,quòd non poſſum eum repellere à te-
37 ſtimonio,prætextu infamię ciuilis,& eſt ratio,quia † crimi
noſus bene poteſt eſſe iudex,ſed non poteſt eſſe teſtis.vnde
non ſequitur,quòd quia eum approbaui in iudicē , per hoc
eum in iudicem videar approbaſſe:ſed cum infamia vtrun
que repelleret,eum quem non reputaui infamem , ad iudi-
candum,non debeo reputare infamem ad teſtificandum:ſi-
cut hæc omnia poſſunt colligi.ff.de adulte.l.ſi vxor.§. finali.
& in alijs concor.ſuperius allegatis.& in eo quod legitur &
notatur.j.de accuſa.c.nulli.&.ſ.de æta. & qua. accepimus.
vbi reperies notatum,verum Epiſcopus poſsit repellere eū
quem ipſe ordinauit.&.ſ.de elec.c. noſti.vbi notaui,quali-
ter quis poteſt venire contra factum ſuum,de quo.j.de cle.
coniuga.c.diuerſis fallacijs.&.c.fi.¶ Sed quęres pone aliquis
legere malè intelligens,eam allegat pro ſe , vel inſtrumentū
aut chartam ſimplicem ſibi dicit fauere in cauſa ſua.cum ta
men in veritate de iure ſibi non faueat,quia non eſt authen
tica vel eſt tantùm recitatoria ſeu teſtimonialis,& poſteà ꝓ
pter aliquem articulum qui in eadem charta continetur,in
ducitur contra eum,nunquid debet ſibi præiudicare lex vel
charta?reſpondet Inno.quòd non per pręcedentem rōnem:
quia veritas &c.vt prædicto.§. veritas ſed eſt & alia rō for-
tior,quia errantes in iure tales ſunt pręcedentes,non ſolùm
ſe corrigere & ſuum errorem reuocare poſſunt , vt eis non
præiudicet,imò etiam iudex & corrigere & ſupplere pōt,
& debet:vt no.in ſententijs de errore aduocatorū & vt quę
deſunt aduocatis.&c.ſecūdum eum de quo ſatis ſcripſi.ſ.de
poſtu.præla.c.bone.j.§ j.¶ Sed oppone quia hîc producens
hanc chartam,credit & intendit poſſe probare per eam , id
quod pro ipſo facit.igitur eadem ratione & quod contra eū
facit.ar.iij.q.viij.cuius in agēdo.Ergo videtur,quòd debeat
haberi pro cōfeſſo,maximè ſi expreſsè cōfiteať eſſe probata
per ipſam chartā ea quæ cōtinenť in ipſa:rñdet Inno. quòd
licet credat & cōfiteať per ipſam chartā,oīa quæ continenť
in ea,eſſe ꝓbata,tñ ſi nō ſint ꝓbata,cū erret in iure, ſibi nō
ꝑiudicat.¶ Subdit tñ,ꝙ ſec⁹ eſſet,ſi cōfiteretť ſe credere ea,ꝗ
in ipſa charta cōtinent,eſſe vera ſecūdū eū.& idē ſi daret vł
hēret ꝓ ꝓbatis oīa & ſingula,quæ in hac charta cōtinētur:

quia aures iſtorum verborum non dependent ex carta, ſed
ex confeſſione. vt patet ex his quę ſcripſi. ſ. eod. capitulo in
ſecunda oppoſitione. ¶ Fatetur tamen Innocen. quòd ſi
per talem cartam, minus authenticam aliquid iudicatum
eſſet, tunc tam iudex, quàm acceſſor, quàm etiam litigator,
eandem cartam vel conſimilem, vel idem ius, condemnato
agente contra eos, contra ſe admittere tenerentur. vt nota-
tur in ſumma Azonis. ff. quòd quiſq; iuris. ſecundum eum.
¶ Sextò opponitur, contra §. quia verò. ibi: *quæ per authenti-
ca ſcripta. &c.* quia iſta ſententia ſic lata, videtur eſſe & incer
ta: & per conſequens de iure nulla. C. de ſenten. quæ ſine cer
ta quantitate. per totum. ¶ Solutio dicit Innocen. quòd nõ
eſt incerta ſententia, pro eo quòd in aliqua parte actorum,
vt credendum eſt certis nominibus, vel circunlocutioni-
bus, vt. C. de ſententijs quæ ſine certa quantitate. l. penulti-
ma. argu. ff. ſi certum petatur. l. certum. &. ſ. de teſti. licet ex
quadam. verſi. teſtes. ¶ Vel eſt hoc intelligendum de inſtru
mentis productis in ipſo iudicio, redactis in actis & publi-
catis, vel de capitulis ſpecificatis in actis: & ſic ex parte acto
rum certificabatur ſententia. vt prædicta. l. penultima. aliàs
autem non poſſet ſe iuuare prætextu inſtrumentorum de
nouo repertorum. C. de tranſact. l. ſub prætextu. ſecundum
quoſdam. Innocen. autem dicit hanc ſententiam certam,
etiam ſi in nulla parte actorum exprimantur capitula, quia
38 ſcripta † authentica, certa & indubitata ſunt. quare & eis fi-
des adhibetur. de fide inſtrumen. capitulo primo. & ſecun-
do. vnde ſecundum eum, prudenter facit is, à quo petitur
ius Epiſcopale, ſi petit illud exprimi. de hoc ſupra. de offi. or
di. conqueren. nam aliàs ſi iudex ſimpliciter nulla exceptio-
ne facta adiudicet iura Epiſcopalia, condemnatus tenetur
decæterò, omnia iura Epiſcopalia exhibere: quamuis per
priuilegium vel præſcriptionem præceden. ſententiam pro
bare velit ſe ſuper aliquibus capitulis exemptum. infra titu
lo primo. cum olim. ¶ Plus dicit Innocẽ. quòd iudex etiam
prudenter facit, quando ſibi conſtat, quòd aliquis habet in
aliqua eccleſia iura Epiſcopalia, tamen de alijs capitulis du-
bitat ſi ſic pronunciet, adiudicamus tibi in tali eccleſia, iura
Epiſcopalia, exceptis his quæ per authentica ſcripta aut
alium modum legitimum ſunt ſubtracta vel ſic exceptis
aliquibus capitulis, de quibus nobis plenè non conſtat: vt
hîc & infra titulo primo. c. auditis. & cap. cum olim. & c. ve
niens. & infra de rel. do. conſtitutus. & capitulo cum venera
bilis. ſecundum Innocen. ¶ Caue tamen, quia licet ſi ita
fieret, fortè ſuſtineri poſſet: maximè vbi cauſa probabilis
dubitandi, iudicem excuſaret: tamen non videtur, quòd ſit
neceſſe iudici ad talem incertitudinem ſe arctare, nec etiã
expediens ſeu honeſtum. cum enim videt intentionem Epi
ſcopi ſuper iure Epiſcopali, quod petit de iure communi,
fundari, debet alteri parti terminum peremptorium præ-
figere, infra quem ille habeat proponere & probare genera
lem exceptionem, ſi eam habet aut capitula ſpecialia, quæ
ipſe prætendit habere exempta, & ſi infra huiuſmodi ter-
minum de his non docuerit, habere debet perindeac ſi ille
nullam exemptionem haberet, imò ita debet de iure repu-
tare, & etiam ſententiare & Epiſcopo ius Epiſcopale ſimpli
citer & indiſtinctè adiudicare: vt patet ex his quæ leguntur
& notantur. infra de priuile. cum perſonæ. libro ſexto. & de
officio ordina. capitulo ordinarij. eodem libro. & de in in-
tegrum reſtitutione. capitulo coram. ¶ Septimò opponitur
in §. licet. autem. verſi. cum falſorum. ibi, *valeat retractari.* quia
39 quod † ab initio nullum eſt, ipſo iure nullo modo retractari
poſſes. cum priuatio neceſſariò habitum præſupponat. in-
fra de deſpon. impube. c. ad diſſoluendum. modò ſententia
40 † lata per falſa inſtrumenta, eſt ipſo iure nulla: adeò quòd
ex ea non datur exceptio rei iudicatæ. ff. de exceptio. rei iu-
dica. l. qui agnitis. Præterea ſi fuit ab initio nulla, quomodo
poſt viginti annos conualeſcit. ff. de regu. iuris. l. quod ab ini
tio. ¶ Super hoc vide Ber. in gloſſ. vltima. & caue quia licet
Bernardus dicat illam ſententiam nullam, tamen alij dicũt
quòd imò reſtitutio neceſſaria eſt: & ita not. per Bern. ſ. de
probationib⁹. c. licet cauſam. in fine. ij. glo. Et ideò remiſi ad
Specu. de ſententiæ prolatione. §. finali. verſiculo. Item pone
quòd eſt lata. & verſicu. ſequenti. Et de hoc etiam per Bart.
ff. de re iudica. l. diuus & de hoc etiam ſcripſi ſatis late, in
prædicto capitulo. licet in tertia oppoſitione. ¶ Aduerte ta
men, quia illa quæ hîc potuit Bernardus, videlicet quòd ſen
tentia teneat vſq; ad viginti annos, & poſt pronuncietur
nulla, videtur contraria ſecundum Hoſti. niſi dicamus nul-
litatem reſpicere veritatem & retractatur quoad opinio-
nem, & ſic dicit intelligendum, quod notatur in ſumma de
re iudicata. §. quid iuris. ¶ Quid autem dicemus de princi-
41 pali quæſtione, videlicet vtrum † ſententia lata per falſos te
ſtes, vel per falſa inſtrumenta, per viam exceptionis, annul-
lari poſsit: vel an neceſſe ſit, quòd præcedat reſtitutio, & ſi
ſufficit exceptio, eritne perpetua? Glo. in. l. quærelam. C. de
falſis. ponit vnum modum cognoſcendi de falſo per exce-
ptionem, quam dicit tempore non tolli. per. l. pure. ff. de ex-
ceptioñ. doli. Et idem Hoſtien. & Pet. vt ſcripſi in prædicta
doce. licet. pro quibus facit hîc textus: ſed quòd reſtitutio
ſic neceſſaria, videtur per prædictam. l. diuus. & C. ſi ex fal-
ſis inſtrumentis. per totum. & C. de tranſact. l. ſi ex falſis. Ad
hoc. ff. de condi. indebi. l. fi. in fi. & ff. de exceptio. l. exceptio-
nes quia. §. finali. ad inſtar tranſactionis, per falſa inſtrumen-
ta initę. Et ſi dicas exceptionem competere, ſaltem non vi-
detur quòd competat vltra quadriennium, quo peti pote-
rat reſtitutio: ad hoc. ff. de petitio. hæredi. l. ſi quis libertatẽ.
de inoffi. teſtamen. l. Papinianus. §. ſi filius. ¶ Dicunt autem
quidam domini legum, quòd vbi per falſa inſtrumenta ob
tinuiſti contra me aliquod remedium finiendarũ litium, vt
ſententiam vel tranſactionem, aut his ſimilia, tunc per iura
præallegata neceſſe eſt, infra quadriennium me iuuari bene
ficio reſtitutionis agendo, vel excipiẽdo. Si verò talẽ reme-
dium non obtinuiſti, perpetuò excipiam vt prædicta. l. pu-
rè. ¶ Alij dicunt, quod aut fuiſti in dolo, etiam in obtinen-
do remedium finiendarum litium, ſcienter vtendo falſis in
ſtrumentis, ex quibus obtinuiſti, & tunc quia commiſiſti
crimen falſi, & ſic teneris ciuiliter actione in factum ad
intereſſe. C. de falſis. l. damus. & l. fi. ergo & ab eo exceptio-
nem ſine reſtitutione, quæ durat vltra quadriennium, ſaltẽ
quantum durat actio iuxta regulam, cui damus. &c. &. ĩ. de
reg. iur. l. inuitus. §. cui damus &. ĩ. de reg. iur. c. qui ad agẽdũ.
lib. vj. ¶ Aut non fuiſti in dolo, quia nec conſcius falſitatis,
& tunc quia non poteſt excipi, niſi habeatur reſtitutio, vt
prædicta. l. exceptiones. §. fi. verum eſt exceptionem non du
rare vltra quadriennium: verum licet iſta ad apertiorem in
tellectum faciant, non tamẽ clarificant: & planè de iure no-
ſtro, videtur quòd per viam exceptionis obijciatur falſitas,
contra ſententiam vt hîc apertè dicit textus, & in prędicto.
c. licet. in prin. quod in exceptione loquitur. & ſ. de probat.
in noſtra. vbi etiam de exceptione loquitur: ad idem de cri.
falſ. c. ij. Et tamen etiam de iure noſtro dicitur valere ſen-
tentia, donec probetur falſitas. ſ. de fide inſtru. accepimus
imò etiam & idem de iure ciuili. ff. de re iudi. l. diuus. ſuper
quo vide Bar. ff. de iureiurãdo. l. admonendi. ¶ Nouellę au
tem videtur diſtinguendum, inter veram falſitatem reſcri-
pti, cuius virtute profert delegatus ſentẽtiam, de qua loqui-
tur decretalis ſecunda. de cri. fal. de qua ſine temporis præfi-
nitione agitur & excipitur circa agentem: vt ſcripſi ſupra,
& procuratorij vigore, cuius agitur de qua in prædicta de-
cre. in noſtra. ¶ Et de his duabus ſatis dixi poſt Innocen. &
Compo. de reſcrip. ſuper literis. in fine. & falſitatem pbatio
num, ex quibus fertur ſententia, & de hac principaliter lo-
quitur hîc, & de hac poteſt agi criminaliter. ¶ Itẽ ciuiliter
per actionem in factum Item per beneficium reſtitutionis,
& hæc habent tempora limitata, vt notatur in princi. de-
cre. licet. in fi. glo. ij. ¶ Itẽ per viã exceptionis. ¶ Itẽ per viã
replicatiõis. ſi per viã exceptiõis, puto verũ qd no. Accur. in
quęrelã. qd perpetuò qñ agetur ex ſententia poterit ſemper
excipi de

excipi de ipſius nullitate propter falſum. quod placet etiam
Gulielmo in primo § licet contrarium notare videatur, in
Speculo de ſenten. excommu. ſcilicet, quòd non excipere ſi-
ne reſtitutione, & idem Compo. de reſcrip. ſuper literis. in
glo. quæritur hoc verſicul. intellige tamen nec diſtinguam
an victor fuerit conſcius falſitatis, necne. & procedit hoc
propriè cum ſententia eſt lata pro actore, qui poſtea petit
42 ipſius executionem: abſolutio † enim lata pro reo, ſecum
trahit executionem. vt notatur de appel. paſtoralis. ¶ Si per
viam replicationis, hîc diſtingo, an excipere de ſententia
contra actorem, de novo repetentem primam actionem, vt
quia petebat fundum, abſolutus fuit reus per falſas proba-
tiones, iterum petit fundum illum, excipit reus de ſenten-
tia: actor replicat de nullitate, & falſitate: hîc poſſet locum
habere, quòd actor ineptè agat, debuit enim priùs reſtitu-
tionem petere: vt in. l. Diuus. ¶ Si non excipitur contra
actorem non repetentem primam actionem, puta peto ele-
ctionẽ tuam caſſari propter cõuẽtionẽ vel defectũ excipis
de ſententia abſolutoria, replico de ipſius nullitate & falſi-
tate, puto quòd procedit replicatio, & erit perpetua, vt cõ-
petat quandocunq; excipitur. Et idem dico, de duplicatio-
ne, vt ſi petas electionem confirmari, excipio de crimine, re
plicas de ſententia abſolutoria, duplico de ipſius nullitate
& falſitate, procedet duplicatio, & ſine temporis præiudi-
cio. Certum eſt enim, quòd ego contra quem non principa
liter formata fuit ſententia, non teneor petere reſtitutionẽ
circa illam ſi autem velles tenere, quòd de neceſsitate petẽ-
da ſit reſtitutio circa illam, dici poſſet, quòd per viam reſti-
tutionis conſequeris reuocationem ſententiæ, quam tu nõ
conſequeris, per viam exceptionis vel replicationis, quibus
erit ſatis quòd probata ſuum conſequantur effectum: de or
di. cogni. c. ij. de reſtitutio. ſpoliator. ſolicitę. cum ſimilibus.
¶ Item ſi oppono, ex quo competit extraordinarium bene
ficium reſtitutionis, ergo non competit ordinarium nulli-
tatis, ratio hoc non eſſe præciſum, quod patet per decre. ſe-
cundam. de reſtitu. in integrum. libro ſexto. & ibi nunc caſ-
ſabitur. facit de reſtitutione in integrum. ſuſcitata. Sed latiꝰ
dixi in primo capitulo licet. in tertia oppoſitione. & vide
omnino Bartolum. in princi. l. admonendi.
¶ PRIMO quæritur circa materiam primæ oppoſitio
nis & eius ſolutionis duplicis, de duabus opinionibus, ibi
tactis quarum vna eſt Archidiaconi in princip. § acceſſorẽ.
videlicet quòd prælati non faciunt fructus ſuos, etiam recol
lectos atq; reconditos, & alia quæ fuit Ioan. & Lau. xij. quæ
ſtione. j. c. duo ſunt genera. & Hoſtien. in princi. c. de multa.
habet, quòd imò faciunt illos ſuos quam etiã videtur pone
re Collectarius in. c. Ioannes. de cleri. coniuga. ad fin. ſuæ pe-
nulti. quæſtionis. vt ibi etiam ſcripſi poſt eum. quæ illarum
opinionũ ſit verior de iure ſcripto. ¶ Primò videtur quòd
opinio Archidiaconi videlicet quòd prælati non faciant
fructus ſuos, ſit verior. & primò per motiua eius, quæ indu
xi in prima oppoſitione. Et ſecundò per rationem, quia do-
minus rei, illam poteſt liberè vendere & alienare: vt. C. de
contrahen. emptio. & venditio. l. dudum. & ex illius prætio,
aliam ſibi emere & acquirere: dummodo domino rei pla-
ceat, remq; venditam ſolito prætio ſibi tradat. inſti. de rerũ
diuiſione § venditio. & § per traditionem. & etiam de ea li-
berè poteſt teſtari. C. de ſacroſan. eccle. l. prima. & ff. de teſta.
l. prima. & tamen hoc non poteſt facere prælatus, ſeu bene-
43 ficiatus de iſtis fructibus: quia † ſi ex illis acquirat etiam no-
mine proprio, non ſibi ſed eccleſiæ ſuæ acquiritur velit no-
lit. xij. q. ij. placuit. & ſi velit de illis in extraneo teſtari,
non poteſt. C. de Epiſcopis & clericis authentica licentiam.
¶ Et ſi ab inteſtato decedat, neq; filius neq; pater neq; alij
de genere ſuo in illis ſuccedant: ſed eccleſię remanebunt. de
pecu. cleri. c. ij. & c. penultimo. & vltimo & de teſta. c. pri-
mo. & c. nos quidem. cum ſimilibus. ¶ In contrarium quòd
ſecunda opinio Ioan. Lau. & Hoſtien. ſit verior, videtur per
textũ huius decretalis. Tum quia videtur dicere, quòd præ-
latus habetur pro domino, modò ille qui habetur pro do-
mino, facit fructus ſuos. Tum quia dicit, quòd diſponit pro
libito voluntatis. ¶ Secundò inducitur pro hoc, prædicta
decretalis, conſuetudinem. eo modo, quo induxi eam in
prima oppoſitione. verſicu. nec obſtat. de clerici. non reſidẽ.
¶ Tertiò inducitur pro hoc extra. ſuſcepti regiminis. Ioan.
44 xxij. vbi dicitur circa principium, quòd illi † qui beneficia
canonicè obtinent, ſunt illi ad quos de iure fructus Epiſco-
pi ſpectare debent. ¶ Quartò hoc probatur ratione, quia
pœnam delicti per beneficiatum commiſsi, non debet ec-
cleſias referare. vt hîc dicitur & ſcripſi. ſ. eo. in. viij. notabili,
nec etiam debitum aliunde contractum ſoluere: vt patet ex
his quæ leguntur & notant. infra de ſolutio. c. primo. & ſe-
cundo. & tamẽ talia de fructibus huiuſmodi ſolui poſſunt
& debent, vt patet ex his quæ leguntur & notantur ſecun-
dum communem opinionem. infra de fideiuſſori. peruenit.
¶ Quintò quia in caſu in quo prælatus debet ſoluere de ꝓ-
prio, põt ſoluere de fructibꝰ ſuorũ bñficiorũ. vt § acceſſorẽ.
allegato ſecundum cõmunẽ intellectum, igitur fructus cẽ-
ſentur bona ipſius prælati: argu. eorum quæ notat Archidi.
in prædicto § acceſſorem. in principio, & in prædicto capi-
tulo nulli. ¶ Sextò quia illi ad quos ptinẽt horum fructuũ
perceptio de priuilegio conſuetudine vel ſtatuto, illos ſuos
faciunt: de reſcrip. ſi propter tua. debita. de officio ordina.
c. præſenti. in princi. & § porro. & de præben. c. ſi tibi conceſ
ſo. libro. ſexto. igitur fortiùs idem dicendum eſt de prælato,
ad quem illorum perceptio pertinet de iure cõmuni: quia
fortiùs videtur ius commune, quàm ius ſpeciale: vt. ff. de te
ſtam. mil. l. eius militis § militia & in anthen. de non alie.
§ quia verò veriſimile. ¶ Septimò quia cauſa percipiendi
45 fructus, dicitur ipſius prælati propria, quia beneficium † ꝓ
priè ſuum eſt, id eſt titulus beneficialis, ex quo cauſatur ei
ius percipiendi huiuſmodi fructus, ſuus proprius eſt. vt de
præben. ſi tibi abſenti. libro ſexto. & de conceſsio. præben. c.
vltimo. in fine. eo. libro. igitur fructus inde percepti, debet
eſſe ſui proprij: quia effectus debet ſequi naturam ſuæ cau-
ſæ: & ideò obligatio dicitur naturalis, quia oritur ex cõſen-
ſu: qui naturalis eſt. ff. de ſolutionibus. l. ſtichum § naturalis.
46 ¶ Octauò quia ille qui liberè † poteſt de re diſponere pro-
ut ſibi placet, eius dominus eſt: quia iſte eſt effectus propri
domnij. C. manda. l. in re mandata. modò prælatus debet li-
berè diſponere de fructibus ſuæ prælaturæ ad menſam ſuã
pertinentibus, vendendo vel donando, aut aliâs ſuper eis
contrahendo, prout ſibi placet: vt patet ex lectis, & notatis.
infra de locato. libet enim prælati debeãt moderatò vti eis,
& ex eis ante omnia onera eccleſię ſupportare, ac ſuis & ſuo
rum neceſsitatibus prouidere tantùm: & ſi aliter faciant, do-
nando vel vendendo, pro nutu propriæ voluntatis, de vero
iure, tenet quod faciunt: & transfertur dominium in accipi
entem: aliâs deciperentur omnes cum eis contrahentes, qd
non eſt dicendum. infra de do. per tuas. ¶ Nonò quia vti
vſi ſunt prælati, & ita eſt interpræta conſuetudo etiam à
tempore de quo non eſt memoria. igitur non eſt à modo de
hoc hæſitandum. argu. ſupra de conſuetudi. cum dilectus. &
infra titulo proximo. capitulo primo. libro ſexto. & ff. de le-
gi. l. minimè. ¶ Decimò quia aliâs animæ quaſi omnium
prælatorum qui fuerunt à memoria noſtra, & hodie ſunt,
fuiſſent & eſſent in periculo damnationis: quod non eſt cre
dendum. argu. C. ad. l. Iuliam repet. l. vlti. ¶ Vndecimò quia
in beneficijs ſimplicibus, omnes moderniores præter Ar-
chidia. iſtud tenent, vt patet ex notatis Ioan. in capitulo præ
ſenti. & Hoſtien. in capitulo ſi quis ſanè. & Gar. & Hoſti. in
capitulo hoc conſultiſsimo. & pater in prædicto capitulo.
præſenti. igitur idem in beneficijs adminiſtrationem habẽ-
tibus, nam licet doctores prædicti in locis prædictis diſtin-
xerit inter iſta. quos videntur ſequi. Lauren. in clemen. pri-
ma § cæterum. in fine. de priuilegijs. & Geſſelinus in
prædicta extrauaganti. ſuſcepti regiminis. in principio ſu-
per verbo debent. ¶ Tamen ego loquens cum Henri-

co in dicto capitulo peruenit. in vltima diſtinctione, iſtam differentiam non reperio expreſſam in iure. ¶ Vnde Henricus in prædicta diſtinctione, dicit indiſtinctè, quòd prælatus eccleſiæ, dominus eſt fructuum collectorum: probat per prædictum capitulum peruenit. quia dicitur ibi, de reditibus eorum, ſcilicet clericorum, non diſtinguendo, de qualitate beneficiorum. & ſic generaliter debet intelligi: ar. infra de priuilegijs. quia circa. &c. ff. de pub. l. de pretio. & infra de verborum ſignificatione. capitulo tua nobis. licet Hugo. notaſſet contrarium ante conſumptionem. xij. quæſtione prima. cor Epiſcopi. vbi de hoc per Archi. & ipſe Ioan. eadem cauſa & quæſtione res eccleſiæ. ¶ Item inducit Henricus pro ſe notata Cardina. in capitulo hoc conſultiſsimo. ſuper verbo immobilia. & Ioan. in capitulo præſenti. ſuper verbo reſeruari. & hoc intelligit verum, ſi eos lucrent, aliâs non propter lecta & notata de cleri. non reſi. capitulo prædicto penulti. & per totum & prædicto capitulo per conſuetudinem. ¶ Sed illud reſtringe ad diſtributiones præbẽdarum. quia licet alij beneficiati propter non reſidentiam poſsint priuari beneficijs, vel ſuſpendi à perceptione fructuum, tamen ante priuationem vel ſuſpenſionem, illos poſſunt percipere: & ſuos facere quia capitulum conſuetudinem. ponit caſum ſpecialem, & ſic in contrarium eius commune. ff. ad munic. l. prima. in fine. & alia iura ſolum loquũtur de caſu priuationis, vel quia debentur fabricæ vel Epiſcopo, iuxta lecta & notata vt eccleſiaſtica beneficia capitulo vno. in fine. & capitulo tua nobis. & capitulo quia propter. & capitulo ſi tibi conceſſo. vel quia natura ſeu conditio beneficiorum eſt talis, quòd beneficiati non faciunt fructus ſuos: vt cle. quia contingit. de religio. domi. ſecundum Ioã. & Geſſe. ibi ſuper verbo vſus ſuos. ¶ Adde idem quod conditio perſonæ repugnet, vt quia eſt regularis Prælatus, qui non poteſt ſibi aliquid acquirere. infra de ſtatu monac. cum ad monaſterium. ¶ Pro & contra faciunt ea quæ ſcripſit Beatus Thomas ſecunda ſecundæ. quæſtione. cxxv. articulo ſexto. & articulo ſeptimo. & præſertim in articulo ſeptimo. ¶ Quid dicendum? breuiter opinionem ſecundam Hoſtien. & Henrici credo de iure etiam veriorem, & vltra motiua ad hanc partem per me inducta multum me mo-
47 uet opinio Hoſtien. quia † inter iſtos quos legi, ipſe fuit maximus canoniſta. & etiam opinio Henrici quia ipſe, fuit modernior & videt & collegit omnes in hoc capitulo ſcribentes, nec erat Prælatus item multum mouet me conſuetudo omniũ Prelatorum tollerata per Papam & per omnes quorum intereſt: quia illa eſt dubiorum iuris optima interpretatrix. ff. de legi. l. ſi de conſuetudine. nec multum me mouẽt in contrarium iura decreti, quia illa iura ſunt communiter & ſpecialiter, vbi agitur de re quæ poteſt cedere in aliquod periculum animæ: ſicut quantũm ad materiam præſentem magis videantur eſſe comminatoria & conſultoria, quàm deciſiuæ: & quia ad ea ſatis ſuperius eſt reſpõſum, & ad alia ſupra allegata patebit infra reſponſio. de hoc autem videlicet, vtrum beneficiatus faciat fructus ſuos, vide in his, quæ ſcripſi. xij. quæſtione. ij. circa. xj. oppoſitionem ſecundi notabil. §. iuxta præmiſſa & ibi eſſe videas ad quem ſpectant res emptæ de dictis fructibus.

¶ SECVNDO quæritur ſuppoſita abſque veritatis præiudicio prima opinione pro vera, ſecundum quam prælatus de iure ſcripto, non dicitur facere fructus ſuos: quid de conſuetudine generali, ſecundum quàm prælati reputantur vſuſfructuarij: & faciũt ſicut vſuſfructuarij fructus ſuos, & illos dum ad alias eccleſias transferuntur, ſecum portant, & de illis teſtantur in morte: quandoque propinquos ſuos vel extraneos aut Chriſti pauperes, vel alias eccleſias inſtituendo hæredes, quæ conſuetudo generaliter in parlamento regio obſeruatur. videtur quòd non valeat conſuetudo, tanquàm eccleſiæ nimium oneroſa. ſupra de conſuetudi. c. primo. Sed contrarium de iure videtur verius, per ea quæ ſcripſi in. c. Nouella in materia talis conſuetudinis. in capitulo nemo poteſt plus iuris. in mercuriali. infra de regu. iur. libro. vj. & per Pat. eadem materiam in capitulo præſenti allegato. & videtur eſſe textus, in ratione, in capitulo ſi propter. & capitulo ſi tibi conceſſo. & capitulo præſenti. & extraua. ſuſcep. alle. in eo quòd approbant conſuetudinem ſuper fructibus, tempore vacationis, vt etiam poſt vacationẽ obuenientibus alteri acquirendis caſus enim nun multos ęquior eſt, vt patet ex inſpectione terminorum nec obſtat oneroſitas eccleſiæ, quia debet dari prouiſio ſucceſſori, pro oneribus ſupportandis, vſq; ad nouos fructus argu. prædicto capitulo pręſenti. §. porro ¶ Ille non ſcrupuloſus, qui cõtrarium tenet & quaſi omnes Prælatos damnat, & qui cognoſcens feſtucam in oculo fratris, caueat ne in proprio oculo trabem habeat: quam ignoret: & dicat mihi ſi de vna parrochiali vel cathedrali eccleſia, aut dignitate tranſlatus ad aliam habeat cẽtum vel mille flore. in archa, quos ex fructibus primæ eccleſię vel dignitatis recollegit, an illos vltro offeret ſucceſſori. quia nec ſibi acquirere nec ſibi retinere eos poſsit? & dubito quòd non: quia pauci hoc faciunt & idem poſſet ponere exemplum in libris, ęquitaturis, & alijs mobilibus emptis, per Prælatum de literis illis fructibus imò ſit Pręlatus tranſlatus haberet recedere de prima eccleſia, pedes cum virga in manu, eleemoſynas perquirendo, ſi nihil aliunde haberet quia ſecundum hoc, omnia priori eccleſiæ dimittere teneretur. quod non feciſſent vt credo Hugo. nec Archidia. in caſu iſto ſuper hoc tamen omnino videas quæ ſcripſi. infra de teſtamen. capitulo quorundam. in prima. quæſtione & de peculio clerico. capitulu primo. & in capitulo penultimo. eodem titulo. & de decimis. in capitulo primo. in prima. quęſtione &c. firmiter in ſeptimis quæſtionibus. & ſingulariter. in capitulo cæterum. eodem titulo. in prima. & ſecunda. & maximè in prima. quæſtione.

48 ¶ TERTIO quæritur, qualiter fructus † beneficiorũ pro debitis beneficiatorum obligari vel capi poſſent? ¶ Henricus in prædicto capitulo peruenit dicit quòd in caſu in quo beneficiatus non facit fructus ſuos, de quo dixi ſupra, nõ poſſunt obligari. &c. per prædictum capitulum peruenit. quia dicit de reditibus eorum: & quia res aliena, obligari non poteſt. ff. de pignoratitia actione. l. qui rem alienã. C. ſi res aliena pignori data ſit. per totum. nec etiam in cauſa iudicati capi. vt. ff. de re iudicata. l. à diuo. §. ſi ſuper rebus. ¶ Aut loquimur in caſu, in quo facit fructus ſuos, quod regulariter eſt verum, vt dixi. ſupra in prima quęſtione & tũc non facta diſtinctione inter obligationem cõuentionalem & iudicialem, quam facit gloſſa in capitulo peruenit. diſtinguit Hẽricus, quia aut beneficiat⁹ habet alia bona patrimonialia, vel alia quę poſſunt commodè per eum obligari: vel ex cauſa iudicati per iudicem capi, aut non: ſi ſic, tunc non poſſunt obligari priuata ſeu conuentionali pactione. C. quę res pigno. obli. poſſunt. l. ſpẽ eorũ pręmiorum. nec capi publica ſeu iudicialia authoritate. vt. C. de executione rei iudicatæ. l. ſtipendia. ſi non, tunc poſſunt obligari & capi, vt hîc: & in. l. hic allegata commodis pręmiorum. ff. de re iudicata. verſiculo prima. diſtinguit. gloſſa quam approbant Petr. de Bella pertica. & Cynus in. l. allegata. ſpem pręmiorum, licet Specul. de primo & ſecundo decreto. §. reſtat. verſiculo quid ſi reus non habet. notet quòd etiam in ſubſidium, pignorari non debent: licet etiam Archidia. in princi. §. acceſſorem dicat quòd beneficiatus, non poteſt ſalua conſcientia de reditibus ſuis, quos percipit ab eccleſia, prouidere aſſeſſori: quo non indiget cum non ſint ſecundum veritatem proprij, ſed communes. id eſt pauperibus erogandi, vel in vtilitatem ſuam expendendi. ſibi ſuperſunt vt pręd ixi. ¶ Sed primum credit Henricus veriùs, dum tamen, ex his fructibus tantùm ſibi relinquatur, quòd poſsit eccleſię commodè deſeruire: vt in dicta. l. ſtipendia & infra. de appellationi. peruenit. ij. aliâs ſi non haberet vnde viueret & eccleſię deſeruiret, eſſet eccleſia cum ſit leſa reſtituenda: vt notat Bernar. & plenius Hoſtien. ſupra de tranſactio. c. veniens. in fin.

¶ Et idem dicit in ſtipendijs militum , qui habent rei-
publicæ deſeruire.per iura allegata. ¶ Dum tamen paupe-
49 res non eſſent in extrema neceſsitate conſtituti : quia † res
eccleſię non ſunt pauperum, quoad proprietatem & dñiũ,
ſed quantũ ad debitum:id eſt, quia eis deberetur ad ſuſten-
tationẽ, vt notat Aſten.li.j. ti.de fruct.interpretatiõe libro
ij.verſic.non rationem.& concor.quod ipſe notat in q̃one.
ſeq.ſed nunquid.¶ Et ſcias tamen.quòd ſi creditores eſſent
laici,non deberent perſonaliter oblationes accipere de al-
tari.Sed clericus ibi eſſe,qui acciperet & daret eis:arg.xij.q.
ij.aurum.de cõ.di.j.lingua.&.c.nemo.vt ibi notant Hug. &
Archidia.x.q.prima ſanctorum.glo.ij.vbi videtur approba
re opinionem prædictam.
50 ¶ Q V A R T O quæritur vtrum Prælatus de huiuſmo
di fructibus teſtari poſsit? ¶ Et, vt à meipſo non incipiam,
nec omittam dicta ſcribentium, ego præmitto diſtinctio-
nem Henrici poſitam in.c ſi quis ſanè. de pecu. cleri. latiùs
materiam dilatantem vno membro omiſſo , de quo dicam
io quæſtione ſequenti.¶ Cum ergo generaliter quęrat ,qua
liter clerici poſſunt teſtari vel donare inter viuos? Diſtin-
guit Henricus, quia aut quæris de clericis ſecularibus , aut
de regularibus, ſi de ſecularibus, tunc aut de beneficiatis aut
de alijs.Si de beneficiatis, tunc aut quæris de his quæ habẽt
de patrimonin, vel quæ ſibi obuenerint ex ſucceſsione pa-
rentum, vel artificio, vel intuitu perſonę:ſeu aliâs quàm in-
tuitu eccleſiæ:aut quæris de his quæ ad eos peruenerunt,
vel habent de bonis vel intuitu eccleſiæ. aut eſt dubium.
¶ In primo caſu dicit quòd de illis poteſt clericus ſecularis
indubitanter facere teſtamentum , & donare inter viuos,
ſiue ea habuerat ante beneficium adeptũ, ſiue poſt.j̃. de ſuc-
ceſsio.ab inteſta.c.primo.xij.quæſtione.j.ſicut manifeſtè. &
quæſtione.iij.placuit.ij.reſponſo.&.c.quicunq;. xxviij. diſt.
de ſiracuſanæ.j̃.de teſta.c.ad hęc pręſentibus.& c.quia nos.
&.c.relatum.ij.§ cæterum.C.de Epiſco.& cleri. in authenti.
licentiam.& in authentica. Præsbiteros. in authentico. de
ec.ti § interdicimus.& de ſanctiſsimis Epiſcopis §. præsbi-
teros.collat.ix.quod verum eſt, etiam ſi ſint ſub patrum po-
teſtate, vt ibi & notat Hoſtien.in dicto.c.quia nos.¶ Tene
tur tamen vel ſi ipſe non fecerit hæredes eius tenent ipſam
eccleſiam de illis rebus conſeruare indemnem : ſi aliqua de
rebus eccleſiæ expendit in meliorationem proprij patrimo
nij, vel etiam ſi propter diligentiam nimiam propriarum
rerum, neglexit res eccleſiæ: & ita diminutę ſunt aliquæ vel
amiſſæ propter culpam ſuam, & econuerſo.ſi de rebus pro-
prijs expendit aliqua in vtilitatem eccleſiæ , poteſt ipſe vel
hæredes ſui, cum conſtiterit recuperare de rebus eccleſiæ:
vt ita hinc & inde fiat debita compenſatio : vt.ij. quæſtio-
ne.vij.lator.in fine.&.xij.quæſtione.iiij.c.primo.&.ij. vt no
tat Hoſtien.in ſumma de pœ.& re.§ xxiij.C. quibus & qua-
liter.Et ſi talis clericus de bonis huiuſmodi nõ diſpoſuerit
in vita vel in morte, venient ad conſanguineos, ſi ſint : vt io
c.allegato ſicut manifeſtè & c.quia nos.&.c.relatum.& ſi nõ
ſint, tunc venient ad eccleſiam, vt.C. de Epiſcop. & cleri.l. ſi
quis præsbiter. &.j̃. de ſucceſsio.ab inteſta.c. primo in fine.
& ibi notant Ho.& Ber.& in.c.ij.& Innocen.j̃.ti. proximo
c.Cum in officijs.in glo.nota, quòd, circa princip.& Hoſti.
& Ioan.And.poſt eum ibi, in.c.primo.& Ber. Inno. & Ho-
ſtien.in.c.requiſiſti in fine.& Ber.Inno.& Hoſtien.j̃.de ver
bo.ſignificatione.cum tibi.& frater Ioan.in ſumma.con. ru
brica de rap.rubricella de rapina clericorum. in quæſtione
vbi clerici poſsunt, vbi de hoc.¶ Si quęris de his quę habẽt,
vel ad eos perueniunt de bonis eccleſiæ vel intuitu eccleſię,
tunc aut quæris, de rebus quæ ſunt propriæ ipſius eccleſiæ
vt beneficia, eccleſiaſtica prædia, iocalia, & alia bona eccle-
ſię.¶ Aut de fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum , ad
ipſos clericos pertinentibus.¶ Si de rebus quę ſunt proprię
ipſius eccleſiæ, dicit, quòd de talibus etiam ſi ſiot mobiles,
ooo poteſt vt io iuribus allegatis ad hoc : & decimaſecun-
da.quæſtione ſecunda.non liceat Papæ.& quæſtione quin-
ta.quaſi per totum.¶ Si de fructibus beneficiorum eccleſia-
ſticorum, refert aut quæris de rectoribus , gubernatoribus,
vel magiſtris eleemoſynarum , leproſariorũ ſeu hoſpitaliũ,
& de fructibus ſeu redditibus inde collectis, & tales de tali-
bus fructibus, cum ipſos non faciant ſuos, etiam à terra ſe-
paratos, vt patet de redo quia contingit in clementi.& no-
tat ibi Ioannes Andræ.& leſſe.teſtari ſeu aliâs in morte vel
in vita diſponere non poſſuot:nec mirum quia nec talia di-
cuotur proprie beneficia , vt de præbendis. capitulo literis
in clementina.¶ Aut quæris de alijs propriè loquendo be-
neficiatis, & tunc diſtingue ſecundum Hoſtien. inter cleri-
cum habentem adminiſtrationem & clericum non haben-
tem, ſed ſimpliciter beneficiatum:nam clericus habens ad-
miniſtrationem, quandiu viuit & ſanus eſt, donare poteſt:
& tamen moderatè. infra de dona. cæterum.comparatur
51 † enim vſusfructuario, quia ius ſuum morte finitur: ſicut
ius vſusfructuarij : vt hîc. & ſupra. de dolo, conſultationi-
bus.de pignori. capitulo vltimo. & inſtiru. de vſufructu.§.
finitur.j. ¶ Si autem incipit infirmari comparatur vſua-
rio , & ſic nihil habet , niſi vſum : tamen aliquantulum
plus habet, quia poteſt eleemoſynam facere: vt infra titulo
proximo.capitulo ad hoc.teſtari tamen non poterit vt in-
fra de teſtamen.capitulo primo.& capitulo cum io officijs.
¶ Si autem ſit clericus, non habens adminiſtrationem , ſed
ſimpliciter beneficiatus, tunc in vita & in morte , omnino
comparatur vſufructuario, quantùm ad faciendum fructus
ſuos, & de ipſis poterit teſtari.infra titulo proximo.requiſi-
ſti.§.illud.& hoc generalis conſuetudo obſeruat.¶ Si tamen
iſte.ſcilicet habens adminiſtrationem vel non habens ab
inteſtato, quoad iſtos fructus hoc eſt non ordinato de eis,
decedat, eccleſia in eis ſuccedit. infra de teſtamen. capitulo
relatum.ſecundo.§.nomine. &.§. finali.& argumentũ.infra
de pœnis.capitulo ſecundo. ¶ Sed quid erit de fructibus
pendenti. videtur idem quod in vaſſallo , vt ſi decedat be-
neficiatus poſt Auguſtum, & ante Calendas Martij, ad eccle
ſiam pertineant ſi verò poſt Calendas Martij ad clericum
vt in libro feudorum, hîc finitur lex.§.ſi vaſſallus. ¶ Tu dic
veriùs ipſum comparandum vſofructuario vt fructus per-
ceptos & recõditos ſuos faciat.¶ Alij autem omnes ad ec-
cleſiam pertineant ſic enim eſt in vſusfructuario , cui talis
comparatur.ff. de vſufructu.l. arboribus.§. Iulianus. aliâs
eſt.l.& incipit ſi fur. quibus modis vſusfructus.l. ſi vſusfru.
in fine.de viuris.l.qui ſcit.§ primo.&.§.præterea. ¶ Et hæc
vera, niſi de ſpeciali ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ aliud
cenſeatur:tali enim ſtandum erit, ſi de ipſa appareat : argu.j̃.
de teſtamen.capitulo relatum.ij.§ licet igitur. infra de con-
ceſsio.pręben.capitulo ex parte aſtrenſis.in fine dummodo
non ſit eccleſiæ unerosa.aliâs ſecus.ſupra de conſuetudine.
capitulo primo.ſecundum Hoſtien. qui ita diſtinguit hîc
ab illo verſicu. aut quæris de alijs vſque hîc. Idem cum eo
per omnia Garſer.infra de rebus eccleſię non alienandis. ca
pitulo hoc conſultiſsimo.& Cardinalis ibi in gloſſa. & ſic
hæc prohibitio.libro ſexto.& Ioannes Andræ.& de officio
ordinarij.capitulo præſenti.in gloſſa.per yconomum.eodẽ
libro. ¶ Sequitur de tertio ſcilicet quando eſt dubium
vtrum ſibi obuenerunt de bonis vel intuitu eccleſiæ vel
non, & tunc ſunt opiniones. ¶ Quidam diſtinguunt an
Prælatus promiſcuè vtitur rebus ſuis & eccleſiæ necne.
¶ Alij diſtingunt, an conſtet prælatum habuiſſe proprium
ante promotionem, necne. ¶ Tertij conſiderant quis poſ-
ſideat, & quis petat, vt petitor probet contra poſsidentem:
& hoc placet Goffredo.infra titulo primo.capitulo primo,
in fine. ¶ Et iſtę opiniones notantur io capitulo allega-
to.ſint manifeſtæ. ¶ Alij diſtinguunt , an Prælatus fecit
inuentarium necne, vt primo caſu , vltra expreſſa inuenta-
rio præſumatur pro hærede. ¶ Secundo caſu , præſuma-
tur pro eccleſia : fuit enim in culpa , non faciendo in-
uentarium : facit.C.de iure deli.l. ſancimus.xxviij.diſtinct.
deſiderata ſanè. extra de relig. do.quia contingit.§.illi etiam

in cle. ¶ Tu dic, quòd refert aut certũ eſt, quòd clericus habuit aliquid de proprio, ſeu aliàs quàm intuitu eccleſiæ ſed neſcitur quid vel quantum ſit: aut certum eſt, quòd non habuit, aut neſcitur vel dubitatur, vtrum habuit proprium, vel non. ¶ In primo caſu, refert aut quæris de clerico, quondam ſeruo, & tunc fient quatuor partes de bonis ſuis, vt infra de ſucceſsio. ab inteſta. c. ij. quod capſm loquitur de clericis ſeu præsbiteris quondam ſeruis, ſecundũ Lau. Goſ. Hoſti. Pet. de ſamp. & Abb. ibi aut quæris de clerico ſemper libero, & nunquàm ſeruo, & tunc de omnibus debet fieri virilis ſeu æqualis diuiſio inter eccleſiam & parentes: ſiue cõſanguineos. vt. xij. q. iiij. c. j. ſecundum Ber. & Hoſti. in d. c. ij. ĩ. de ſucceſsio. ab inteſta. Et vide Ioan. in d. c. j. glo. penul. in fine vbi dicit diuiſionem de bonis fieri, ſecundum quantitatem patrimonij ſui, & rerum eccleſiæ ¶ In ſecundo caſu, præſumitur pro eccleſia, quia in incertis &c. ff. de verbo. obliga. l. continuus. §. cum ita. in fine: & hoc tenet Hoſti. ĩ. titu. ij. c. ij. per. c. cum in officijs. ĩ. de teſtamen. quando neſcitur vel dubitatur, vtrum habuit proprium vel non, refert aut clericus habet eccleſiam, & tunc præſumptio eſt ſemper ꝓ eccleſia, niſi contrarium probetur: vt. ſ. eo. c. j. cum concor. allegat. ibi in glo. vlti. & ſic incumbet ſemper probatio hæredibus beneficiati, ſiue ipſi ſint in poſſeſsione, ſiue non: vt ĩ. titu. j. c. j. ibi detineri. &c. & eſt expreſſum in authentico. de eccle. titu. §. interdicimus. colla. ix. verſicu. hoc tenet gloſ. & in dicta authentica. licentiam. vbi idem tenet glo. & Ber. ĩ. de ſucceſsio. ab inteſtato. c. ij. in glo. & Hoſtien. poſt eum. ¶ Et ita intellige quod notat Ber. ĩ. titul. ij. cum dilectus. in glo. Si intelligas. nec obſtant iura quæ volunt quòd actor ꝓbet intentionem ſuam. C. de rei vendicat. l. finali. xij. q̃one. j. c. j. in fine. & c. ſint manifeſtæ. quia illa vera ſunt, niſi ſit præſumptio pro actore: nam tunc ſuccumbit reus, niſi aliud ꝓbet. ĩ. vt eccleſiaſti. beneficia. c. vnico. C. de proba. ſiue poſsidetis. & ĩ. de priuil. c. cum perſonæ. §. ſi autem. cum duobus. §. ſequentibus. lib. vj. nec obſtat. xij. q̃one. v. c. j. quod videtur expreſsè contra: quia illud & quodlibet ſimile intelligitur in caſu certo, ſcilicet quando conſtat, quòd aliunde habuit: ideò de hoc inquirendum eſt, antequàm ei ſua poſſeſsio auferatur: ſecundum Hoſtien. in ſumma de pecu. cleri. § finali. & pleniùs. ĩ. de pecu. clericorum. c. iij. & in hoc concor. Specula. rubrica de ſtatu mona. verſicu. xlviij. quæritur. vbi de hoc, quod verum eſt in rebus immobilibus, vt ibi, & . ĩ. de peculio clerico. c. proximo. Secus enim in mobilibus modicis, quibus poſſeſſor tuendus eſt niſi aliud probetur. Et ſic poteſt intelligi dictum. c. iij. q̃one. j. c. j. & hoc not. Hoſtien. in. d. c. iiij. & . ĩ. de teſtam. c. j. Sic etiam poſſet intelligi, quod not. ipſe Hoſtien. in ſumma. de ſucceſsio. ab inteſtato. §. ij. in fine. ¶ Sed contra hoc facit expreſsè. § alle. interdicimus. de eccl. ti. coll. ix. qui idẽ dicit de rebus mobilibus, quod in immobilibus ſcilicet, quòd ſemper in dubio pro eccleſia præſumatur: & hoc tutiùs eſt tenere, maximè ſi non fecit inuentarium. ¶ Aut non habet eccleſiam ſeu adminiſtrationem, ſed ſimpliciter beneficium, & tunc non eſt pręſumptio pro eccleſia, argu. ĩ. de teſta. requiſiſti. §. illud. C. de vſufructu. l. ſi defunctus. ſecundum Hoſtien. in ſumma, de pecu. cleric. §. finali. & eodẽ titu. c. j. ¶ Fallit quando probatur, quòd nihil habens promotus fuit ad beneficium ſimplex, nec probatur, quòd aliunde acquiſierit: quia tunc pro eccleſia iudicatur: vt. ĩ. de pecu. cleri. §. finali. & eo. titu. c. iij. pro quo notatur per Innocen. ĩ. de teſti. c. cum in officijs. in magna gloſſa. ſi quæris de clericis non beneficiatis, vt coniugatis & alijs, tũc dicit, quòd poſſunt de bonis ſuis pro libito diſponere, & donare ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate: ſicut & laici vt. ĩ. de teſta. c. nos quidem. & . c. quia nos. primo reſponſo. cum ibi alleg. ¶ Sequitur de ſecundo membro, ſcilicet de clericis regularibus, & tunc aut ſunt iam profeſsi tacitè vel expreſsè, & tales teſtari non poſſunt. xix. quæſtione. iij. quia ingredientibus. & . c. perlatum. & . §. econtra Paulus. & . § ſi qua mulier. ĩ. de teſta. c. ij. Et ſi conſuetudo hoc daret, quòd hoc caſu non valeret, vt ibi in glo. hæc conſuetudo. &

52 eſt ratio quia tales non habent bona: nam ingreſsi † monaſteria, ſe & ſua Deo dedicant: vt ibi. & . C. de ſacroſan. eccle. in authentica. ingreſsi. xij. quæſtione. j. nolo. c. non dicatis. de quo per Alanum. Ber. & Hoſtien. ĩ. de teſta. c. primo. verſic. Alanus. & Ber. in gloſ. penultima dicunt religioſum etiam adminiſtrationem Epiſcopalem habentem, teſtari non poſſe: etiã de bonis intuitu perſonę ſibi obuenientibus. ¶ Item & expreſsius. Ioan. xij. quæſtione. j. quia tua. gloſſa prima. ad quod facit. ĩ. de priuile. cum olim. ij. Sed hoc non placet Hoſtien. in dicto. c. j. ĩ. de teſtamen. in fine, niſi quantùm ad bona intuitu: nam ex quo adminiſtrationẽ habet, maximè Epiſcopalem, contrarium ſibi videtur tenendum. ĩ. de teſta. requiſiſti. §. finali. dicit quòd etiam ſimplex religioſus, à iugo huius obedientię in morte abſoluitur. vt. ĩ. de ſepul. de vxore. ¶ Sed quicquid dicat Hoſtiẽ. etiam quòd acquiritur intuitu perſonæ, Epiſcopus regularis acquirit Epiſcopatui: per iura prædicta. & . xviij. quæſtione. j. c. vno. vnde quoad adminiſtrationem dum viuit, poteſt locum habere quod dicit Hoſtien. vt de proprio. cum illud non habeat impediẽ. profeſsionẽ ſed vt de eccleſiaſtico. ĩ. titulo primo relatum ij. ſecundum Ioan. And. & hoc teneas. ¶ Nec obſtat dicta authentica licentiam. in fine, quæ videtur facere pro Hoſtien. quia non loquitur de tali prælato &c. Sed de adminiſtrature loci religioſi, largè ſumpto verbo religioſi. pro po. vt patet in. § allegato, interdicimus. de ec. ti. bene præſumitur. Fallit in religioſo habẽte liberos de legitimo matrimonio. ¶ Item quis poteſt diuidere bona ſua, iuxta ea quæ leguntur & notantur. in. § allegato ſi qua mulier. & illa diuiſio non eſt teſtamentum, ſed quædam vltima voluntas. vt not. Specu. in ſumma de ſtatu mona. § liij. & . § ſequenti & ſequẽ. ¶ Aut non ſunt profeſsi tacitè vel expreſsè, & tunc poſſunt teſtari. xij. quæſtione. v. c. vltimo. vt notat Innocen. de monialibus non profeſsis. ĩ. titulo proximo. c. ſecundo. & Hoſtien. & Ioan. And. poſt eum, cum etiam ad ſeculum reuerti poſſent: vt. ĩ. de regularibus. ſtatuimus. Idem notat Hoſtien. in ſumma. titu. de teſtamentis. § primo. ſub. § quis poſsit facere. verſicu. idem puto. Et pro hoc videtur eſſe caſus. ĩ. de ſenten. excommu. c. religioſo. § finali. libro ſexto. & de regulari. c. beneficium. eodem lib. vbi idem tenet Archidia. ſuper verbo aſſenſus pro hoc etiã facit, in authentico de ſanctiſsimis Epiſcopis. § ſi quis autem. colla. ix. ĩ. de electio. indemnitatibus. in fine. libro. vj. & de ſta. reg. c. accedẽs. in cle. ¶ Et quantũ ad iſtos religioſos, adde quod dixi ſupra de proba. in præſentia. vide etiam quod not. Hoſtien. ĩ. de ſucceſsio. ab inteſta. c. ij. vbi dicit, quòd obligatus ad ratiocinia eccleſiaſtica, non videtur etiam poſſe facere teſtamentum: vt legitur & notatur. xiij. quæſtione. ij. c. illud etiam. xxj. quæſtione. iij. c. primo & per totum. ¶ Quid dicendum? miror de Henrico, quia infra de fideiuſſori. c. peruenit in vltima diſtinctione, ipſe videtur reprobare differentiam Hoſtien. inter clericũ adminiſtrationem habentem, & ſimplicem beneficiatum, vt etiam dixi ſupra, & etiam in diſtinctione ſupra proxima. vt ſcripſi ſupra. in verſicu. tu dic verius. ipſe comparat Prælatum vſufructuario, & dicit, quòd facit fructus ſuos: & tamen circa articulum, an poſsit teſtari de illis, non videtur recedere ab opinione Hoſtien. ¶ Ego autem puto quòd

53 in fauorem eccleſiæ fuit de iure canonico inſtitutum, † tã in Prælatis, quàm in ſimplicibus beneficiatis, quòd de fructibus ſuorum beneficiorum in morte teſtari non poſsint. aliter quàm prædictum eſt. ad hoc vt omnia bona eis ex eccleſia acquiſita, ſolutis debitis & remuneratis familiaribus, apud eccleſiam habeat remeare licet ſint aliâs domini fructuum eorundem. ¶ Ratio autem huius eſſe poteſt, vt tetigi ſupra: quia ſimile videmus in patre habente filium naturalem, qui de proprijs bonis ſuis liberè teſtari non poteſt: non enim poteſt filium præterire vel exhæredare, & alium inſtituere: niſi propter iuſtam ingratitudinis cauſam: vt. ff. & . C. de liberis præteritis, & exhæredatis. & de inofficioſo teſtamẽ.

teſtamen.& inſtit.de exhæreda.libe.&c.ff.de iniuſto rupto,
& irrito teſtamento.per totum.& in auth.de trié.& ſemiſ.
in principio,& vt cum de appellatione cognoſcitur.§.aliud.
¶ Et ideò,non mirabile,ſi ius canonicum ſimile inſtituerit
iſto caſu,maximè quia omnes iſti fructus ex eccleſia proue-
nerunt:& ideò multò æquius eſt, quòd apud eam rema-
neant,quàm ad alium tranſportentur.argumen.infra de te-
ſtamentis.cum in officijs.cum concordã.ibi ſignatis.præ-
ſertim,quia prælatus eccleſiam deſponſando,quodam mo-
do videtur filium agnoſcere:in authenti.de ſanctiſſ.Epiſco.
§.ſed hoc in præſenti.& hoc de iure ſcripto.
¶ QVINTO quęritur,quid de conſuetudine.Et vt iſtud
clarius videatur,præmitto quæſtionem dubitabiliorem in
forma,quam format Nouella.infra de regulis iuris.c.nemo
poteſt plus.pone in certis partibus,vel eccleſijs habet con-
ſuetudo,quòd beneficiati certo tempore decedentes,acqui-
rant fructus obuenturos,etiam poſt mortem ſuam:& de il-
lis teſtari poſſunt:nunquid valet de iure talis conſuetudo?
non enim & quòd hęc conſuetudo valeat,facit antiqua de-
cretalis.Ad hoc enim poſita in prima compillatione de te-
ſtamentis.& decre.prima eo.titu.in compillatione. vbi vi-
detur approbari,per quas hoc tenebant Hugo.& Lau.xij.
quæſtione ſecunda.alienationes.Et quod not.eadem cauſa.
quęſtione quinta.in ſumma & Inno.& Hoſti.de teſtamen-
tis.cum in officijs.& ar.c.Si vaſallus in libro feodorum.titu.
hic finitur.& ff.de vſufruct.defuncta.& dicebat Alanꝰ in.c.
primo de teſtamentis.quòd cum clerici comparentur per-
ſonis priuilegiatis,valet conſuetudo, ſicut & aduocatus fi-
ſci:reſiduum ſalarij tranſmittit ad hæredes. C.de aduo.di-
uerſorum iudiciorũ.poſt duos.de domeſti.& protect.l.fina-
54 li.Magna† enim eſt authoritas, & poteſtas conſuetudinis,
vt ſolet dici de conſuetudine.c.fi.š.de conſue.in rubrica. &
de teſtamentis. relatum.ij.de donationibus.cæterum.quæ
facit abſentem facere fructus ſuos:notatur de conſtitu.cum
omnes.de elect.dudum.ij.in glo.penul.Contra iura de cle-
ricis non reſidentibus.Conquærente inter.de appellationi.
peruenit.Eſt autem mutuus abſens,ſupra de offic.delega.ſi
delegatus.Dat etiam iuriſditionem,& liberiorem admini-
niſtrationem.de foro compe cum contingat.cum concor.
ff.quod vi aut clam.prohibere.§ non tantùm.Et ſoli præla-
to,quod facere debet cum.c.de his quæ fiunt à præla.ea.in
fine.infrà de regularibus.c.ſi.ne ſede vacante.c.decimo.facit
duodecima diſtinct.illa.de conceſ. præben.ex parte.in fine.
ſecundum Archidia.& vide quod ibi ſcripſit Nouella.poſt
Hoſtien.de præben.Significatum.facit de conſuetudine.cũ
dilectus.de verborum ſignificatione.Abbate.vbi eſt inane
onus eccleſiarum.Ad idem ſupra de conſuetudine.c.primo.
non eſt.& cap.finali.vbi plus impedit ſucceſſorem:quia im-
pedit effectum nouæ conſtitutionis.ſupra de conſtitutio-
nibus.c.primo.& reuocatorie.infra de præbendis. ſi is cui.
Et diuinum ſeruitium notatur ſupra.c.proximo.&.c. ſi ca-
nonici.facit ſupra de reſcriptis.ſi propter.infra de præben.
quia ſæpè.Cum eccleſia.de reſcriptis.eam te.ſupra de elect.
generali.libro ſexto.& de officio ordinarij.eodem libro. c.
præſenti.¶ In contrarium inducitur,quòd facta contra ius
habens perpetuam cauſam probibitionis non tenet.C. de
legibus.non dubium.decima diſtinctione.vides.ſed prohi-
betur clericis teſtari de bonis eccleſiæ. duodecima quęſtio-
ne quinta.§ primo.&.c.primo, ſecundo,& tertio.de teſta-
mentis.c.primo.cum in officijs.ad hoc.quia Et hæc conſue
tudo grauamen inducit eccleſijs,& ſic vt irrationabilis eſt
imprę:ſcriptibilis.de conſuetudine.c.primo.& fi.& quod no
tatur.vndecima diſtinct.in ſumma.&.c.primo.& quia om-
ni iuri cõtraria non valet.de iudic.clerici.de probationib.
ad noſtram.de iuramento calumniæ.cæterum.de elec.cum
cauſam de conſuetudine ad noſtram.cum inter.cum vene-
55 rabilis.vnde† generalis conſuetudo non excuſat clericum
dantem in morte omnia mobilia parentibus:vt ſcripſi poſt
Vincentium de teſtamentis.Ad hoc.facit duodecima quæ-
ſtione prima.Epiſcopi de rebus.cum gloſſa.& vſurarijs cõ-
parantur de hoc de pecu.clericorum.c.finali.Facit reſecatio
illarum decretalium,quaſi illa conſuetudo non eſſet ratio-
56 nabilis iam extirpata.lxviij.diſtinct.cor Epiſcopi.nec† ad
conſuetudinem inducendam ſufficiunt ſcientia,& toleran
tia principis.de prębendis,& dignitatibus.cum iam dudum.
notatur.octaua diſtinctione.fruſtra.Et qui allegat conſue-
tudinem inductam de certa ſcientia principis.hoc probet
Archidiaconus.Ad hanc partem facit.infra de clericis non
reſidentibus.c.vnico.de teſtamentis.c.ij.& quia ſi conſuetu
do non dat ius teſtandi de perceptis,vt not. infra.de rebus
eccleſiæ.c.ij.nihil de percipiẽdis:quia ius canonici,& eius
titulus,morte extinguitur.& ſic,quod non habet in alium
transferre non poteſt.infra de regulis iuris.nemo plus. vbi
iſta ponit Ioan.Andræ.in Nouella,in quæſtione mercuria-
li.¶ Item ſtatutum quo minuitur cultus diuinus,non valet:
de conſtitutionibus.c.penul.ergo nec conſuetudo,quia æq-
parantur ſupra de conſtitutionibus.c.ſecundo.j.de iureiu-
rando.c.primo.Et huic parti ſtat Archidiaconus.inducens.
c.paſtoralis.de his, quæ fiunt à prælato.vbi prouentus de-
bent dari miniſtrantibus infra ſeruientibus.ad hoc de filijs
præſbiterorum.propoſuit.prima quæſtione.ij.c.ſi.xij.qõ.ij.
cõceſſo.xv.q.j.generaliter.Ad idem in dicto.c.cæterum. de
donationibus.vbi dicitur conſuetudo quę ſacris nõ obuiet
inſtitutis.Per quod reſpondet ad contraria,vel quod loquũ-
tur in conſuetudine non reprobata.Item ibi in viuo donan
te,non in teſtante.Nec ad conſuetudinem quę eſſet contra
libertatem eccleſiæ obligaret iuramentum,de his, quæ fiũt
à maiori parte.c.primo.Nec opiniones contrariæ approbã
tur à iure.& leges inductæ loquuntur in laicis, quorum eſt
proprietas.Secꝰ in clericis.duodecima quęſtione prima.res
eccleſiæ.de prębendis, & dignitatibus. ratio.Et hoc tenet
Archidiaconus & habet in ſuis reportationibus,per capi-
tulum relatum.ij.verſ.licet.de teſtamentis. ſed contrarium
tenet Nouella in prædicto.c.nemo poteſt plus.j.de regulis
iuris.libro ſexto.per.c.ſi ꝓpter.& alia iura prius allegat.per
quæ patet,iura antiqua,& noua,huic conſuetudini aſſiſte-
re:per quam principaliter præiudicatur ſucceſſori,non ec-
cleſiæ:& ſibi imputet,quòd tale beneficium recepit: quo
reſpectu facilius eſt hoc permitti de percipiendis,in quibus
tamen aliàs ſuccederet eccleſia. Et per hæc ferè ad omnia
contraria eſt reſponſum:& remotio antiquarum decretaliũ
non fuit iniquitas.Sed ne ab illis eccleſijs,aliæ non haben-
tes huiuſmodi conſuetudinem,hoc ſumerent in exemplũ:
de cognatione ſpirituali.ſuper eo.in fine.Et licet decretales
primę compillationis tolentes huiuſmodi conſuetudinem
dicerent eam irrationabilem:tamen decretales ſecundæ cõ-
pillationis eiuſdem authoris,approbant eam,dando iudicẽ
legatarij.Non obſtat infra de clericis non reſidentibus. c.
primo.libro ſextu.& quod dicitur non ſeruientem,non poſ
ſe tranſmittere,quod non percepit.Hæc enim ratio proce-
deret,in diſtributionibꝰ quotidianis.de quibus viuat ſucceſ
ſor,vel de proprio,& ſeruiat.Sed quęſtio loquitur in fructi
bus præbendæ.nec.§ porrò.alle.obtinet in præbendis.licet
in illis obtineat extraua.Io.ſuſcepti.vbi approbatur hæc cõ
ſuetudo.c.ij.de teſtamentis.loquitur in monacho,cõtra cu-
ius ſubſtantialia,non valet conſuetudo:& ita in multis ec-
cleſijs interpretatur conſuetudo:ideò non mutandum.ff.de
legibus.minimè.maximè quia ſucceſſor,qui fructus primos
non habet,habebit ſimul fructus primos ſui ſucceſſuris: &
ſic deinceps,& ſic nunquàm habebit duplices fructus, pro
vno anno vitę ſuę.Nec obſtat regula,nemo. quæ procedit,
vbi non eſt conſuetudo,ſed tunc transfert ſibi quæſitum ex
conſuetudine.hæc autem conſuetudo debet eſſe pręſcripta.
57 j.eo.§ porrò.de regulis iuris.c.tertio.quia† verbum conſue
tudinis ſimpliciter prolatum,intelligitur de pręſcripta. de
electione.cumana.& fortius valet ſi à tempore cuius me-
moria &c.de verborum ſignificatione.ſuper.j. de pręſcri-
ptionibus.c.primo.cum concor.Io.Nõ obſtat.ff.de vſufru.

Titio.quia verum eſt,quòd vſusfructus formalis vel vſus,
non poteſt incipere à morte:vt ibi.Sed ius commoditatis
fructuum percipiendę poteſt incipere à morte.ff.de pericu
lo & commo.rei venditæ.l.neceſſariò.§ quòd ſi pendente.
Sed cõtra hoc facit,quòd hic vſus, ſeu vſusfructus erat con
ſtitutus in perſona beneficiati,vnde videtur eſſe finitus in
totum eius morte.vt ibi no.& eſt ibi expreſſum,quòd ideò
hæres vſufructuarij vendentis commoditatem non teneri
emptori ad commoditatẽ:quia finitus erat vſusfructus mor
te venditoris ¶ Solutio:Concedo,ꝙ & hic finitur eſt vſuſ-
fructus,ſeu vſus formalis:nec ex iure priori,ceſſante conſue
tudine,hæredes,vel executores eius habẽt vſum,vel vſum-
fructum formalem.nec cauſalem,ſeu ius cõmoditatis,quan-
tùm eſt pro fructibus percipiendis,licet pro perceptis, &
acquiſitis in vita haberent ius commoditatis:vt in.l.defun-
cta.Sed conſuetudo dat ei pro hæredibus,vel executoribus
ſuis ius huius commoditatis percipiẽdę etiam poſt ius ſuũ
finitum.ita quòd ipſe percipiebat,vt habẽs ius formale,ſed
ipſi vt cauſale:& ſic erit mutatum nomen illius iuris, hoc
enim poteſt facere conuentio.ff.de verb.obli.ſtipulatio iſta.
§.ſi quis ita.verſ.ſed ſi quis.cum gloſ.ſuper verbo fructus.ibi
vel dic ideò,& hoc potuit conſuetudo,quæ pro lege habe-
tur.arg.ff.de pactis.non impoſsibile.de le.de quibus.in fine.
¶ Maximè autem ſuſtineri poteſt dicta conſuetudo,ſuppo
ſita moderatione,de qua infra.§ porrò allegat.& hodie ma-
gis ſecundum moderationem illius extrauagantis ,ſuſcepti.
per quam ſucceſſor poteſt habere partem in fructibus , pro
ſeruitio per quam etiam patet malè dixiſſe cardinalem . ꝓ
ſcilicet moderatio illius.§ porrò.non obtinet contra dece-
dentes hoc ex conſuetudine vendicantes . argu.illius.l.poſt
duos.&.l.finali.de protectoribus.Et quia parentes magis te-
nentur,de quibus hic loquitur,ꝓuidere filijs,quàm filij , de
quibus loquitur conſuetudo.Sed hoc non placet ipſi Ioã.&
meritò:quia ita etiam interpretatur illa extrauagãs.In qui-
bus autem eccleſijs eſt conſuetudo de percipiendis , etiam
diſtributionibus omnibus quotidianis,quod non videtur
tollerabile ſecundum prædicta.¶ Sed poteſt dici contra,qa
illud fit ad onus communitatis,non ſolius ſucceſſoris , qui
ſeruiendo nihilominus eas capit,ſicut alij in tantò mino-
res,ſecundum dominum Cardi.pariſien.in.c.prę ſenti.alle.
Quid dicendum igitur nunc de noſtra quæſtione principa
li,videlicet an conſuetudo generalis eccleſię gallicanæ quæ
habet prælatum de huiuſmodi fructibus poſſet acceptari,
teſtari de iure valeat?Et breuiter dicas quòd ſic per pręcedẽ
tia,à fortiori ratione.Aequius eſt enim , quòd quis de ſuis
bonis proprijs teſtari poſsit,quòd de alienis.ar.eorum quæ
leguntur,& notantur,ff.de teſta.l.prima.&.C.de ſacroſan.ec-
cleſijs.l.prima.prætereà hoc etiam clarè probatur.c.pręſen-
ti.per capitulum præſenti,& extrauagan.ſuſcepti.alle.quia
conſuetudo in illis iuribus allegat.nõ eſt ita æqua,ſicut iſta:
nam illa loquitur de acquirendis extraneo,hæc verò de re-
tinendo prælato.ff.de his,qui ſunt ſui , vel alie.iuris.l.patre
furioſo.prætereà illa loquitur de alieno vſurpando,hæc ve-
rò de proprio conſeruando.arg.C.de iure deli.l.vltima.§ li-
centiam.prætereà illa loquitur de prælato aggrauando , &
iniuriando.hæc verò loquitur de pręlato à grauamine , &
iniuria pręſeruando.ff.de his,qui ſunt ſui , vel alieni iuris.l.
ij.§.dominorum.& ita ſeruatur generaliter Pariſijs in regio
parlamento.

¶ SEXTO quęritur vtrum res emptę per Pręlatum de
huiuſmodi fructibus,ſub ſuo,vel alieno nomine eccleſiæ ac
quirantur?Breuiter circa hoc ſic diſtinguas,quia aut quæri-
tur de iure,aut quęritur de conſuetudine.ſi de iure,aut quę-
ritur de immobilibus,aut de mobilibus.Si de immobilibus
dic quòd acquirũtur eccleſię indiſtinctè,& ſunt textus.xij.
q.iij.c.placuit.& de pecu.cleri.c.inquirendum.Et licet di-
cat Hoſti.quòd hic eſt vnus caſus ſpecialis in eccleſia,ſecũ-
dum magiſtros:vt ſcilicet res empta de pecunijs eccleſiæ
ipſi eccleſię acquiratur,& per eam vendicari poſsit:¶ Secũ
dus caſus eſt in milite C.de rei ven.l.ſi vt proponis.vbi de
hoc.& tertius in pupillo.C.arbitrium tutelę.l.tertia.& quar
tus in vxore.ff.de dona.inter virum,& vxorem.l.vxor ma-
rito . Quintus in re empta à liberto de pecunia ſibi data à
patrono,ſecundum ea quæ notantur per Hoſtienſem.de do
nationibus titu.gene.c.finali.ſuper verbo reuocare ibi . Si
enim patronus.arg.C.de reuocandis donationibus.l.prima.
¶ Sextus ſecundum quoſdam in re empta de pecunia fœne-
58 bri.ĩ.de vſuris.c.cum tu.aliàs autem regulare eſt,quòd † li-
cet res de aliena pecunia ematur,nihilominus ementi,& nõ
domino acquiruntur pecunię.C.de rei ven.l.ſi ex ea.C.com
munia vtriuſq; iudicij.l.ſi patruus.C.de donat.inter virum,
& vxorem.l.& ſi de tua.Quod intellige nec ſuo , nec alieno
nomine,vt probant.capitulũ,placuit.&.c.inquirendum . &
xlvj.diſt.ſicut non ſuo.ne fiat fraus de perſona ad perſonam,
iuxta nota.ĩ.de contrahenda.ad noſtram.Tamen Hoſtien.
hoc in dubium reuocans,in prędicto.c.inquirendum.alleg.
dicit,quòd licet ad hoc videlicet quòd in caſu tales res ec-
cleſię acquirantur inducant magiſtri.c placuit.&.c.inquirẽ-
dum.allegata.&.ĩ.de pecu.cleri.c.ſecũdo.Tñ ſecũdum eum,
hęc iura non bene probant. Dicit tamen,quòd hoc proba-
tur efficaci*,in.c.primo.de teſtamentis.quod non capio.Sed
ſto ſimpliciter cum magiſtris,quia nõ poſſum tollere textus
tam clarè loquentes.Sed caue,quia hic eſt ſpecialitas multò
maior,quàm illa quę ſupra proximè notata eſt,videlicet ꝗ
59 res † empta per pręlatum non de pecunia eccleſię ſed de pe-
cunia ſua propria,ex ſuis proprijs fructibus recollecta , ac-
quiritur eccleſię velit,nolit.quòd enim pecunia ſit propria
ipſius pręlati,& non eccleſię.ſ.eo.c.in prima quęſtione de-
claratũ fuit.¶ Ratio autem tantę ſpecialitatu eſſe poteſt,fa
uor eccleſię.ff.de re.& ſumpt.funerum.l.ſunt perſonę & vt
auferantur à pręlatis exempli pernicies,& ſcandalum laico-
rum damnataq; eorum conſueta carnalitas,& occaſio delin
quendi.Sulent enim pręlati quàmplurimi ad ea eſſe carna-
les,quòd contemptis eorum eccleſijs,ipſarumq; omnibus,
per eos minus ſufficiẽter ſupportatis de fructibus quos de-
berẽt ad illorũ onera neceſsitates,& vtilitates conuertere
pro ſuis parentibus,conſanguineis,& amicis : ſolent emere
poſſeſsiones,& caſtra,cum maximis ſumptibus,& expen-
ſis,quę ingerunt mali exempli perniciem,& ſcandalum lai-
corum,maximè hęredum fundatorum,& quę cedunt quã-
doq; in maximas ipſarum eccleſiarum lęſiones . Pro quibus
tollendis,hoc ius tam ſpeciale induxerunt argu.illorum iu-
rium quę tollunt ſcandalum,exemplum pernicioſum con-
ſuetudinem,& occaſionem delinquendi,quæ omitto.Si ta-
men dicas fructus dotales marito acquiri,licet pro oneri-
bus matrimonij ſupportandis,habet rectè ſimile in matri-
monio carnali ,in prędicta.l.vxor marito.vt ſic dicamus fru
ctus ex re dotali,vel eccleſię perceptos quorum marito,&
pręlato dominium eſt quęſitum,adhuc eſſe eccleſię,vel vxo
ris,licet impropriè,& ſolùm ex quodam reſpectu habito ad
cauſam originalem,ex qua prouenitunt.quia ex rebus vxo-
ris,vel eccleſię,originem trahunt:arg.ff.de leg.ij.l cum fili*.
60 § hęres meus.Ex quo infertur,quòd licet † pręlatus,nec fur
tum,nec ſacrilegium committat,fructus ſuos vendẽdo , vel
donando,aut aliàs alienando quia ſui ſunt. Tamen quia poſ
ſeſsiones inde emptę eccleſię acquiſitę ſunt,ſi eas alienet in
parentes furtum,ſeu ſacrilegium videtur committere:& ſi
ſub alieno nomine emit eas,vt ſub illo colore eas in alium
transferat furto,& ſacrilegio fraudem addit:& ſic loquitur
pręd ictum.c.inquirendum.in fine.& licet dicat Hoſt.quòd
quicquid dicant magiſtri,non tamen probat litera in.c.in-
quirendum.quòd eccleſia poſsit rem vendicare , fatetur tñ
quòd pro eccleſia facit longa interpretatio magiſtrorum:
argu.ff.de legi.l.minimè.& ar.ex ęquitate legitur.ſi me & ti-
tium.ff.ſi certum petatur.&.ff.mandati.l.ex mandato . &.l.
deniq;.§ primo.&.ij.de procu.l.qui proprio.§ procurator.vt
in cœteris.&.ſ.de iureiurando,ad noſtram.j.&.ij.& maxi-
mè,in ſubſidium.ff.de eo per quem factum eſt.l.finali.¶ De

mobilibus autem non reperio iure expreſſum, nec etiam io
conſuetudinem deductum, quòd eccleſię acquirantur quia
iura ad hoc allegata, videlicet. c. placuit. xij. q. iij. & c. primũ.
& c. conquerendũ. de pecu. cleri. loquitur de prędijs, & poſ-
ſeſſionibus. imò reperio, quód conſuetudo habet contra-
rium. Nam prælatus tranſlati equos, vel libros, & cœtera
empta de fructibus prioris eccleſię ſecum portant, ſicut &
portãt pecunias inde recollectas: & ſic ſemper vidimus ob-
ſeruari, igitur oportet fateri, quód non acquirãtur eccleſię,
ſed prælato, tanquàm empta de bonis proprijs eorundem,
vt patet ex notatis, in prima quæſtione. A regula enim com
muni, quæ habet rem per me emptam de pecunia mea, ſub
nomine meo. ac per venditorẽ eius dominiũ mihi traditũ,
mihi acquiri. C. de pac. l. traditionibus. & § per traditionem.
& § venditæ. allegatis non debemus recedere: niſi in caſibus
à iure expreſſis. j. de reg. iur. c. quæ à iure. libro ſexto. ¶ De
conſuetudine verò dico poſſe induci: quód etiam immobi-
lia empta per prelatum de iſtis fructibus, ſi ſub, nomine ꝓ-
prio ſibi, & ſi ſub nomine alterius illi, & non eccleſiæ acqui
rantur. Et patet ratione, quia conſuetudo poteſt priuare ec
cleſiam omni ſpe iſtorum fructuum per diſpoſitionem fa-
ctam in vltima voluntate: vt patet ex his, quæ ſcripſi in q̃ō-
ne proximè pręcedente. Igitur, & per diſpoſitionem factam
inter viuos. ¶ Et patet argumentum, primó quia quod po-
teſt circa vltimas voluntates, poteſt & circa diſpoſitionem
inter viuos. & ideò de illis ad iſta arguitur, & econtra. vt. ff.
de le. primo. l. ſeruum filij § eum qui. & de le. tertio. qui chi-
rographum. cum ſimilibus. Prætereà quia ſecundum omnes
61 magiſtros, ſeu notatores antiquos, potius, † ſeu fortius ius
habet prælatus in vita, quàm in morte, vt patet ex his, quæ
ſcripſi ſupra in proxima quęſtione. Item probatur, & alio
modo, quia conſuetudo per quam lucraretur extraneus fru-
ctus, & ſibi acquireretur dominium eorundem, approbarur
à iure. vt. c. præſenti. & extrauagan. ſuſcepti. qui tamẽ emẽs
ex illis, poſſeſſionem illam eccleſiæ non acquireret: quia nõ
eſt prælatus ipſius, nec eſt in eo hoc expreſſum: Igitur po-
teſt conſuetudo inducere, quòd poſſeſſio empta de iſtis fru-
62 ctibus, non acquiratur eccleſię. ¶ Item † quia. l. poteſt tolle-
re illud, quod ipſa poteſt inducere. ff. de ſolu. l. ſtichum § na-
turalis. & j. de regulis iuris. omnis res. & quod poteſt lex ſcri-
pta. poteſt & conſuetudo. ff. de legibus. l. de quibus. modò
lex canonica dedit eccleſię hoc priuilegium, videlicet, quòd
poſſeſſiones emptæ de huiuſmodi fructibus eccleſiæ acqui-
rantur. Igitur conſuetudo illud priuilegium poteſt tollere:
& facere quia tollendo reducit ad primam, & antiquam iu-
ris communis naturam: argu. ff. de pact. l. Item ſi vnus § pa-
ctus. verſ. quod in ſpecie dotis. ¶ *Sed pone quòd non recor*
dantur homines, quòd emerſerit caſus talis, ita quòd de ta-
li cõſue. in ſpecie non apparet: certa tamen eſt conſuetudo
generalis, ſecundum quam prælati dum viuunt & præſunt,
diſponunt de iſtis fructibus, prout volunt: & dum transfe-
runtur, illos ſecum portant, & dum moriuntur de illis te-
ſtantur: ſicut & de alijs: nunquid ad caſum iſtum trahetur
talis conſuetudo, vt ſi poſſeſſionem nomine ſuo emat, eccle
ſiæ non acquiratur: ſed ſibi, aut illius nomine, cuius emit ſeu
emi facit. Et videtur, quòd non, quia correctio iurium eui-
tanda eſt. C. de inoff. dot. l. vna. & infra de elect. cum expe-
diat. libro ſexto. Igitur quod non mutatur certo caſu, in illo
ſtare prohiberi non debet. C. de teſtamẽtis. l. ſancimus. & C.
de appel. l. pręcipimus. in fine. Prætereà quia ſublato vno im
pedimento, remanet aliud non ſublatum. ff. de ſeruitu. vrba.
prædi. l. ſi domus. ſ. de authoritat. & vſu pal. c. ex tuarum. &
de filijs præsbyterorum. c. ſecundo. & j. de ſenten. excom. c.
cum pro cauſa. Et de priuile. c. paſtoralis. Igitur ſublato im-
pedimento teſtandi, non propter hoc ſublatum eſt impedi
mentum acquirendi. ¶ Facit quia in iuribus reſtrictiuis, li-
cet denegato maiori, cẽſeatur denegatum minus. ff. de ſena.
l. qui indignus. & de ſeruis exportandis. l. cui pacto. tamen
non propter hoc, conceſſo maiori, cenſetur conceſſum mi-
nus. vt. j. de præben. c. ei qui de non ſacerdotali. libro ſexto.
tu cogitabis. ¶ *Sed quæres.* Quid ſi prelatus emit caſtrum
ſub nomine proprio, nec apparet an pretium ſoluerit de bo
nis eccleſiæ aut de fructibus ſuis ex eccleſia recollectis, an
verò de bonis aliunde quæſitis, & ſic non apparet, an eccle-
ſiæ, an verò ipſi prælato nomine proprio, caſtrũ ipſum fue-
rit acquiſitum, quid tunc pręſumetur, & ad quem, prelato
mortuo, vel tranſlato, onus probandi debeat pertinere? vi-
delicet an ad hæredes prælati mortui, vel ad ipſum præla-
tum tranſlatum. quòd ex bonis aliunde quæſitis, an verò ad
ſucceſſorem ipſius, quod ex bonis eccleſiæ, vel ex huiuſmo-
di fructibus caſtrum ipſum emptum fuerit, & ſolutum? ad
cuius quęſtionis reſponſionem vidẽtur bene facere ea, quæ
ſcripſi ſupra. poſt Henri. ſupra in. iiij. quęſtione. verſ. ſequi-
tur de tertio. ſ. quando eſt dubium. &c. Sed volo etiã, ꝙ cogi
tes circa iſtud, hoc enim dubium ſicut & pręcedens, tibi re-
linquo inſolutum, eo quòd ſuper vno caſtro per dominum
P. cardi. Anicieñ. meum in eccleſia Anicienſi. prædeceſſorẽ
immediatum, ſimili modo empto, ſimilem cum eo habeo
quæſtionem.
63 ¶ † SEPTIMO Quæritur, cui compararetur † prælat⁹,
videlicet an vſusfructuario, an verò ſolũ vſurario? Circa qđ
vide, quæ ſcripſi ſupra in quarta quęſtione. verſ. compara-
tur enim. & verſ. tu dic veritis. & quæ ſcripſi etiam. ſ. ſupra
eodem in quinta quæſtione. Pone ergo, quòd moritur, vel
transfertur, nunquid hæredibus ipſius mortui, vel etiam
ipſi tranſlato, debentur fructus pendentes an verò magis ſuc
ceſſori aut fortè priuilegiato iuxta capitulum Si propter. c.
præſenti. Si tibi conceſſo. & extraua. ſuſcepti. allegata. ¶ Pa-
riſieñ. In caſu. Si Papa dicit, quòd non debenẽ trãſlato nec
hæredibus mortui, ſed ſucceſſori, vel priuilegiato: quia fru-
64 ctus † quandiu pendent, videntur pars fundi. Secus poſt ſe-
parationem. ff. de rei ven. l. fructus. vſusfructuarius autẽ tũc
demum facit fructus ſuos, cum per ipſum, vel alium nomi-
ne ſuo ſunt ſeparati, & recõditi. & aliàs non vt. ff. de vſufru.
l. ſi fur. aliàs eſt § Iulianus. ſub. l. arboribus. & de vſuris. l. qui
ſcit § prætereà. & quibus modis vſufr. amittatur. l. ſi vſufru-
ctuarius. Sed forté non oportet, quòd ſint reconditi imò ſuf
ficit, quòd ſuo nomine ſint percepti ſecundum eum, quod
nunc non examino. ¶ Subdit quòd hæc comparatio quoad
beneficiatos, videtur bene dura, & quòd fauorabilior eſt ex-
tinctio vſuſfructus, & reuerſio eius ad proprietarium, quàm
extinctio iuris beneficiatorum: propter hoc, plures modi
fuerunt inuenti à iure quibus vſusfructus finitur, vt patet
ff. de vſufruc. l. iij § ne tñ. qđ non ſic obtinet in beneficiatis.
vnde de iure videtur ſecundum eum, quòd per ſeparatio-
nem etiam non nomine ſuo factam, faciat eos ſuos: ſicut in-
fra dicetur de bonęfidei poſſeſſore, qui minus ius videtur
habere: cum iſte habeat ius in re, ratione cuius beneficium
dicitur eſſe ſuum j. de præben. ſi tibi abſenti. libro ſexto. vt
ſic poſſit teſtari in illis, ſicut de iam perceptis, & recondi-
tis, vt ſcripſi. in. iiij. quæſtione. & quòd poſſeſſor bonæfidei,
qui non habet tantum ius, faciat fructus ſuos, ſtatim quòd
ſunt à ſolo ſeparati qualitercunq; etiam ſuper alium, & nõ
ſuo nomine ſint percepti. notatur in ſpecie de fructibus in
principio. Quod intelligit ibi Speculator, de induſtrialib⁹,
ſecus de naturalibus, per legem, fructus. ff. de vſuris. Sed dic
vt ibi, & de vtriſq; eſt expreſſum. ff. de rei ven. l. Si eius § pri
mo. & ff. de vſuris. l. qui ſcit § bonæfidei. Vaſallus autem fa-
cit fructus ſuos, etiam pendẽtes ſi vixit poſt Calẽdas martij.
Sed ſi deceſſerit ante martium pertinent ad dominum: vt
in feudis. hic finitur. l. § ſi vaſallus. verſi. his conſequenter. Et
iſte modus ſecundum eum obtinet de conſuetudine plu-
rium locorum in beneficijs: vt certo tempore morientes,
lucrentur groſſos fructus futuros. Et ſi ante nihil habeant
de illis. Priuilegiatus autem de quo in. c. ſi propter. & alijs ſi-
milibus alleg. ſecundum Io. An. & Pariſ. in. c. ſi propter. vi-
detur comparandus vſusfructuario. ar. ff. de vſuſfr. legato. l.
patrimonij. & ſic facit ſuum quicquid ab hora vacationis,

vſq; ad annum fuerit perceptum,& reconditum ſuo nomi
ne: facta tamen deductione onerum iuxta.c.præſenti.§.por-
rò.allegatum. Debes tamen debito tempore colligere,ſcili-
cet cum ſunt maturi,vel ſaltem cum plus expedit:hoc ar.ff.
de vſuſr.legato.§.penultimo.Sed & in priuilegiato huiuſmo
di credit Pariſien.ſufficere,quòd fructus ſint collecti,licet
non reconditi. Vnde non quoad omnia ille cẽſetur vſusfru-
ctuarius. Nam & aliud eſt habere fructus,aliud ius vſusfru-
ctus,quod eſt ſeruitus perſonalis.ff.de euict. l.vacę. de iure
dot.l.vſusfruct⁹.vnde nec iſta cõceſsio finiretur illis modis,
quibus finiretur vſusfructus:ſicut & aliud eſt tradere eccle-
ſiam ad firmam,& aliud tradere fructus,ſeu obuentiones
ipſius,vt no.ne prælati vices ſuas.c.finali. Et prædicta.l.pa-
trimonij.loquitur in legato redditus annui,quod magis eſt
ſimile vſuifructui,quã conceſsio fructuum primi anni.qa
illa eſt pura,quoad verba:licet ex re capiat dilationem.ff.de
verborum obligat.l.interdum.vnde ſi beneficium vacaret
vltima die temporis habebit fructus illius pro alio anno:&
in hoc diſfert ab vſusfructuario.ff.de an.leg.l.in ſingulis.§.il
lud.¶ Sed ſi alius etiam furtiuè illos perciperet,priuilegiat⁹
eos non vendicaret.quia non ſunt ſui.ff.de acti.empt.l.qui
pendentẽ.maximè ſi erant immaturi.Sed aget actione furti,
qa ſua intereſt illos non fuiſſe ablatos.vt p̃dicta.l.ſi fur.ſecũ
65 dũ eum.¶ Quid dicẽdum?breuiter in primũ † puto,quòd
nec vſurario,nec vſusfructuario prælatus,ſeu beneficiat⁹ ꝓ-
priè comparatur,licet ius habeat percipiendi fructus bene-
ficij,& efficiatur dominus eorũdem,vt dixi in prima quæ-
ſtione:nam quãquàm dominus non ſit rerum eccleſiaſtica-
rum,vt ſcripſi ſupra.de cauſa poſſeſ.eum ſuper. tamen ipſe
habetur pro domino,vt hic dicitur:poteſt enim permuta-
re poſſeſsiones eccleſię,vt hic.& infra de rerum permu.c.ad
quęſtiones.& etiam ex cauſa eas vendere ſeruata forma ca-
nonica,& ſuperioris authoritate accedente.xij.q.ij.ſine ex-
ceptione.j.de rebus eccleſię non alie.c.primo,& ſecundo.li.
vj.quę non poteſt facere vſusfructuarius.ff.de vſufruct.l.itẽ
ſi fundi.§.finali.verùm quia fructus pendentes cenſentur eſ-
ſe pars fundi,vt prędictum eſt,ſateri oportet,quòd prælato
mortuo,vel tranſlato,non debentur dicti fructus,ſicut nec
poſſeſsiones,in quibus pendent,& quarum partes exiſtere
dignoſcuntur:quia ex tunc prælatus in illis,nil cõmune ha-
bet.xxj.q.ij.ſi quis iam tranſlatus.de alijs,dic vt pariſieñ.Et
omninò iunge ad complementum materiæ ea,quæ ſcripſi
in prędicto.c.cum ſuper.in prima oppoſitione.

¶ OCTAVO quęritur,vtrum inter prędeceſſorẽ,& ſuc
ceſſorem,ſeu priuilegiatum de percipiendis fructibus pri-
mi anni fiat talis diuiſio fructuum,ſicut fiebat ſoluto matri
monio per diuortium inter maritum,& vxorẽ.per.l.diuor-
tio.ff.ſo.ma.coniunctis.l.fructus.&.l.de diuiſione.eo.titu.vt
ſic prælato qui ſeruiuit pro parte anni ante meſſes,vel vin-
demias,mortuo,vel tranſlato,hæredes mortui,vel tranſlati
pro rata temporis quo ſeruiuit de fructibus meſsis,vel vin-
demiæ partem ſuam debeat reportare. ¶ Pariſien.dicit,ꝙ
ceſſante conſuetudine,ſatis videretur rationabile de iure,ꝙ
habito reſpectu ad initiũ tẽporis,quo incœpit eſſe onera-
tus ad ſeruiendum beneficio.pro rata temporis illius anni
pertineant ad eum fructus illius anni,tam percœpti in vita
ſua,quã etiam per quẽcunq; percipiendi poſt mortem ſuã:
cum huiuſmodi fructus ad totum annum pertineant: vt.c.
pręſenti.§.porrò.alleg,vt ſic quoad hoc ęquiparetur nõ vſuſ
fructuario,vel vſurario,ſeu bonęfidei poſſeſſori,aut vaſallo
ſed marito.¶ Ratio quia magis propriè comparatur mari-
to,quia inter ipſum,& eccleſiã in qua eſt beneficiat⁹,quod-
dam quaſi matrimonium ſpirituale cenſetur contractũ.ſ.
de tranſla.epi.c.inter corporalia.& ſic fiet de illis fructibus,
ſicut de fructibus rei dotalis,& habebit ipſe,vel eius hęre-
des,ſeu executores illos fructus,quos & quãtos haberẽt ma-
ritus,& eius hęredes:vt prędicta.l.diuortio.in principio.&
in pluribus.§.ibi ſequẽtibus.vt onus,& emolumentũ ſe inui
cẽ proportionaliter cõſequant̃.j.de reg.iur.qui ſentit.li.vj.&

ita in parte ſicut in toto.arg.ff.de vſur.l.qui ſcit.in princ.cũ
cõcor.& ſic de illis teſtari poterit ſicut de iam perceptis,&
reconditis.Super quo remittit ad notata.j.de re.ec.non alie.
c.ij.li.vj.Hoſti autem iuſra de pec.cleri.c.Si quis ſanè.ad fi-
nem ſuę gl.magnę mouet iſtam quęſtionẽ.& de ea remittit
ad notata ſua,in ſumma de don.inter virum,& vxorem.ſub
rubrica de doti.promittendis.§.ad quẽ pertinet.& poſteà
ſubdit hęc verba.Sed eſt meliùs,ꝙ cleric⁹ ſeparatos,& recõ
ditos ſolùmmodo facit ſuos,alij autem omnes ad eccleſiam
pertinebũt.ſic enim eſt in vſufructuario,cui talem clericũ
diximus comparandum,prout leg.ff.de vſufru.l.arborib⁹.§.
Iulianus.aliâs eſt.l.ſi fur.&.ff.quibus modis vſusfructus amit
tatur.l.ſi vſusfructuarius.in fine.vt prędicta.l.qui ſcit.§.pri-
mo.&.§.præterea.& ſunt hęc vera,niſi de ſpeciali ſtatuto,
vel conſuetudine eccleſię per quã tamen non nimis grauet
eccleſia,aliud cenſeatur.tali enim(ſi de illa appareat)ſtandũ
erit.ar.j.de teſta.relatum.ij.§.licet.&.j.de conceſ.prębẽ.c.ex
parte Aſtenſis.§.finali.Sed ſecus eſſet de conſuetudine one-
roſa.ſ.de conſuetudine.c.primo.Hoſt.& idem etiam ſentit
Henricus,vt patet ex his quæ ſcripſi poſt eum,ſupra in.iij.
quæſtione.¶ Quid dicendum?breuiter opinio Hoſt.magis
placet,quia prælatus mortuus,vel tranſlatus poſt mortem,
vel tranſlationem ipſius cum priori eccleſia nil commune
habet.xxj.q.ij.ſi quis iam tranſlatus.vnde Barto.in.l.diuor-
tio.dicit,ꝙ licet ęquũ eſſet,ꝙ illa diuiſio locum haberet in
præbendis,tamen canoniſtæ tenent contrariũ,quibus ſtan-
dum eſt.Nec obſtat cõparatio matrimonij ſpiritualis,& car
nalis,quia licet comparentur.quoad aliqua,non tñ compa-
66 rantur quoad omnia.Pręterea,quia † fruct⁹ rei dotalis non
dantur marito tanquã vſufructuario,vel dño,ſed quaſi pro
precio,ſeu ęſtimatione onerum matrimonij ſupportare ha-
bet.C.de iur.do.l.pro oneribus.& ideò iuſtum eſt,ꝙ habeat
de fructibus futuris pro dicto tempore,pro quo dicta one-
ra ſupportauit:& ſic procedit.l.diuortio.Sed fruct⁹ benefi-
cij non dantur beneficiato,pro pretio,ſeu ęſtimatione one
rum beneficij quæ ipſe portare habet. Quia & ſi ibi nulla
onera eſſent,fruct⁹ ſuos faceret:ſed dantur ſibi tãquàm vſuſ
fructuario,ſeu tanquàm illi qui quãdiu pręeſt beneficio,do
minus beneficij reputatur,vt dixi in quæſtione præcedẽte:
modò ita eſt,ꝙ ille qui deſijt eſſe vſusfructuarius,vel domi-
nus propter onera,quę tempore quo fuit vſusfructuari⁹,vel
dominus ſupportauit nihil de futuris fructibus petere po-
terit.Et eſt in propoſito ratio rationis,quia beneficiat⁹ por
tando onera beneficij,cenſetur agere in rem ſuam:nec intẽ-
dit aliũ ſibi obligare:ſicut dominus ver⁹ non poſſet ex hac
actione dimiſſo dominiu rei,aliqd repetere ipſo caſu.¶ Sed
67 quid de caſu conuerſo.Ponet † enĩ ꝙ meſsibus,& vindemijs
recollectis per prælatum,ipſe morit̃,vel transfertur,nunqd
tenebit̃ ipſe vel hęredes,ſeu executores eius,cum ſucceſſo-
re,vel priuilegiato diuidere dictos fructus iuxta modũ.l.di
uortio.alleg.Et licet allegata.ſ.faciũt pro,& contra,tñ cre-
do magis,ꝙ nõ debeat fieri talis prouiſio,niſi partes volũta
riè illam admitterent,aut cõſuetudo patrię,vel eccleſiæ,vel
ſtatutũ,aut priuilegiũ ipſius eccleſiæ hoc haberet:quia con
trariorum eadem debet eſſe diſciplina.ff.de his,qui ſunt ſui
vel alie.iur.l.j.Illud ergo qd in contrario.ſ.ꝓximè diximus,
in iſto caſu ſeruare habemus.facit,quia illud ius quod eccle-
ſia recipit pro ſe,tenetur etiam recipere contra ſe.ff.ꝙ quiſq;
iuris.in rubro,& in nigro.& per totum,&.ſ.de conſti.c.cũ
omnes.¶ Item quia beneficiatus aut vſufructuario,aut do-
mino cõparatur:vt patet ex dictis,& tñ dñs tranſlato domi
nio rei,ad hanc diuiſionem non teneret̃.& hoc planum nec
etiam vſusfructuarius:vt.ff.de vſufruct.l.defuncta fructua-
ria.Præterea,quia.l.diuortio.ponit vnum ius poſitiuũ,mul
tũ ſingulare:& per cõſequẽs ad aliũ caſum extendi non de-
bet:vt.ff.de leg.l.ius ſingulare.& pręſertim qñ alius caſus nõ
eſt eiuſdem,nec etiam ſimilis rationis:prout in propoſito ſu
perius eſt oſtenſum.
68 ¶ NONO quæritur,† vtrum collectis meſsibus,& vin-
demijs

demiſs per prelatum prelatus moritur, vel tráſſertur, ipſeq; tranſlatus, vel hæredes inſtituti in teſtamento mortui, aut executores ipſius volunt tollere oẽs fructus huiuſmodi, per tranſlatum, vel mortuũ recollectos, locus tũc etiam debeat prouiſioni p̃dictę decretalis. pñti. § porrò. de offi. ordinarij. li. vj. Breuiter puto, ꝙ non: quia illud capitulũ ſolũ loquitur de bonis tẽpore vacationis eccliæ obuenientibus, & de bonis tempore vacationis viuẽtis in ipſis eccleſijs, quę in vtilitatem ipſarum eccleſiarum expendit, vel futuris ſucceſſoribus reſeruari debent: ꝓut ibi dicitur in prin. decretalis. modò de illis in caſu noſtrę quæſtionis, non loquimur: nam fructus de quibus loquimur non obuenerunt tẽpore vacationis, ſed añ vacationẽ, nec ſunt alia bona ibi inuẽta, quę ſint in vtilitatẽ eccleſiæ cõuertẽda: aut ſuturo ſucceſſori reſeruáda, vt patet ex dictis. nec reuera loquitur in ẽpalibus dignitatibus vacãtibus. Sed ſolùm in illis inferioribus dignitatib⁹, perſonatibus. prioratibus, vel eccleſijs: ar. ĩ. de cõceſ. prębẽ. c. dilect⁹ filius. Præterea illud capitulũ ſolũ loquiᷣ de modo ratione acquiſitionis fiẽdę poſt vacationẽ, non aũt de reuocatione, vel diminutione acquiſitionis iam factę ante vacationem: in quo caſu, nos ſolũ loquimur. modò inter iſta longua eſt differentia: nã faciliùs impediunᷣ, ſeu moranᷣ acquirenda, quã auferantur ſiue diminuantur iam quęſita. ĩ. de cõceſ. prębẽ. c. ſi. in fine. li. vj. ar. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. patre. &c. s̃. de iureiur. quẽadmodũ. Magis eñ odioſus eſt ille, qui tẽpore perceptionis eſt extraneus, & cui in percipiendo: ius cõe reſiſtit: & qui bona ad eccleſiã, vel ſucceſſorẽ pertinentia nititur imburſare: de quo loquiᷣ prędictus § porrò. quã ille qui dum percipiebat, nõ extraneus, ſed prælatus erat: & cui in percipiẽdo ius cõe fauebat, & qui de ſui retentione, & nõ de alterius inuaſione reſtat. ar. l. eius militis. &c. § quia verò veriſimile. &c. § licentia. allegatorũ.

¶ DECIMO quæriᷣ, pone ꝙ de conſuetudine teneᷣ tráſlatus poſt fructus perceptos, aut teneñᷣ hæredes, vel executores tunc mortui, ad dandũ ꝓuiſionem ſucceſſori, pro oneribus ſupportandis, vſq; ad nouos fruct⁹, quantũ debet durare ꝓuiſio, & quid de fructibus, qui medio tempore obuenerint? ¶ Rñdeo per cõcluſiones quæ ſequunᷣ. Prima cõcluſio eſt, ꝙ talis ꝓuiſio debet durare, donec noui fructus ex eccleſia obueniant, ꝙ ex illis poſsint onera eccleſiæ ſupportari: quia intelligentia Deorũ ex cauſis eſt aſſumenda dicendi. ĩ. de verb. ſigni. c. intelligentia, modò cauſa huius ꝓuiſionis eſt, vt ex illa, onera eccleſię ſupporteñᷣ. Igitur debet durare, donec ex fructibus valeant ſupportari. Sed aduerte, quia ꝓ tollendo altercationes. & contentiones prælatorũ, introduxit cõſuetudo in camera appoſtolica obſeruata, ꝙ vſq; ad feſtum natiuitatis beati Io. baptiſtę, ſolũ pro eo ꝙ tũc ſolẽt cõmuniter noui fructus, vſq; ad ſufficientiam ubuenire, quæ conſuetudo ſeruanda ar. s̃. de cõſuet. cũ tanto. in fine. cum ibi
69 notatis. Secũda cõcluſio, ꝙ fructus † noui ex ecclia medio tẽpore obuenientes, debẽt ipſi ſucceſſori in prouiſionẽ huiuſmodi imputari ſeu cõputari: ſeu de ea defalcari: quia hoc remediũ dandę ꝓuiſionis, cõſuetudinarium eſt, extraordinarium eſt, & ſubſidiariũ, & ideò inquantũ poteſt, ſibi ſucceſſor remediũ ordinarium fructuũ interim obuenientium ꝓuidere: intantũ debet ab huiuſmodi remedio extraordinario ſuſtinere: ar. ff. de minno. l. in cauſę. cum ſimilibus. Præterea, quia iſta prouiſio nõ datur niſi vſq; ad nouos fructus. Igitur noui fructus dum ſufficiunt, tollunt prouiſionẽ in toto, & patet ex concluſione præcedenti, ergo ſi non in toto ſed ſolũ in parte, ſufficiunt in parte ſaltẽ illã diminuunt: vt ſit eadẽ ratio de parte ad partem, quæ eſt de toto ad totum. vt. ff. de rei vẽ. l. quæ de tota. & prædicta. l. qui ſcit. in prin. facit quia camera apoſtolica, quę ſolet taba expedire, ſemper conſueuit iudicare hoc modo. arg. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. & c. cum dilectus. allegatis. Tertia concluſiu eſt, ꝙ quãquàm prædictus § porrò. inter hm̃oi onera, ſolũ ſpecifi. et debita ac neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris, tñ ſuſtentatio ſtatus ipſius prælati, ſolet hic reputari maius, & ꝓpotentius onus: quia & ipſe principalior inter ſeruitores, & miniſtros eccleſię. & patet. c. de præben. ĩ. de monachis. in fine. ibi & congruam ſuſtentationem habere. & c. ti. c. ſuſcepti. § . j. li. vj. ibi cõmodè ſuſtentari.
70 ¶ Sed nunquid † debita eccleſiæ ſunt inter huiuſmodi onera computanda? videtur ꝙ ſic per prædictum § porrò. ibi quæ ſolutis debitis, & maximè, quia ſi ante tempus ſuum, vel de tempore ſuo contracta fuerint de fructibus eccleſiæ à ſe perceptis, debuit illa ſoluere: & eccleſiam liberare: & ſic hoc non fecerit, tenetur quoad hoc eccleſiam indẽnem reddere. ſi verò poſteà ante nouos fructus illa debita contingat contrahi, illa dicuntur noua onera obuenientia, ante nouos fructus pro quibus ꝓuiſio dari debet. Sed fortè ęquum eſſet dicere, ꝙ niſi exactio vel neceſſaria ſolutio debitorum antiquorum de tempore prouiſionis vigeret, non deberent antiqua debita in prouiſione computari: quia aliàs non viderentur interim obuenire, nec etiam interim ſupportanda eſſe: & tamen ſupponitur, quòd hæc prouiſio non datur, niſi pro oneribus ſupportandis, vſq; ad nouos fructus: nec obſtat § porrò. quia nõ in iſto, ſed in alio caſu loquitur vt dixi, in quæſtione. s̃. ꝓximè
71 præcedente. Nec obſtat, quod hîc dicitur, ꝙ † fructus non dicuntur, niſi illa quæ reſtant ſolutis debitis, quia hoc intelligitur de debitis, contractis pro fructibus colligendis: vt. ff. ſol. mat. l. fructus. nec obſtat, ꝙ bona non dicuntur, niſi ære alieno deducto, vt. ff. de iure dot. l. mulier. quia illud habet aliam conſiderationem. licet enim dominus pluribus, vel fructuarius ꝓprietario ſit obligatus, tñ nihilominus facit fructus ſuos: hic enim conſuetudo bone tranſlato. vel moriẽti non confert ſicut in caſu. l. mulier. & § porrò. Sed potiùs eum grauat ad certam prouiſionem dandam pro certis oneribus ſupportandis: modò iſti caſus diuerſi ſunt, non aduerſi. Item videreᷣ æquum, ꝙ pro debita contracta prouiſione durante ꝓpter neceſsitatem eccleſiæ, & non illa quę contracta eſſent pro vtilitate: ſolùm deberẽt in prouiſione huiuſmodi computari. Pone enim, ꝙ ſucceſſur emit eccleſiæ vnũ caſtrum valde vtile, pro magno pretio, certè nõ eſſet ęquũ, ꝙ prædeceſſor pro illo ſoluendo daret ꝓuiſionem ſucceſſori: quia non tenetur, niſi ad onera neceſſaria: vt videtur. Itẽ videretur æquum, ꝙ ad onera perſonalia nõ detur: quia reuera eccleſiam reſpicit non perſonam, & ideò ſi habet dare ſucceſſur cõe pretium cameræ apoſtolicæ, vel collegio dominorum cardinalium, vel facere introitum in eccleſia, & feſtum ſolẽne, aut ire ad regem pro homagio, ratione tẽporalitatis fiendo, vel dare domino Papæ mutuũ, aut aliquod caritatiuum ſubſidium, certè talia non eſſet æquum in huiuſmodi prouiſione imputari: quia licet directè, vel indirectè propter eccleſiam fiant, tamẽ perſonã magis reſpiciunt: & quia poſſet tunc ꝓuiſio pro his magis aſcẽdere quàm valerent fructus. Quarta concluſiu, ꝙ quia non eſt per conſuetudinem, nec etiam per ius ſcriptum determinatum, quanta debet eſſe ꝓ die, vel ꝓ ſeptimana, vel ꝓ menſe, aut ꝓ toto tempore, talis ꝓuiſio, hoc totum ſuperioris arbitrio remittitur eſſe taxãdum: videlicet pro valore eccleſiæ, & qualitate, & quantitate onerum portandorum. vt. s̃. de offi. deleg. de cauſis,

¶ VNDECIMO quęritur de vno caſu nouiter cõtingẽte. Ecce quòd anno domini milleſimo tricẽteſimo nonageſimo. die. xvij. mẽſis octobris. dñs AEgidius vanreñ. ẽps tráſlatus fuit conſiſtorialiter de eccleſia viuarieñ. ad eccleſiã Auicieñ. & demũ. xxvj. die mẽſis eiuſdem. dñs Guido de ruppe obtinens beneficia ad valorem annuum mille francorum, in Auinione. & per dños viuarieñ. & Ambianeñ. Cardinales virtute quarundam literarũ dñi noſtri, in camera ipſius dñi viuarieñ. præſentibus ſolis notarijs, & teſtibus, ſecretè ꝓmotus fuit ad eccleſiam viuarieñ. ſic vacantem. Sed hanc promotionẽ ſecretam tenuit. & vt ſimplex clericus in priori ſtatu inceſsit, nec ſtatim auxit, nec ꝓ electo ſe geſsit, neq; de adminiſtratione eccleſiæ ſe introituſit, neq; eius onera ſupportauit, vſq; ad finẽ menſis Ianuarij ſeq. Verũ aduenié.

fine Ianuarij procurator ſuus pro eo vigore dictæ promotionis, recepit poſſeſsionem dictæ eccleſię. Sed ipſe nihilominus in ſimplici ſtatu perſiſtens, ꝓuocauit infra duos, vel tres dies poſt dictam poſſeſsionem adeptam, ſe ad eandem vaureñ. eccleſiam, more conſueto, & diſpoſitiuè per dominum noſtrũ, nõ facta mentione de prædictis cõſiſtorialiter promoueri. Quo facto ipſe in habitu electi cũ cappa, & roqueto inceſsit, & oibus dñis reuerentias fecit, vt cõſuetum eſt. Poſtquã ipſe dñs. G. vaureñ. à dño. E. Anicieñ. ꝓdeceſſore ſuo petijt prouiſionem ſibi dari etiam à tempore primæ promotionis prędictarũ dño Anicieñ. in contrariũ allegante, ꝙ noo niſi à tempore ſecundæ promotionis cõſiſtorialis, illi prouiſionẽ debet dare. quęritur ergo, quis melius dicat. ¶ Aliqui vaureñ. bene petit, quia conſuetudo vult, ꝙ detur per prędeceſſorem ſucceſſori prouiſio, à tempore promotionis ſucceſſoris, vſq; ad nouos fruct⁹. Modò ita eſt, ꝙ ipſe fuit ꝓmot⁹ dicta die. xxvj. & ꝙ dicta ꝓmotio de iure tenuit:
72 quia † poteſtas tota diſponẽdi de prelaturis eſt in Papa qui dedit hanc poteſtatem prędictus dominis: & quia ſecunda conſiſtorialis promotio videtur eſſe ſolùm facta ad declarationem, & corroborationem primę. ¶ Ego autem puto, ꝙ imò Anicieñ. melius dicat, & primò, quia ceſſante cauſa ſeu ratione finali diſpoſitionis, maximè ſpecialis, ipſa diſpoſitio ceſſare debet. ff. de iure pa. l. adigere. § quamuis. ff. de dona. l. j. § ſi. cum lege ſe. & quod ibi not. & de appel. cũ ceſſante. & q. l. ſcripſit Nouel. de renũc. poſt tranſlationẽ. & Cardi. & Par. j. de elect. cupientes. Modò cauſa ꝓpter quã dat̃ iſta prouiſio, fuit pro oneribus ſupportandis, vſq; ad nouos fructus: & tantum ipſe onera non ſupportauit, vt ſupponitur. Sed dices, ſi non ſunt ſupportata, ergo ſunt adhuc ſupportãda, & per ſucceſſorem, & ſi ſunt per alium ſupportata, ſucceſſor de hoc illi reſpondere tenetur: Igitur haberi debet perinde, ac ſi fuiſſent per ſucceſſorem ſupportata. Sed dupliciter reſpondetur. Et primò ſupplendo in facto, quia ita fuit, ꝙ vicarius tranſlati nondũ certificatus de pacifica aſſequutione ſecundę eccleſiæ, ſeu caſtrorum eius, vſq; ad natiuitatem domini, nomine prædeceſſoris, & exinde nomine capituli vaureñ. prædicta onera ſupportauit: quæ pauca fuerunt, & ſupportata fuerunt de fructibus qui tunc obuenerunt. Item dicitur, ꝙ maius onus conſiſtit in ſtatu prælati, quẽ ille non duxit, vt ſupponit̃, & alia onera fuerunt quaſi nulla. ¶ Secũdò principaliter, quia dñs noſter ſecundum ꝓmotionẽ cõſiſtorialem tam ſolẽniter faciendo, cenſetur à prima promotione receſsiſſe: cũ iſtæ promotiones ſint incõpatibiles, tanquã plenum ius eidem ſuper eodem cõferentes: vt. ff. de ac-
73 qui. po. l. iij. § ex pluribus. quod † enim vni plenè ex vna cauſa quæſitum eſt, non poteſt eidẽ quęri ex alia cauſa, niſi illud perprius perdidiſſet: vt. ff. de verb. obl. l. vbi autem. § finali. & inſti. de act. § ſic itaq;. & de fide inſtru. c. inter dilectos. Igitur neceſſe eſt, quòd ad prępoſitionem ſecundę ſequat̃ remotio primæ. ff. de acquiren. hæred. l. illud. ff. de excu. tuto. l. idẽ vlpianus. in fine. & xxxj. q. j. c. cum renunciatur. Ipſeq; vaureñ. procurando, & acceptando ſecundam, videtur receſſiſſe à prima. vt. ff. de le. ij. l. cum filius. § varijs. C. de codicillis. l. vltima. & videtur expreſſum, in. c. & ſi quis. in fi. de elect. libro ſexto. fuitq; cauſa mutationis huiuſmodi rationabilis valde: quia prima electio, fuit valde ſuſpecta, quia clandeſtina, vt eccleſiaſtica beneficia. c. vt noſtrum. & valde ſcandaloſa maximè dominis cardinalibus, quia extra conſiſtorium & abſq; conſilio eorum, & ideò per ipſum dñm noſtrũ corrigenda, & conſiſtorialiter ad debitum ordinis reducenda ſecundum ea, quæ notantur per Nouellam. de hæret. c. ſuper eo. eodem libro. & maximè quia hoc potuit fieri, ꝓut factõ fuit abſq; damno electi, & abſq; nota cuiuſq; cum totum eſſet occultum, vt ſupponitur. imò per hoc, nedum non inducitur de nouo ſcandalum, imò nec etiam tollitur, cum inductum non ſit. Sed occurritur, ſeu obuiatur ſcandalo, ne per me electionis publicationem inducatur quod fieri debet. ſ. de renunciatione. c. niſi cum pridem. § pro graui quoq; ſcandalo. Non ergo videtur bene dictum, quòd ſecundam fecerit ſolùm pro declaratione, ſeu corroboratione primę. quia imò cenſetur ſuſtuliſſe primam ex cauſa. prædicta verba enim ſecundæ erant diſpoſitiua, & adeò clara, quòd ſecundum rectitudinem proprij ſermonis, ad officiũ declarationis, ſeu corroborationis primę trahi non poterant. ff. de auro, & ar. legato. l. plautius. Et quia fuiſſet ſibi hoc dixiſſet de eccleſijs ædificandis. c. ad audientiam. Et quia vel illa prima declaratione huiuſmodi vel ipſa declaratio tanta ſolennitate non egebat. & facilius erat Papę extra conſiſtorium ad facere, ſi voluiſſet ꝙ valeret vt talis. Aut omni tempore ſecundæ recordabatur dominus noſter de prima, & tunc videtur eam reuocaſſe ex cauſa prædicta per ſuperius allegata, aut non, & tunc non cenſetur aliquid circa eam declaraſſe. ff. de inofficioſo teſtamento. l. mater. § cæterum. Facit quia natura contrariorum non eſt, quòd poſitio vnius ſit declaratio, vel corroboratio, ſed potiùs remotio alterius: vt prædicto, c. cum renunciatur. & hoc etiam circa intentionem agẽtis. ff. de cond. inde. l. qui hominem. in fine. ff. de adimendis legatis. l. legata inutiliter. & de conditioni. & demonſtrationi. l. cum tale. in fine. & quia non eſt veriſimilis tantus error circa nomina appellatiua, diſpoſitiua in tantis partibus. ff. de le. primo. l. Si quis in fundi vocabulo. & de ſupellect. leg. l. labeo. Et quia non eſt recedendum à proprietate verborum ſine cauſa: & minus quando proprietas verborum habet cautam: vt. ff. de leg. tertio. l. non aliter. Item videtur ca-
74 ſus in ratione, quia † dum per eundem, & de eodem celebrãtur duo teſtamenta ſucceſsiuè, & vtrunq; de iure validum, & ſolenne per ſecundum reuocatur. Primum inſtitu. quibus modis teſtamenta infirmantur. § poſteriore. cum gloſſa ſua. Tertiò principaliter, quia pro tempore, pro quo non poterat, nec debebat de iure dominus vaurenſis fructus eccleſiæ vauren. recipere, & eius onera ſupportare, non debetur ſibi prouiſio, quia illa ſuccedit loco fructuum, & non datur niſi pro oneribus ſupportandis: modò antequam pro electo ſe gerat, & literas ſuæ promotionis oſtendat, non poteſt talia facere, vt in extrauagan. Boniſacij iniũctę. modò nec pro electo ſe geſsit, nec literas oſtendit, igitur &c. Facit quia interim vincere potuit de fructibus priorum beneficiorum, & pro hoc videtur bonus textus, in capi. Si tibi conceſſo. de præbendis. iuncta diſſolutione ipſius ad prædictum. § porrò. & ad prædictam extrauagan. ſuſcepti. & vt euitetur correctio argumẽ. c. cum expediat. de electio. libro ſexto.

¶ DVODECIMO quæritur ſuppoſito caſu quæſtionis, ſupra proximè, pone quòd in diœceſi vauren. ſunt decimæ carnalagiorum, quæ obueniunt ante feſtum natiuitatis beati Ioannis baptiſtæ, vſq; ad quod feſtum ſolum durat ꝓuiſio de conſuetudine cameræ apoſtolicæ. Sed eſt ibi conſuetudo, quòd quanquàm per gentes epiſcopi vel eius arrendatores poſsint ſi velint exigi ante dictum feſtum: tamen ſi magis volunt propter commodum nutrituræ ac excreſcentiæ & augmenti illa ad tempus cuſtodiri cum matribus tenentur illi qui decimas huiuſmodi debent ea cuſtodire cum matribus poſt dictum feſtum vſque ad certum tempus. Modò epiſcopus anicieñ. vult prædicta, tanquàm fructus durãte tẽpore prouiſionis obueniẽtes. prędicto domino vaurenſis in ipſa prouiſione imputare ſaltem pro æſtimatione quam ante dictum feſtum beati Ioãnis, valere poterant.
75 Quæritur nunquid benè? & videtur quòd non: quia † fructus non cenſentur obueniſſe, donec ſint maturi, & in ſtatu quo expediat eos recolligi. argumento. ff. de vſufru. leg. l. penultima. & ff. locati. & conducti. l. ſi merces. § conductor. & l. & hæc diſtinctio. § cum fundum. & ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi oliuam. & ff. de vſufru. l. ſi abſente. § fi. & l. Item ſi fundi. § finali. cum lege ſequenti. modò iſta carnalagia non cenſentur matura, neq; in ſtatu in quo expediat ea recolligi, donec plenam nutrituram receperint cum matribus. Et ideò dicit dominus Gaufridus in prædicta. l. penultima, quòd tunc fructuarius, & colonus fructus anticipare poſſunt:

pare poſſunt:videlicet cum ſui eſſent ſi expectarent matu-
ritatem ipſorum.Sed ſi non eſſent eorum futuri poſt matu-
ritatem,tunc ſecus eſſet,& ſic intelligit.l.penultima.&.l.ſi
abſenti.allegatas.Ego autem puto, quòd pro æſtimatione
quam valere poſſent,exacta ante feſtum in prouiſione im-
putari debent:ſed non pro ęſtimatione augmenti:quod poſ
ſent poſt dictum feſtum ex nutritura recipere:quia poſtquã
exigi poſſunt ante dictum feſtum,negari non poteſt, quin
eorum venerit,& ceſſerit dies:vt.ff.de verb. ſignifi.l.cedere
diem.Ergo negari non poteſt,quin quoad illam æſtimatio-
nem cenſeantur obueniſſe dicti fructus.Pro quo ſciẽdum,
quòd facienda eſt magna differentia,an quæratur de obuen
tione fructuum,quoad iſtum effectum,vt beneficiatus illos
faciat ſuos:quia tunc dico,quòd licet quoad veritatem ob-
uenerint,tamẽ non cenſentur obueniſſe,quoad iſtum effe-
ctum,donec fuerint ſeparati à ſolo:vt patet ex his,quæ ſcri
pſi ſupra eodẽ articulo.capitulo in quinta,& ſeptima quæ-
ſtionibus.An verò quæratur quoad effectum.quòd colligi
poſsint,& tunc dummodo futuri eſſent volentes colligere,
etiam poſt maturitatem,non attendetur maturitas:ſed vo-
luntas ipſius colligentis,& ſic procedit quod ſcripſi ſupra.
76 poſt Gaufridum.nam abſq; † alterius detrimento, poſſum
in re mea facere quod mihi libet, & ſic loquitur.l.penulti-
ma.allegata.Sed ſi cum alterius damno,vel iniuria,hoc fie-
ret,tunc malè fieret:& ſic procedunt alia iura ad hoc ſupe-
riùs allegata:& quod ſcripſi ſupra poſt Gaufridum.An verò
quæramus,quoad effectum imputandi in ꝓuiſione,de qua
quærimus,& hic dico non requiri fructus eſſe recollectos,
ſiue reconditos,aut à terra ſeparatos:ſed ſufficit,quòd in ve
ritate obuenerint fructus ipſi,quia conſuetudo ſimpliciter
dicit dandam eſſe prouiſionem,vſq; ad nouos fructus,& nõ
dicit reconditos:vel leuatos,aut à terra ſeparatos. Sufficit
ergo conſuetudini,quòd obuenerint noui fructus.Nam cũ
iſta conſuetudo ſit quoddam remedium extraordinarium,
in grauamen tranſlati,contra ius commune inductum,extẽ
di non debet:vt patet ex dictis.Fateor tamen,quòd vt ciui-
lis interpretatio fiat.ff.de ſerui.l.ſi cui.cenſentur tunc demũ
obueniſſe fructus,dum colligi poſſunt:modò ita eſt, quòd
in propoſito colligi poſſunt prædictæ decimæ cum poſsint
ab inuitis exigi:vt præfertur.Dico enim quòd quãquã ſuc-
ceſſori expediat longiorem cuſtodiam,& maiorem nutritu
ram expectare,hoc debet intelligi,& fieri abſq; iniuria, &
pręiudicio ipſius tranſlati,quia conſuetudo voluit ſolũ deci
mæ debitorẽ,& nõ prędeceſſorẽ grauare.ar.c.cum in illis.&
77 c.mandatũ.de pręben.li.vj.Conſuetudo enim † debet inter-
pretari abſq; alterius præiudicio,ſi fieri poteſt:vel cũ quan-
tò minori præiudicio fieri poteſt. ſ.de conſuetudi.cum di-
lectus.negari enim non poteſt,quin obuenerint fructus ſal-
tem tantæ ęſtimationis:cum ſub illa leuari,& exigi poſsint.
Sed oppones,quia non imputatur ſucceſſori,ſi fructus im-
maturos non recolligat,cum nec ſibi nec eccleſię hoc expe-
diat.Igitur ciuilem interpretationem faciẽdo,non videtur
veniſſe noui fructus,donec maturi ſint.Pone enĩ ꝙ pira,po
ma,ſpicæ,& racemi ſunt in tali ſtatu, ꝙ de facto recolligi
poſſunt.Sed ſunt adeò immatura,ꝙ ſi pro nunc recolligerẽ-
tur,nihil vel modicũm proficerent colligendi, diceſne tũc,
quòd imputetur ſucceſſori,ſi non recolligat?puto te dictu-
rum ꝙ non:& ſicut hoc de dotali immaturitate dicendum
eſt, ita & de aliquali,donec ad completam, & conſuetam
78 maturitatem deuentum ſit:quia idem † debet eſſe iudicium
de parte ad partem,qđ eſt de toto ad totum.vt.l.quæ de to-
ta.Item quia illud quod eſt inductum in fauorem ſucceſſo-
ris,videlicet quòd ante maturitatem.i.ante nutrituram poſ
ſet exigere,non debet in læſionem ipſius retorqueri.C.de le
gibus.l.quod fauore.& eodem titulo.ff.l.nulla de regulis iu-
ris.c.quod ob gratiam.libro ſexto.quod tamen fieret,ſi pro-
pter hoc quod exigere poteſt,id teneretur in ſuam prouiſio
nem imputari.Sed reſpondeo & dico,quòd aliqui ſunt fru-
ctus,quos habet ſucceſſor de prædio colligere per ſe ipſum,
& hic debet attendi naturalis,& conſueta maturitas:& ſic
procedit,quod in prima oppoſitione dicebatur.Aliqui au-
tem ſunt fructus,quos ſucceſſor non colligit de pręedio per
ſeipſum, ſed ab aliis debet recipere:vt ſunt decimæ prædio-
rum,& animalium,quas ipſe habet recipere à dominis prę-
diorum,& animalium eorundem.Et hic attenditur tempus
decimationis,ſed diuerſimode.Nam fructus prædiorum ſo
lent decimari tempore completæ naturalis,& completę ma
turitatis fructuum prędiorum:ſed decimæ animaliũ,ſolent
decimari ſtatim,quòd animalia poſſunt conuenienter à ma
tribus ſeparari:licet diutiùs ſtando cum matribus, poſſent
ex maiori nutritura,& ex maiori ętatis progreſſu,maius in-
crementum,maiorẽq; ęſtimationẽ ſuſcipere.vnde hic atten
ditur tempus,quo decimari poſſunt,& ſolent,& nõ tẽpus
augmenti quia nec ad cuſtodiam,nec ad nutrituram vlte-
riorem tenentur de iure illi,qui debent decimam.Et in iſto
caſu nos ſumus.Sed hic ſubdiſtinguo,quia aut habet cõſue-
tudo quòd ante dictum feſtum ſancti Ioannis decimen-
tur,& leuentur abſq; hoc quòd debentes ad cuſtodiam ali-
quam teneantur,& tunc indubitatum eſt,quòd in prouiſio
ne imputari debent.Aut habet conſuetudo,quòd poſt di-
ctum feſtum decimentur,& leuentur,& tunc eſt etiam in-
dubitatum,quòd in prouiſione non debent imputari. Aut
habet conſuetudo,quòd decimentur ante dictum feſtum,
ſed non poſsint ſolui,nec exigi,ante dictum feſtum:& tunc
etiam dicerem illa in prouiſione imputanda non eſſe:nam
licet tunc ceſsiſſet,non tamen tunc veniſſet dies,vt prædi-
cta.l.cedere diem.Aut habet conſuetudo.quòd ante dictũ
feſtũ,debeant decimari,& quòd ſi velit Epiſcopus,aut eius
arrendatores,ante dictum feſtum etiam valeãt exigi.Sed ha
bet etiam conſuetudo, ꝙ ſi velit Epiſcopus aut arrendator
eius,habeant poſt dictum feſtum, vſq; ad certum tempus
cuſtodiri:& iſte eſt caſus noſter,& hic dico,tunc debent ta
lia in prouiſione imputari,quia poſtquàm ſunt ante dictũ
feſtum in ſtatu decimationis,cenſentur extunc habere illã
naturalẽ perfectam maturitatem,quæ ſtatim illum eſt ne-
ceſſaria:licet enim amplius maturari, & æſtimari poſsint,
tamen quoad hoc,tanta maturitas,vel æſtimatio nõ eſt ne-
ceſſaria.Et hoc quod conſuetudo arctat ad longiorẽ cuſto-
diã,ex quo maior maturitas,& maior æſtimatio ſequi põt,
venit non ex natura rei,vel actus de quo agitur, ſed ab ex-
trinſeco,& accidenti:& ideò abſq; præiudicio alterius de-
bet intelligi:vt dixi in principio.nec eſt verum,ꝙ in fauorẽ
Epiſcopi ſit inducta facultas anteà exigendi,imò venit hoc
ex natura rei.Sed caue ne antequã meliùs examines,non fi-
gas pedem in his,quæ ſcripſi in prima oppoſitione.&.xij.q.
ſequentibus.quia propter quæſtiones quas de pręſenti pa-
tior ſuper his,vide ſumpta occaſione prædicta, notaui, &
ſcripſi hic.Et licet in doctrina,ſcienter errare nõ vellem,tñ
ſatis poſsibile eſt,quòd naturalis inclinatio quam habeo ad
cauſam propriam,intellectum meũ etiam abſq; animi con-
tagione,ad certas concluſiones attrahat,ad quas non incli-
naretur affectione ceſſante.Tu ergo lector in rectę rationis
libramine ponderans,tantũ crede,quantùm motiua iuridi-
ca ad credendum te impellant:& non vltra,& corrige cor-
rigenda,ab alto conceſſum fuerit.

¶ DECIMOTERTIO quæritur de eo quod tetigi circa
quintum notabile,videlicet vtrum ſuppoſito, ꝙ beneficia
eccleſiaſtica coram ordinario permutantes,non habeãt ius
in beneficijs permutatis,ſeu ꝙ vnus ſolus habeat ius in be-
neficio per ſe renunciato,& quòd alter nõ habuit ius in be
neficio quod ipſe renunciauit quodq; de beneficijs ipſis,
aliâs de iure.& de facto vacantibus,hinc inde factę fuerint
more conſueto collationem per ordinarium,ad quem de iu
re pertinet plena diſpoſitio eorundem,ceſſante omni reſer
uatione,& quocunq; alio impedimento canonico, nũquid
tunc de iure valent collationes prædictæ?hic ſunt duæ quę-
ſtiones,vna in caſu quo vnus ſolus habuit ius in beneficio
permutato,alia quæſtio eſt,in caſu quo neuter habuit ius

in beneficio permutato.& vtraq; quæſtio duplex propter
collationem duplicatam. Circa primam quęſtionem dicit
Collect.quendam dominum Petrum tenuiſſe per hanc li-
79 teram,& ea,quę ſcripſi in quinto notabili, quòd † permu-
tans cum illo qui non habet ius in permutato,ius in illo ha
bere nō pōt.Quoniam cum hoc Eps ignoraret,ius ſibi da-
re non potuit:inducit.j.de reſcript.ſtatutum.li.vj.& de prę
ben.cum in illis.eodem libro.Subdit tamen ſe audiuiſſe do-
ctores alios contrarium tenentes per notata Nouellę.in.c.
vno.de rerum permu.li.vj.& probant,quia cauſa alia quàm
intendat transferens,non impedit tranſlationem dominij:
vt.ff.de acquir.re.do.l.cū in corpus.Et,vt refert,ita dicitur
fuiſſe determinatum per Cardinales in conſiſtorio.Item p-
bant quòd in permutatione debet interuenire ſimplex reſi-
gnatio,& ſic nō pōt dici,ꝙ permutans habeat ius à parte,ſi-
cut contingit in alijs permutationibus,imò habet ius à cō-
ferente.Et ideò conſueuit curia apponere clauſulam, ꝙ in
permutatione eis non acquiratur plus iuris,quàm ius habe
ret.Dicit tamē,quòd Nouella.in.c.licet in tua.de re.permu.
libro ſexto.videtur ſentire contrarium.Fredericus de ſenis
in tractatu de rerum permu. mouet iſtam quæſtionem in
quęſtione.ix.& finaliter tenet,quòd non valet collatio facta
ius non habenti in cōpermutato.& hoc duplici ratione,&
primò,ne per fas,vel nephas non valens tenere primū cum
ſana conſcientia,veniat ad ſecundum per talem permuta-
tionem Secundò quia hic non contrahitur permutatio,qa
80 † dans rem alienam,permutationem non contrahit.vt hic.
Item quia Epiſcopus illi conferendo beneficium iſtius, qui
habet ius intendit illud ſibi cōferre loco huius quod dimit-
tit.Sed ille nil dimittit.Et poſito,ꝙ Epiſcopus aliàs potuiſ-
ſet iſti conferre beneficiū.Quia tamen id non intendit nec
ſimpliciter contulit.Sed ex cauſa permutationis,ille nullum
ius conſequitur.& ſic habet locum,quod potuit,noluit &c.
de offic.deleg.cum ſuper.de conceſ.præben.& quod ibi no-
tatur.Ad idem infra de reſcrip.ſuſceptum.li.vj.Et dicit Io.
And.idem tenere in prędicto.c.licet.Quid ergo fiet in caſu
iſto?Reſpondet Fredericus,ꝙ cum hoc fuerit patefactum,
ille qui habuit ius in ſuo,redibit ad illud:& ille qui non ha-
buit ius,nō retinebit illud quod aſſecutus eſt:nec ad primū
redibit:quia in illo ius non habuit.¶ Alexander de lentilla
hic diſtinguit,quia aut ille qui non habuit ius in primo,ca-
rebat iure ex culpa ſua.vt quia ſimoniacus,vel aliàs culpabi
lis,tunc nō habebit ius in ſecūdo.Et ſic procedit opinio Fre
derici,& qd no.Io.And.in prædicto.c.licet.ſuper textu, &
tunc ſurgit illa ratio,ꝙ acquireret beneficium per fas,& ne-
phas.Aut ille abſq; culpa ſua,carebat iure in primo,& tunc
1 exceptiones, ideò † poſt titulum generalem de exceptionibus, ſequitur de præſcriptionibus rubrica ſpecialis. Qualiter autē per præſcriptionem longam vel longiſſimam bonæ vel malæ fidei, quæritur vel tollitur ipſo iure vel per exceptionem dominium vel actio perſonalis, vide, quod ſcripſi de in integ. reſti. c. tum ex literis in. q. vij. ver. Pe. aūt de bellaperti. ¶ Et adde quoad hęc notata per Cynū. C. de bonis maternis. authen. niſi tricēnalis. & per dñm Ioannē rolandi. Ambiañ Epiſcopū. inſti. de actionibus. §. omniū & habetur materia. xvj. q. j. & q. iiij. & xiij. q. j. in præſenti. Et dicam. j. e. auditis. in quinto notabili. Collectari⁹: & j. e. c. j. lib. vj. in. j. quæſtione, vbi plenè de hoc, & adde illa quæ ſcripſi & tetigi, & remiſſiones quas dedi circa quæſtiones Lignani. j. c. quoniam repetitur in ſexto. ¶ Item ad materiā faciunt iura
2 † quæ ponunt tempora quibus præſcribitur, vel quib⁹ ius per præſcriptionem amittitur, ſeu in quibus pœna per lapſum temporis infligitur: ſeu per quæ aliquis obligatur, quæ habes de reſcriptis plerunq; de elect. ne pro defectu. de in integrū reſti. conſtitutus. de re iudi. ꝙ ad cōſultationem de appel. cū ſit. & cle. ſicut. eod. tit. de conceſſ. pręb. nulla. & c. quia diuerſitatem. de locato capitulo potuit. de regularib. c. ij. & c. ad noſtram. & c. ex parte. de iure patr. c. iij. & c. eam te. & c. cum propter de no. oper. nunc. c. ſi. de priuil. ſi de terra. & c. accedentibus. Item de præſcript. x. dierum. ſ. libr. vj. de conſuetudine. c. ſi. de elect. vbi periculū. ver. hoc ſacro. & ver. verum ſi menſis & de præſcript. trium menſium. e. tit. c. quam ſit. ver. electus. & §. vlti. Item de præſcript. vnius anni e. ti. licet canon. & ſex menſiū. e. ti. nemo deinceps. & de menſe & tempore arbitrario, & xxx. diebus. e. ti. cupientes. j. & ij. reſpōſis. & de menſe. de offi. ordinarij. quāuis. & de. iiij. annis. de reſti. in inte. c. j. & ij. & e. tit. c. vno. in cle. de xv. diebus. de reſti. ſpo. c. frequens. & de. viij. diebus, de except. c. pia. & de vno anno. de vi. & honeſta. clericorum. c. vno. & de vno mēſe, de pręb. ſtatutū. & de. x. dieb⁹. e. ti. ſi pluribus. j. & ij. reſpōſis. & de. iiij. & vj. mēſibus de iure pa. c. vno. & de vno mēſe, de iniurijs. c. vno. in ſi. & de. viij. dieb⁹. de ſen. excō. ſolet. & c. quicūq;. & de duob⁹ menſibus. e. c. in. ſi. & de triennio in cle. vna. de ſequeſtratione & de vno. & duobus menſib⁹, de deci. c. j. & de anno. de regularibus. eos qui. & de ſta. mo. attēdentes ſtatuimus. & de octo diebus, de hęret. c. j. verſi. inſ. & de tribus diebus. de vſuris. c. j. verſi. eandem. & de menſe de priuileg. c. j. ver. cæterùm. ¶ Et ad materiā conuenēūt, de tranſact. c. j. de cauſa poſſ. cùm ex eccleſia. de probat. ex literis. de cōſt. vti. vel inuti. cū dilecti. de don. Apoſtolicę. de decimis. cum cōtingat. & c. cū in tua. de reli. do. cū dilecti. de iu. pat. cura. de cēſibus. cū inſtātia. & c. venerabili. & de priuile. cùm
3 pſonę. lib. vj. ¶ Si aūt vis ſcire, qd ſit vſucapio, † & quare fuit introducta, & qs poſſit vſucapere: & q̄ res poſſunt vſucapi,

& quæ

…neceſſarię in vſucapione, & quis eſt …macto, & de vſucapione pro ſoluto: pro emptione, pro dote, pro hęrede, pro donato, pro derelicto, pro ſuo. ¶ Item quid ſit pręſcriptio, quæ exigantur in pręſcriptione, quę res præſcribi poſſint. Quibus modis interrũpatur pręſcriptio, & quis ſit præſcriptionis effectus, vide per Hoſtien. in ſumma eo. tit. per totum cum nouem rubricellis ſequentibus, & in titulo de pręſcriptionibus rerum immobilium, per totum titulum. Et adde quę notantur in iiij. parte Spe. eo. tit. Et omnino addas ea quę ibi notãtur per Io. And. in additionibus, quę cauſa breuitatis omitto.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopum contra Epiſcopum præſcribere triennio locum per ſe conuerſum ad fidem. & nu. 5.*

2 *Præſcriptione, contra negligentes inuentas eſſe & non contra agere non valentes.*

3 *Præſcriptiones inter principes non currere, eos non recognoſcentes ſuperiores.*

4 *Principem rem vnius alteri ex cauſa dare poſſe.*

6 *Scientem rem alienam interdum præſcribere.*

¶ CAP. 1.

1 PLacuit. ¶ Caſus. Epiſcopus † contra Epiſcopũ locum per ſe cõuerſum ad fidẽ pręſcribit triennio. Sed cum vacat eccleſia, vel eſt in ſciſmate, non pręſcribitur contra ipſam. ¶ Et primò ponit dictum, ſecundò determinat, ibi ſi tamen determinationem exponens, ibi, *Si autem*: & aliud dictum addes, ibi, *Item ſi*: & per hoc patet hìc poni caſum vnũ, in quo currit pręſcriptio: & caſus duos, in quibus non currit, & pars hui⁹ infra de parochijs. c. j. ¶ Expone literam, *quiſquam*: ſcilicet Epiſcopus. *aliquem locum*: olim catholicum, ſed in hæreſim lapſum, cõuerterit ad fidem ab hęreſi, in qua lapſus erat ab eo, qui conuertit & poſſedit triennio. *non repetatur*: iure cõmuni. Nam per beneficiũ reſtitutionis in integrum, forſan intra quadriennium audietur. ſ. de in integrũ reſti. c. j. ¶ Dicit tamen Hoſti. reprobari opinionem Azonis, qui dixerat eccleſiam reſtituẽdam contra pupillos: Nam ſi illud verum eſſet, hęc temporalis pręſcriptio non curreret contra eccleſiam, ſicut nec cõtra adoleſcẽtem C. in quib⁹ cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſaria. l. ſancimus. *qui poſſet*: arguũt ex hac litera Vinceo. & Hoſti. quòd ſi eccleſia habebat Epm, non tamen talem, qui talẽ rem poſſet repetere, vt quia excõicatus erat, non currit pręſcriptio eccleſiæ: ar. ſ. tit. j. cum inter. & ſupra de iudi. intelleximus. & de offic. vicar. Romana. lib. vj. ¶ Et ad hoc allegant Pet. & Guil. de conce. præben. quia diuerſitatem. Et idem notatur. xvj. q. iij. prima actione. Et de talibus dicam. j. c. ex tranſmiſſa. *matrici*. Cardinali. j. de. ver. ſignifica. venerabili. aliter tamẽ ſumitur. j. eo. ex tranſmiſſa. Hoſti. Epiſcopũ conſecrandum. Sufficit enim, quòd ſit confirmatus, vt. ſ. de elect. tranſmiſſam. *præiudicet*. deterior eſt hìc conditio catholici, cõtra id quod habetur. j. de donat. inter vir. & vxor. & ſi neceſſe. & de præb. cum qui. lib. vj. Et eſt ratio ſecundũ Hoſti. quia non inſpicitur hìc odiũ perſonæ, ſed negligẽtia eius, qui agere poterat, quia † pręſcriptiones contra negligentes inuentę ſunt, & non contra agere non valentes. j. c. vigilanti. *præfinitum*. ſcilicet triennio. conuerſus & de diſpenſatione receptus. Vincen. Et ſic ſecũdum Hoſti. tunc ſolum currit pręſcriptio contra eccleſiã, quãdo eſt qui noie eccleſię poſſit agere. ¶ Dñs Petrus Flãdrini olim Cardinalis ſcti Euſtachij colligebat argumentũ, ex iſta decre. quòd † inter principes ſuperiores nõ recognoſcẽtes, nõ poteſt pręſcriptio contra pro eo quòd vnus contra alium ex defectu ſuperioris, non poterit agere. ¶ Et quia tales præſcriptiones à iure poſitiuo procedunt, à quo tales ligari non poſſunt: vt. ff. de legi. l. princeps. ¶ Verũ licet in vſucapionib⁹ & pręſcriptionibus à legibus poſitiuis inductis, poſſet hoc dictũ ſibi vendicare locum, tamen in pręſcriptione tanti temporis, quòd de eius initio hominũ memoria non exiſtit. Fortè iſtud nõ procederet: nam ratio naturalis, talem pro cõſtituto haberi ad finem litibus imponendũ: & ad dominiorũ incertitudinem tollendam, inter omnes homines, ipſe conſtituit. ff. de aqua quoti. & ęſti. l. hoc iure. § ducti⁹ aquę. & . j. eo. c. j. libr. vj. Et adde omnino ea, quę ſcripſi circa hoc infra. c. ſequenti in prima ſuppletione gloſſę vltimæ. ¶ Item Martinus de ſalua inducit hanc decretalem, ad hoc quòd Imperator ex cauſa poteſt ſtatuere, quòd cum conſcientia rei alienę currat pręſcriptio: quia ſic ſtatuit hic Papa vt videtur. Item quia ſic videtur lex ſtatuiſſe in pręſcriptione ſerui noxalis, vt. ff. de noxalib. l. & generaliter. & in re poſſeſſa ex cauſa damni infecti. vt. ff. de dam. infect. l. ſi finita. § Iulianus. & in illo qui cauſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem miſſus, ex primo decreto iuſſus eſt poſſidere: vt ſupra de dolo. & contuma. c. prout. & ſupra. vt lite non cõteſt. c. ad finem. Fatetur tamen, quòd cum mala fide, nullus præſcriberet, vt infra. eo. c. finali in caſibus enim ſupra proximis, poſſidens non habet malã fidem: quia & authoritate legis rem poſſidet, & author. legis rem præ-

4 ſcribit. ¶ Et eſt ratio fundamẽtalis, quia † ex cauſa princeps rem vnius, alteri dare poteſt. ff. de rei ven. l. item ſi verberatum. in fine. & . ff. de euict. l. lucius. ¶ Henri. verò cum quæritur. j. quod tempus Epiſcopus contra alium Epiſcopum, locum per ipſum ad fidem conuerſum præſcribere poſſit. Diſtinguit, quia aut in Epatu ſeu eccleſia cathedrali populi cõuertendi, caret & vacat Epus. & tunc dic, quòd durante vacante, non currit præſcriptio contra ipſam eccleſiam: vt hìc in verſu ſi autem. & . j. c. de quarta. & c. auditis. Aut non vacat Epiſcopus, & tunc aut Epus eſt inutilis, & talis, qui pro eccleſia agere non poteſt: vt quia hęreticus, vel ſciſmaticus, & tunc idem, vt hìc in fine: quia tunc eccleſia vacare intelligitur. arg. ſ. de tranſact. c. inter corporalia. § ſed neq. ¶ Talis enim cum ſit excõmunicatus maiori, agere non poteſt. j. de hæretic. excommunicamus ergo prælato excommunicato, non currit præſcriptio. Item ſi ſit aliàs excõmunicatus maiori. ſupra de iudi. intelleximus. de exceptionibus. Cum inter priorem. ſecundũ Vincen. Hoſti. & Io. And. Aut Eps eſt vtilis, & talis, qui pro eccleſia agere poteſt: & tunc aut iſte Epiſcop⁹ eccleſię populi conuertendũ non eſt præmonitus per Epos comitiuos, vt huiuſmodi populũ ſuũ ſeu plebem ſuam conuertat ad fidem catholicam. Aut eſt præmonitus, In primo caſu, poſſet fortè dici, quòd Eps huiuſmodi, plebẽ ad fidem conuertens, non pręſcribet minori tempore, quã xl. annis, ſicut in alijs præſcriptionibus, quas vna eccleſia facit cõtra aliam eccleſiam. j. c. de quarta. & per totum. Vel me-

5 lius poteſt dici, quòd iſte Epus † conuertens eam, poterit eam acquirere per trienniũ: & poſtquã eam tenuerit p trienniũ à tempore conuerſionis computandũ, ipſo Epo proprio vidẽte & negligente, vlterius non poterit Epus proprius eam repetere: vt hìc. Et ita intelligit Inno. hìc in principio, vbi ſoluit ad illud. c. placuit. & c. quicunq. xvj. q. iij. dicẽs. quòd hic nõ fuit pręmonit⁹, ibi ſic. & idẽ tenet Hoſti. poſt eum. In ſecundo caſu ſcilicet quando eſt pręmonitus, tunc ſi fuerit negligens per ſex menſes, à tempore monitionis factæ computandos, Epus qui poterit eam cõuertere, & conuertit, habebit eam poſt trienniũ poſt illos ſex menſes cõtinuè cõputandum: ita quòd proprius Epos negligens, vlteriùs ipſam repetere nequibit: & ſic cõcordantur. c. illud. placuit. & c. quicunq. xvj. q. iij. vbi ponit tempus ſex menſium, poſt quod licet alijs Epis, huiuſmodi populũ in hæreſim lapſum acquirere, & lucrari. & iſtud. c. vbi ponitur tẽpus triennij, poſt quod Epus lapſi populi, non pôt ipſum repetere, ſecũdũ Ber. Inn. Hoſti. & Io. and. hìc. Vnde dicunt Inn. Hoſti. & Io. and. quòd ibi ponitur tẽpus, poſt quod licet populũ lapſum acquirere & lucrari: hìc verò ponit tẽpus, poſt quod Eps populi lapſi nõ pôt illũ recipere: Et ſecundũ hoc in primo caſu. ſ. vbi nõ eſt pmonit⁹, & ſic eſt in minori neglgẽtia ſeu culpa, minori tpe

præſcribitur contra eum triennio, quòd eo caſu vbi eſt præmonitus:& ſic eſt in maiori negligentia ſeu culpa,:& vbi requiruntur ſex menſes, & poſteà triennium. ¶ Sed poteſt dici, quòd in primo caſu ad hoc vt Epiſcopus talem populū conuertens præſcribat, oportet quòd realiter poſt conuerſionem eum tenuerit poſt triennium cōtinuum, vt hîc in prin. vbi dicit tenuerit. &c. In ſecundo vero caſu, hoc nō eſt neceſſe. vnde ſi poſt monitionē fluxerint ſex menſes, & duo anni abſq; eo quòd iſte populus per aliquem Epiſcopū conuertatur & acquiratur, & in principio tertij anni, per aliquē Epiſcopum conuertatur, qui poſteà eum tenuerint per annum præſcriptum eſt per huiuſmodi trienniū Epiſcopo negligenti, licet præſcribēs, non tenuerit per annum: vt ſic magis conſideretur negligentia, proprij Epiſcopi negligentis, quā poſſeſſio præſcribentis, qui fuit diligens: & qui quanto citius potuit, ipſum populū ad fidem conuertit: & hunc intellectum innuit expreſſé Ber. hîc: ibi quando dicit computato iſto triennio, poſt illos ſex menſes &c. & Io. in capitulo allegato placuit. in gloſſa expleto. alias prædictę abſurditati non bene reſpōderi poſſet, & hoc quod dicitur hîc habet locum de iure cōmuni: nam per beneficium reſtitutionis in integrum, forſan .j. quadriennium eccleſia contra quam eſt præſcriptum, audietur: vt. §. de reſti. in integrum. c. j. vbi Hoſtien. Sed melius facit pro eo extra. de reſti. in integ. c. vnico. in cle. Item nota, quòd iſte Epiſcopus præſcribens non peccat, licet ſciat rem alienam eſſe, quia hoc facit author. iuris. ideò non peccat. xxiij. q. iij. qui peccat. nec videtur malam fidem habere, qui prius dominiū requiſiuit. .j. eo. vigilanti. ¶ Supple gloſſas, in glo. prima ibi ſex menſes. vnde dicebat Innoc. quòd ibi ponitur tempus poſt quod licet populum lapſum acquirere, & lucrari, hîc verò ponitur tempus poſt quod Epiſcopus populi lapſi, non poteſt illum repetere: &

4 in fine ſecundū Alanum. & ſic † ſciēs rem eſſe alienam, præſcribit, contra id quod habetur. .j. c. vigilāti. In glo. vltima ibi, *& c. nobis*, & capitula non loquūtur in œconomo: ſed in coadiutore, qui plenam habet adminiſtrationem, in temporalibus. Gof. & ibi, *quod currit inſtantia.* in tutore quod poteſt cōuenim pro pupillo, vel pupillus eius authoritate: ſecundū diſtinctionem, quę habetur. ff. de admi. tuto. l. j. ſcilicet, vtrū poſſet ſtari aut non, & tamen non currit contra eum præſcriptio. C. de præſcript. xxx. annorum. l. ſicut. ſecundum Alanum. & ibi per totum. & c. vltimo. vbi prælatum appellat legitimum defenſorem, ſecundum Goffre.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitatem prælati eccleſiæ non nocere, donec ſit præſcriptum.*
2 *Gregorium in omnibus ſuis epiſtolis humilem fuiſſe.*
3 *Bona eccleſiarum, & eccleſiaſticorū an pauperum ſint. & nu. 5.*
4 *Ab exactione decimarum ob vitandum ſcandalum aliquando abſtinendum.*
6 *Pauperum appellatione qui contineantur.*

¶ CAP. II.

1 Nihil prodeſt. ¶ Caſus. Taciturnitas † Prælati non nocet eccleſiæ donec ſit præſcriptum. Vel aliter in rebus inuaſis non currit præſcriptio & primo repetit quod olim præſcripſerat. ¶ Secundò proteſtatur. ¶ Expone literam *foren-* id eſt, contentioſo iudicio Inno. quod pro poſſe debent fugere ſerui Dei. de hoc ſupra de ſyndico. c. vno Hoſtien. vel id eſt, cum ſtrepitu fori, Goffre. ſtrepitu. pro expoſitione horum verborum, remittit Hoſtien. de ſta. mo. c. vltimo. verſi. quod ſi Abbas. ¶ Sed dic vt notatur in cle. ſæpe. de verborum ſignificat. & per Bartolum in extrauag. Imperiali ad

2 reprimendā. *nobiſcum.* hîc † Gregorius qui in omnibus ſuis epiſtolis fuit humilis vltra modum, vt quia humilitate vni loquitur in plurali, & de ſe in ſingulari. vt. .j. patet. Sed hodie talia reſcripta, non valerent, vt .j. de crimine falſi. cum grani. *ſcriſiſſe.* hoc fecit ſecundū Inno. ex ſuperabundanti iuſtitia. Nam & ſi cum forali ſtrepitu illa peteret, nō peccaret, vel vt ponit Hoſti. ¶ Hoſti. arguit ex hac decretali, quòd poſt quadragenariā præſcriptionem completam cōtra minorem eccleſiam, adeatur Papa pro ipſa eccleſia, niſi completa ſit centenariā: nam & de iure ſuo, poteſt agere: licet inferior eccleſia ſuccubuerit. .j. de capellis monachorum. c. ij. §. fi. Nam & Epiſcopus agit pro eccleſia ſibi ſubiecta. .j. de ſucceſſ. ab inteſtato. c. finali. & idem Abbas. .j. c. ex tranſmiſſa. Super quo vide Nouellam. .j. c. ad audientiam. §. fi.

¶ PRIMO ergo quæritur, vtrum dictum Hoſti. §. proximum de iure procedat? ¶ Martinus de ſalua, dicit ſe credere, quòd nō. Dicit enim, quòd illud quod dicit lex centenariam præſcriptionem contra Romanam eccleſiam currere ſolum habet locum in rebus ad Romanam eccleſiam pertinentibus præſcribendis. ¶ Et ego etiam puto, quòd ipſe verum dicat, quia expeſſè & directè tertio modo diſpoſitum indirecte calumniari ſuper viam obliquam peruerti non debet .j. de reg. iuris cùm quid vna via. libro. vj. quia iſtud eſſet calumniari legem, & eam imponere verbis & non rebus, quod fieri non debet. .j. de elect. cōmiſſa. §. porrò lib. vj. nec obſtat, quod hîc dicitur in fine, quia illud ſecundum omnes, intelligit infra præſcriptionis tempora, & antequàm ipſa præſcriptio ſit completa: patet, quia etiam ſecundum Hoſtien. poſt præſcriptionem centenariam, præiudiciū paratū eſſet: & tamen iſte literalis ſubauditus, non habet neceſſe naturā præſcriptionis depromere: ſed debet fieri & intelligi ſecundum alia cōmunia iura. Si enim vno verbo etiam expreſſo, non expedit iura peruertere. §. de elec. eccleſia veſtra. minus vtiq; tacito. ff. locati. l. qui ad certum. nec obſtat quòd Papa poteſt agere de iure cuiuſlibet inferioris eccleſiæ, quia agendo de iure inferioris eccleſię, vice eius fungitur & illius ius deducit, & per conſequens oportet quòd naturā iuris illius imitetur. arg. .j. de regu. iuris. c. is qui in ius. & inſti. de actio. §. fuerat. cum ſimilibus.

¶ SECVNDO quæritur, vtrum ſit verum ſimpliciter, quod hîc legitur & notatur in. ij. glo. videlicet, quoad bona

3 † eccleſiarum & eccleſiaſticarū perſonarum, ſint bona pauperū? & videtur quòd non per ea quę ſcripſi. §. de except. cū venerabilis. in ſexto notabili. & in prima oppoſitiōe, & in. xij. primis queſtionibus. ¶ Sed in contrariū faciunt ea quę notantur per Inno. & etiam quę ſcripſi. §. de cauſa poſſ. c. cùm ſuper. in prima oppoſitione, vnde ſcias, quòd aliqui fuerunt ita duri, in hoc quòd coacti ſunt finaliter concedere hoc inconueniens quòd viri eccleſiaſtici non debent petere decimas, prout nec de eis in Italia reſpondetur cuius, contrariū eſt certiſſimum: & notatur pe Archid. xv q. vj. maiores. & per Tho. ſe

4 cunda ſecundę. q. xvij. articulo vlti. licet † quando pro vitādo ſcandalo ab earum exactione, expediat abſtinere: vt hîc cum allegatis in. j. glo. & §. de renūcia. niſi cū pridem. §. propter malitiam, & per beatum Thomam ſecūda ſecundæ. q. xlvij. arti. x. & notatur de hac materia. vij. q. prima. §. nunc ſer

5 uandum. ¶ Tu verò dicas, quòd aut quæritur, vtrum † bona eccleſiarū ſint bona pauperum, quoad dominium & proprietatem? & dic quòd non: per ea quæ ſcripſi in prędicto. c. cùm ſuper. aut quęris an ſint pauperum, quoad vſum & adminiſtrationē? & dic quòd non, quia pauperes non ſunt illorum adminiſtratores legitimi. ¶ Sed prælati. .j. de dona. c. ij. & ſic procedūt, quę ſcripſi in prędicto capitulo cū venerabilis. ¶ Aut quæris vtrum ſint pauperū, hoc eſt an ſint diſtribuēda per prælatos in vſus pauperum? & tunc aut quęris de immobilib9 aut de mobilibus, quę cōſueuerūt eccleſijs conſeruari, ſicut ſunt iocalia, veſtimenta, vaſa, & paramenta eccleſiæ, & inſtrumenta perpetua domuum & agrorum: & de iſtis dico, quòd non ſunt pauperibus eroganda, quia talia conſueuerūt & debent eccleſię cōſeruari: nec ad alienos vſus debent transferri. Saluo caſu in quo alienatio eſſet permiſſa à iure, vt pro redemptione captiuorum. xij. quæſtione ſecunda. c. Apoſtolicos. cum tribus capitulis ſequentibus. ¶ Aut quæris de fructibus ex poſſeſſionibus vel decimis, aut alijs redditibus eccleſiæ prælato obuenientibus, & tunc aut quę

tisde

...eſt ſine quibus, eccleſia in neceſſitatib⁹
...ſtrorum ſuorum, pateretur defectum, & tunc
...caſu magnæ neceſſitatis, prælatus ſibi & miniſtris
...ſię & alijs eccleſię neceſſitatibus, de illis ante omnia de
bet ſuccurrere: quia charitas ordinata incipit à ſe ipſo. C. de
ſerui.l. præſes. & quia primò ſoluenda ſunt debita, quàm
legata. C. de iure delibe.l. finali. ¶ In his tamẽ in quibus po
teſt honeſtè & abſq; ſcandalo, de iſtis & præſertim de victu
& veſtitu ſui, & ſuorũ detrahere pro pauperibus erogando,
ſi hoc prudenter fecerit opus valde bonum facit & multũ
meretur. ¶ Aut loquimur de ſuperfluis, id eſt quæ prouſo
neceſſitatibus eccleſiæ, & prælati ac miniſtrorum abſq;
defectu aliquo notabili, ſupereſſe poſſunt. Et tunc licet pau
peres non habeant ius petendi, tamen prælatus ſi velit pie
agere, & ſaluti animæ propriæ prouidere, debet de illis in
6 vſus pios erogare: & ſic procedit glo. noſtra. nam † omnes
vſq; pij indigentiam & neceſſitatem patientes, hoc caſu ap
pellatione pauperum continentur: conſultè tamen facit, ſi
aliquid pro futuris & periculoſis caſibus, qui ſibi & eccleſię
contingere poſſunt in futuris annis apud ſe reſeruatis: quia
peculium ſine præſidio fragile eſt. ff. de le. iij. l. ſi chorus. §. j.
in fine. Dummodo non tantum reſeruet, quòd ad magnum
theſaurũ aſcendat, quia illud in perſonis eccleſiaſticis appro
batur, & ſic procedit quod habetur. xij. q. ij. c. aurũ cum qua
tuor capitulis ſequẽtibus. Si tamen in parentes vel lenones,
aut alios vſus minus licitos fructus huiuſmodi indebitè alie
net, quanquàm peccet, alienatio tenet: quia vel dominus eſt
fructuũ, iuxta ea quæ ſcripſi in prædicto. c. venerabilis vel li
beram habet adminiſtrationem. ar. eorum quæ leguntur &
notãtur. de elect. c. is cui procuratio. & de ſupplen. negligen
tia prælatorũ. c. eccleſię. libr. vj. & de procur. c. qui ad agen
dum. §. vltimo. e. libro. ¶ Et adde omnino quæ hic notantur
in glo. ij. & in remiſſionibus, quas ibi dedi. ¶ Supple gloſſas.
In prima glo. ibi: *ſolui*. Mat. xvij. & ibi, *quærebat*. actuum xx.
& infra de cenſi. cum Apoſtolus. *& in fine*. hæc cõtrarietas
ſoluitur. j. de ope. no. nunci. c. ij. in glo. ſecũda ibi, *pauperum*.
¶ Adde quæ ſcripſi. ſ. eo. c. in. ij. quæſtiõe & ibi, *quæ quod*. vbi
de hoc. & xij. quæſtione. j. expedit. & . j. de verb. ſignifi. c. cau
ſa. & ibi cõmunicanda, nec ſunt appropriãda. j. de prebend.
c. ij. & de dona. c. ij. ſecundum Nouellam. Sed de hoc dic vt
ſcripſi in prȩallegato. c. cum venerabilis ¶ In glo. vltima ibi,
princeps. principij. vnde dicit Innoc. quòd vnus princeps cõ
tra alium, per tales proteſtationes interrumpit præſcriptio
nem, cum nõ ſit alius coram quo cõueniatur: ar. rorium. hic
allegatorũ, in glo. & faciunt quæ ſcripſi. ſ. c. proximo in di
ctis domini Petri Flandrini. & ibi, *ſed hoc non facit*. melius di
ceret, quòd non poteſt facere illam, & ſic ponit Vincen.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam præſcribere per quietam xxx. annorum poſſeſſionem.*

¶ *CAP.* *III.*

1 Anctorum. ¶ Caſus. Per † quietam xxx. annorum poſſeſſio
præſcribit eccleſia non diuiditur. ¶ Expone
literam, *omnes poſſeſſiones*. id eſt omnia iura
prouincialia ſecundum Innoc. qui voluit di
cere hanc præſcriptionem procedere in iu
ribus prouincialibus, ab vno Archiepiſcopo, contra alium.
¶ Sed finaliter tenet, quòd loquitur hęc ſecundum antiqua
tempora, & hoc approbat Collectarius. ar. j. eo. de quarta. c.
illud. & inducit ſimile. j. q. iij. quæſitum: *abſque*. hic duplex
punctuatio, vt duplex reſpiciat verbum, videlicet aut ver
bum ſunt poſſeſſæ aut verbum perpetuo teneãtur. *Synodali*.
id eſt prouinciali ſeu iudiciali. ¶ Supple gloſſas. In gloſſa
vltima ibi, *bona fide*. quæ quoad petitionem hæreditatis,
non cenſetur eſſe in eo qui audit ſibi litem mouendam. ff.
de petitione hæreditatis. l. Item veniunt. §. à quo item. Vin
cen. *& in fine*. vel loquitur hæc decretalis, quando eccleſia
præſcribit rem prælati, ſecundum Tancred. Hoſtien. Pet. &
Abbatem. Et facit, quod notatur. xiij. quæſtione. ij. c. primo
xvj. quæſtione tertia. placuit. & . j. eodem illud. quod intel
lige vt ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Clericum contra epiſcopum præſcribere ſi xl. annorum ſpatio non ſoluerit quartam.*
2 *Epiſcopum iure communi quartam decimarum vendicare in eccleſijs parochialibus.*
3 *Præſcriptionem. xl. annorum ſufficere ad libertatẽ præſcribendã.*
4 *Præſcriptio. xl. annorum currere contra eccleſiam.*
5 *Multum referre an dictio, niſi, in oratione negatiuè, vel affirmatiuè ponatur.*
6 *Vacanti eccleſia, paſtoreq; deſtitutæ nõ currere præſcriptionem.*
7 *Seruitutem tempore amitti. Eandem tempore amitti poſſe certiſſimi iuris pro varietate tamen ſeruitutum. nu. 8.*
9 *Ius percipiendi decimas an ſeruitus ſit continua, vel diſcontinua.*
10 *Sola quadragenaria præſcriptio eccleſiæ currit.*
11 *Ad præſcriptionẽ quartæ decimalis an poſſeſſio ſit neceſſaria.*
12 *Donatio ſola Epiſcopi facta ſine capituli conſenſu an det titulum præſcribendi.*
13 *Dictio, niſi, an ponat, vel affirmet.*
14 *Reus exceptionem probet: quia in ea actor eſt, & an negatiua probetur.*
15 *Debitores egentes ſub ſpe futuræ enumerationis plerumque obligari.*
16 *Solutio quartæ Epiſcopalis quis actus ſit.*
17 *Seruitutum quæ ſit natura*
18 *Seruitutes reales quæ ſint & cur ita appellentur. Et quæ dicantur mixtæ. nu. 19.*
20 *Seruitutum mixtarum quot ſint ſpecies.*
21 *Seruitutem perſonalem in hæredem non tranſmitti.*
22 *Si ſeruitus non eſſet, non niſi contra obligatum agi poſſet.*
23 *Seruitutes affirmatiuæ quomodo acquirantur.*
24 *Actum vnicum ſufficere ad poſſeſſionem acquirendam.*
25 *Patientiam, & ſcientiam pro traditione accipi in omni ſeruitutum genere verum eſt.*
26 *Proteſtatione voluntas declaratur.*
27 *Voluntas hominis ex multiplicibus actibus præſumitur.*
28 *Seruitutis negatiuæ poſſeſſio quomodo acquiratur.*
29 *Quaſi poſſeſſionem inſtar poſſeſſionis veræ, & propriæ accipiendam eſſe.*
30 *Negationem, ſeu priuationem denotantia aliqua eſſe in quibus ille, contra quẽ de præſcriptione quæritur, nec de patientia notari põt.*
31 *Seruitutem affirmatiuam alteri debentem poſſe quaſi poſſeſſionem libertatis acquirere.*
32 *Poſſeſſionem improprium loco verè poſſeſſionis haberi.*
33 *Materia quãto eſt magis diſpoſita, tantò operationẽ faciliorẽ eſſe.*
34 *Seruitutis, vel libertatis poſſeſſio quãto tempore amittatur.*
35 *In acquiſitione poſſeſſionis quæ ſint neceſſaria.*
36 *Seruitutem quando quis præſcribere incipiat.*
37 *Præſcriptio qualiter inchoetur.*
38 *Teſtes quibus probatur præſcriptio, quid debeant deponere.*
39 *Præſcriptio per quam inducitur amiſſio ſeruitutis, quando currere incipiat.*
40 *Præſcriptiones aliquas eſſe, quæ ex ſola negligentia cauſantur illius, contra quem præſcribitur.*
41 *Artem in præſcriptionibus imitari naturam.*
42 *Inter ſeruitutes ruſticas, & vrbanas quæ ſit differentia ratio.*
43 *Ius idem ibi ſit, vbi eſt eadem ratio.*
44 *Poſſeſſio qualiter, & à quo tẽpore incipiat currere in præſcriptione libertatis quartæ nõ præſtandæ, & ſimilibus nõ ſoluendis.*
45 *In poſſeſſione amittẽda nõ tantũ tẽpus requiri, quantũ in proprietate.*
46 *Iura aliqua eſſe in quibus poſt non vſum reperire ſit aliquod notabile veſtigium illius iuris repræſentationem deſignans.*
47 *Scientiam, & patientiam aduerſarij in præſcriptionibus neceſſaria eſſe.*

48 *Seruitutis præſcriptio difficilius inducitur, quàm libertatis.*
49 *Seruitutem facilius amitti in acquiſitione libertatis, quàm de nouo acquiratur in præiudicium libertatis.*
50 *Regulare eſſe vt in omni præſcriptione requiratur poſſeſſio.*
51 *Poſſeſſorē non vtendo poſſeſſione ſua quãto tẽpore amittat eam.*
52 *Poſſeſſionem ſicut & quaſi poſſeſſionem non poſſe ſine animo acquiri.*
53 *Poſſeſſionem animo ſolo retineri.*
54 *Poſſeſſor fundi fugiens de fundo metu alicuius an poſſeſſionem amittat.*
55 *Terrorem armorum verum ſufficere ad hoc vt quis videatur vi deiectus.*
56 *Non videri deiectum niſi illum, qui cum deijceretur poſſidebat.*
57 *Seruitutis poſſeſſio qualiter retineatur.*
58 *Effectus poſſeſſionis ſeruitutum quis ſit.*
59 *Seruitutes quanto tempore præſcribantur.*
60 *In præſcriptione ſeruitutis an titulus ſit neceſſarius: & quid de bona fide.nu.61.*
62 *Res omnes naturaliter eſſe liberas.*
63 *Ad præſcriptionem ſeruitutis quæ requirantur.*
64 *Titulum neceſſarium eſſe ad præſcriptionem longi temporis in ſeruitutibus cauſam diſcontinuam habentibus. Et in præſcriptione quartæ. nu.65.*
66 *Tempus duplicatum an ſit neceſſariũ in ſeruitutibus diſcontinuis.*
67 *Quarta Epiſcopo debita an detrahi debeat de oblationibus defunctorum.*

¶ CAP. IIII.

1 DE quarta. ¶ Caſus. Præſcribitur † cõtra Epiſcopũ quarta, ſi.xxx. annorum ſpacio nõ ſoluatur: & Cathedralis eccleſia interim non vacauerit. ¶ Diuide literam in tres partes, quia primò ponit dictum, Secũdò caſum exceptum, ibi: *niſi.* Tertiò reprobat ius antiquũ, ibi: *non Romanus.* ¶ Expone literã, *quarta decimæ*: illam poteſt donare i pus, cuicunq; eccleſiæ, xij.q.iij.c.fina. Et vide ſuper hoc Nouellam. de dona.paſtoralis.ſuper glo.penultima. Et ſi hoc fecit de conſenſu capituli, nõ eſt neceſſaria præſcriptio ſecũdum Hoſti. *& oblationis:* repete quarta: *clericus.* i. Rector, vel habens dignitatem ſeu officium in eccleſia, propter quod præſcribat nomine eccleſię non proprio.ar.j.de iure pa.c.de iure. Hoſti.qui, ſcilicet paſtor exigere ad quid tenetur etiam ſacramento.ſ.de iure iuran.c.ego.ij. Hoſti. *debuiſſet.* ſupple nec ſu ficeret tricẽnalis. & non bene cõtinuatur, quod ſequit̃ Hoſti. *non admitti.* ſubaudi hodie, quia olim bene admittebat: vt.ſ.c.proximo cũ concordantijs, ſecundũ Nouellam. Sed alium intellectum recipit capitulũ proximũ, vt patet ex ibi notatis. ¶ Primò
2 nota quòd in † decimis & oblationibus parochialium eccleſiarũ, & aliorum beneficiorũ, Epiſcop⁹ de iure cõmuni vendicat ſibi quartam. Et facit hoc bene ad declarationem illorum, quæ legunt̃ & notantur.j.de ſepult.c.certificari. Et faciunt quæ ſcripſi poſt Hoſtiẽ. in expoſitione, in verbo clericus. & quæ hîc no. in glo.j. & quę.ſ.ſcripſi ſuper ea ¶ Secundò nota, quod ſolus actus priuatiuus nõ ſolutionis iuris perpetui, vt quartæ decimarũ petendę per præſcriptionem priuationem inducit: ideò dixi iuris perpetui, quia de iure temporali vnius actionis in rem vel in perſonam, non eſſet dubium. vt. C.de præſcript.xxx.vel.xl.annorum.l.ſicut.&.l.oẽs.
3 ¶ Tertiò nota, quòd † ſola tẽporis quadragenarij præſcriptio, ſufficit ad acquiſitionem libertatis, aduerſus ſeruitutẽ etiam à iure introductam, etiam cauſam continuam habentem, ad cuius declarationẽ redibo.j. ¶ Quartò nota, quòd
4 † præſcriptio canonica contra eccleſiam currens, quadragenaria eſt: & quòd præſcriptionem.xxx. annorũ canones contra eccleſiam non admittunt.j.e.c. ad aures. cum ſimilibus.
5 ¶ Quintò nota, quòd † dictio, niſi, orationi affirmatiuę accedens, negatiuè excipit ſeu excludit vt.ff.de reg.iuris.l.quo
6 tutela.&.C.de tranſact.l.actione. ¶ Sextò nota, quòd † eccleſia vacante & paſtore carente, nulla aduerſus eam currit præſcriptio: concordantiæ ſunt in gloſſa.ij. ¶ Primò opponitur contra ſecundum notabile, quia ſine poſſeſſione nõ currit præſcriptio infra de regu.iuris.c.ſine poſſeſſione. lib.vj. modò pręſcriptio libertatis ſeu negatiuę ſeruitutis, ex ſolo non vſu non ſoluendũ non inducitur, niſi dum cum ipſa nõ ſolutione concurrat aliqua contradictio, vt quia cui debebatur petente & debente contradicente, ſeq; nõ teneri aſſerente, fuit propter contradictionem à ſolutione ceſſatum: ar.de ſerui.& aqua.l.ſi quas. &.ff. quemadmodum ſeruitus amit.l.vltima. & quod legitur & notatur. ff. de ſerui. vrba. prædi.l. hæc autem iura. Et quod notat Cynus in prædicta.l.ſi quas. in ſexta quæſtione. ¶ Soluunt quidam admittentes oppoſitionem, dicunt enim hanc decretalem ſupplẽdam eſſe, per prędicta hoc modo videlicet, quòd tunc incipiat currere iſta præſcriptio, cùm ipſius libertatis quartæ nõ ſoluẽdæ acquiſita eſt poſſeſſio, & quòd tunc cẽſeatur acquiſita poſſeſſio cùm ipſam nõ ſolutionem cõcomitantur petitio, & contradictio, vel ſaltem cùm ideò ceſſat quartæ petitio, eo quòd Epiſcopus ad quem ſpectat quartam petere, ideò obmittit eam petere, quia timet ſe repelli, ſi peteret. ar.ff.de acquir.poſſ.l.ſi id quod.§.vltimo. ¶ Sed hoc non eſt verum, imò titul⁹ hîc neceſſario requiſitus, lue eſt locus conditionis & vſus: vt dicam infra in.xj.quæſtione.verſu.& tunc aut loquimur contra eccleſiam. ¶ Secundò opponitur cõtra tertium notabile, quia videtur, quòd inter ſeruitutes continuã cauſam habentes, & ſeruitutes non habentes cauſam cõtinuã, quoad hoc ſit differentia facienda.ar.ff.de ſerui.l.ſeruitutes. ¶ Innocentius magnam gloſſam nũc ſubiutro dicit, quòd ſecundum leges, ſeruitus ruſtica, quæ non habet inte uallum annorum, vel quæ habet interuallũ modicum, puta horarum vel dierum, amittitur.x.annis inter pręſentes, &.xx.annis inter abſentes. Sed ſi habet interuallũ annorum, vel menſium, tunc duplicatur tempus, vt inter præſentes neceſſarij ſint viginti anni, & inter abſentes, quadraginta anni.ar.ff.quemadmodum ſerui.amittatur.l.ſi ſic conſtituta ſit. &.C de ſerui.l.j. ¶ Dicunt tamẽ quidam, vt ipſe refert, quòd in ſeruitute diſcontinua etiam inter abſentes, ſufficiunt viginti anni. ¶ Secũdò addit quòd ſicut diſcõtinuatio annorum & menſium, ſeruitutem reddit diſcontinuam, ita etiam diſcontinuatio ſeptimanarum. & eſt ratio, quia odia ſunt reſtringenda.ff. de libe. & poſtu.l. cum quidam. ¶ Sed nunquid hæc diſtinctio habet locum ſecundum canones. Refert Innocen. quoſdam dicere, quòd non: quia vt hic apparet, tempus in hac præſcriptione decimarum, non duplicatur: & tamen hoc ius, ſcilicet perceptionis decimarum, habet interualla magni temporis, ſcilicet de meſſibus & vindemijs vni⁹ anni, vſq; ad meſſes & vindemias anni alterius. ¶ Sed certè quoad hoc contrarium videtur. Innocen. videlicet, quòd hoc ius perceptionis decimarum, non habet aliquod interuallum etiam horarum, imò quaſi continuã cauſam habet cum quotidie poſſint & etiam debeãt recipi decimæ non ſolũ perſonales, ſed etiam prædiales cùm prędicta quotidie aliquos fructus producere poſſint: & etiã quotidie quarta Epiſcopis eſt ſoluenda: & in eo quod legitur & notatur.j.de deci.ex parte. &.c. non eſt in poteſtate. Sed adde omnino quæ dicam & infra ea. oppoſitione verſu quarto quæres. vbi reperies hoc dubium planiùs expeditum: Et idem dicit Innocen. de iure eligendi. quia licet electores quotidie non eligant quia nec quotidie vacat eccleſia, aptum tamen eſt hoc ius, ad recipiendum continuam executionem, & electores apti ad continuò eligendum: quia quotidie parata eſt vacare eccleſia: argumentũ eius qđ dicitur de ſtillicidio.ff. de ſerui.vr. prædi.l.foramen. & ideò in præſcriptione iuris eligendi, ſufficit poſſeſſ. xl. annorum. vt patet ex lectis & notatis ſupra de cauſa poſſeſſo.c. cum eccleſia.§.finali. verſi. nec ex eo. &.c. cum olim. &.ſ.de elect.c. cumana.§. penultimo ad finem.

¶ Primò quæres ergo, quãdo ius ratione interualli dicatur habere cauſam diſcontinuã? reſpondet Inno. dicens ſecundũ

quoſdam,

...une ius dicitur habere cauſam diſcontinuã ad ...ectum, vt etiam in eccleſia tempus præſcriptionis ...icetur. Hoc eſt vt. lxxx. anni in præſcriptione ſint neceſſarij, videlicet dum ius hmõi tale eſt, quod interuallum certum & deputatũ ab homine vel à iure recepit, quale eſt quod quis omni anno dedicationis vel alicuius feſtiuitatis, aut alio certo die, partem oblationum vel aliud ſeruitium certum recipiat. iij. q. iij. nec numerus. xviij. q. ij. Eleutherius. j. de cenſi. cùm venerabilis. & in hoc caſu ſecundũ eos, & neceſſarij ſunt. lxxx. anni.

7 ¶ SECVNDO quæres † pro horum declaratione qualiter ſeruitutes tempore amittũtur? Aduerte quæ ad hoc eſt differentia inter ſeruitutes ruſticam & vrbanam, quia ruſtica perit certo tempore non vtendo: vrbana verò per ſolũm nõ vſum non perit omnino. Sed ita demum, ſi vicinus ſimul vſucapit libertatem, vt ſi ædes tuæ ædibus meis ſeruiant, ne tuæ altius tollantur, vel ne mearum luminibus officiant. ¶ In hoc enim caſu, ſi per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero vel obſtruxero, ita demum ius meũ amitto ſi tu per idem tempus altius ſublatas habueris ædes tuas. Alioquin ſi nihil noui feceris retines ſeruitutem. vt. ff. de ſerui. prædi. vrb. l. hęc autem iura ſecundum Inno.

8 ¶ TERTIO Quæres, qualiter † ſeruitutes tempore acquirentur. ¶ Innoc. dicit circa hoc notandum eſſe, quòd ſi ius de quo agitur habeat cauſam continuam, ſicut eſt ſeruitus aquæ ductus, quæ ſine intermiſſione ducitur, vel quaſi perpetuam ſicut eſt videre in caſibus ſupradictis, tunc acquiritur ſeruitus, per præſcriptionem. x. annorum, inter præſentes, & . xx. inter abſentes, ad ſimilitudinem rerum immobilium. C. de ſeruit. l. ij. & C. de præſcri. lõgi temporis. l. fi. ¶ Sed hæc eſt differentia quòad hoc inter ſeruitutes, & res immobiles, quia in rebus immobilibus requiritur titulus, imò ſufficit vſus ſolus vt patet. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi quis diuturno. & in eo quod notatur. j. eod. ſi diligenti. Sed quando incipit currere hoc tempus huiuſmodi præſcriptionis ſeruitutum? ¶ Videtur quòd ex quo quis cœpit vti illo iure, non vi, non clam, non præcario, ſciẽte videlicet illo, cui ſic fiebat præiudicium, & non contradicente ſed tacente: & hoc ipſum probare debet ſecundum quoſdam. & ſic intelligunt. ff. quemadmodum ſerui. amit. l. finali. & ff. de itinere actúque priuato. l. prima § Iullianus. ¶ Si autem non habeãt cauſam perpetuam & continuam, vt eſt ſeruitus vię & præſtatio extraordinariorum ſeruitiorũ. Certè tunc hæc & ſimilia his nõ præſcribũtur, niſi tanto tempore percipiantur cuius contrarij memoria hominis non exiſtat. xvj. q. iij. quia cognouimus. Et c. di. contra morem. & ff. de aqua plu. ar. l. j. § j. & l. ij. § antepenul. & patet in eo quod legitur & notatur. j. de ver. ſignific. ſuper quibuſdam. § j. ver. fin. & ff. de aqua quotti. & æſti. l. hoc iure. § ductus aquæ vel ibi ideò exigitur tan longa præſcriptio, quia aqua ducitur de flumine publico, ſicut hîc quadragenaria, quia de iuribus eccleſiæ agitur. xvj. quęſtione. iij. quas actiones.

9 ¶ QVARTO quæres † an ius percipiendi decimam de fructibus fundi, habeat cauſam continuam vel diſcontinuam? Et videtur quòd cõtinuam: per ea quæ ſcripſi. ſ. eadem oppoſitione. ver. ſed nunquid hæc diſtinctio? Reſpondet Inno. quòd aut quęritur de iure percipiendi decimas de fructibus fundi ſimpliciter, & tunc dic quòd cõtinuam cãm habet, per notata in prędicto verſu. Aut quęris de iure percipiẽdi decimas, de vino vel grano tantũ, vel de omnibus minutis tantum aut de conſimilibus, & tunc nũ habet cauſam perpetuam: quia hæc percipiũtur certis temporibus tantũ, vt notatur. j. e. ad aures. ſecundũ Inn. in prędicta glo. magna quæ pro magna parte recipitur ex notatis Accurſij. in lege ſeruit. all. ¶ Hoſtien. dicit quòd hæc glo. quantũ ad canones, eſt potius ſubtilis, quàm vtilis, ſiue enim agamus de corporalibus, ſiue de incorporalibus, ſiue de habentibus, ſiue de non habentibus cauſam cõtinuam, regulariter eſt tenendũ, quòd † ſola quadragenaria pręſcriptio currit contra eccleſiam: & nulla minor, vt notat. j. ¶ Sed nec in eccleſiaſticis currit pręſcriptio ſine titulo ad minus cõtra illum qui id de quo agitur de iure cõmuni petere poteſt, vt notat hic in glo. ſecũda. Quinimo, & hi, qui cõtra ius cõmune petunt ſe admitti ad eligendũ, tãquam vocem habẽtes, habẽt exprimere quo iure hoc petant: quod dic vt legitur & notatur. ſ. de elec. conſtitutis. Et dic quadragenaria, cum titulo, aliâs contra. j. e. ſi diligenti. ſecundũ Hoſti.

11 ¶ Tertiò opponit contra prędictum tertiũ notabile, quia † videtur vltra quadragenaria poſſeſſionẽ alia eſſe neceſſaria ad pręſcriptionẽ huius quartę, videlicet titulũ. j. e. ſi diligenti. & quod ſcripſi. ſ. oppoſitione proxima. ver. tertio quęres. verſ. ſed hæc eſt differentia. poſt Innn. & ver. quarto quęres. in fine poſt Hoſtien. Item & bona fides. j. c. proximo. & . j. de reg. iuris. c. poſſeſſor malæ fidęi. lib. vj. & . j. e. quoniam omne. in fi. & prædicto. c. ſi diligenti. in fine. Aut hic clericus denegans quartam debitam Epiſcopo de iure cõmuni, non poteſt eſſe niſi in mala fide. Quod proſequere vt hic notatur: per Ber. in glo. vlti. & ſic non videtur qualiter præſcibere poſſit: Et de tota iſta oppoſitione videtur caſus ad literam. j. e. c. Epiſcopũ. lib. vj. per quod capitulũ apparet, quòd ſola poſſeſſio quadragenaria bonæ fidei, non ſufficit in hoc caſu. Sed deficiente titulo, neceſſaria eſt pręſcriptio temporis, cuius initij hominis memoria non exiſtit: vt ibi. quia hîc contra ius cõmune, & cõtra eccleſiam agitur: & per cõſequens, quòd etiam ſolutio quã dat hic Bernardus in glo. vltima, non eſt ſufficiens, quia licet diuinando, defectum bonæ fidei excuſare nitatur. j. tamen non excuſat defectum tituli. ¶ Dicas ergo ſoluendo, quòd hæc decretalis ſupplenda eſt, ſubaudi dummodo titulus & bona fides, cum quadragenaria poſſeſſione concurrãt per iura in contrarium allegata: nec eſt ſenſus iſte diuinatorius ſeu capitaneus: ſed ioridicus. nam hîc textus vtitur verbo pręſcriptione. quod eſt verbum iuris. & eſt intelligendũ ſecundum ius. modo præſcriptio quadragenaria contra eccleſiam, ſecundum canones requirit titulum & bonam fidẽ

12 vt. c. ſi diligenti alle. Sed nunquid † ſola donatio epiſcopi, facta ſine conſenſu capituli det cauſam ſeu titulum præſcribendi in caſu iſtu. ¶ Ber. hîc in fine gloſſæ vltimæ tenet, quòd ſic. Sed glo. habens contrariam. j. de his quæ fi. à præla. c. ij. in gloſſ. ij. quas gloſſas concordat Archidi. x. quæſtione. iij. quia cognouimus. dicens primam gloſſam locum habere, vbi ex aliquo errore creditur cõſenſum capituli interueniſſe: & aliam gloſſam ſecũdam, vbi ceſſat talis error. ¶ Refert Mar. exemplum huius poſitum ibi per Archidi. non valere. Et ſubdit per Paulum, aliud exemplum melius hîc poni. ¶ Poſteà ſubdit Paulus. in cle. j. de reb. eccle. nõ alie. dixiſſe præſumendũ eſſe talem conſenſum interueniſſe: at. j. de his quę fiunt à pręla. c. ea noſti. & ſic videtur ibi notari per Inn. & per Compo. ſ. de conſue. cũ dilectus. ¶ Aliter autem aliâs diſtinxit Paulus circa hoc, quia aliqua ſunt quæ ſpectant cõmuniter ad Epm & capitulũ, & hîc non pręſumunt conſenſum capituli. Sed neceſſe eſt illum probari, quia Epus & capitulũ tãquam duo ęquè principales tunc ſe habẽt. ar. j. ne ſede vacante. c. vnn. lib. vj & . ſ. de offi. dele. c. cauſamq. & c. vno delegatorũ. Aliqua verò ſpectant ad ſolum Epiſcopum principaliter. Licet in illis conſenſum capituli requirere teneatur. Et hic ſubdiſtinguit, quia aliqua ſunt in quibus tempore quo aguntur, neceſſe eſt quòd cõſenſus huiuſmodi interueniat: ſic quòd non ſufficit illum interuenire, ex poſtfacto: & in his nõ pręſumitur conſenſus. c. oſi probetur: vt in alienationibus perpetuis ſic procedũt quę habentur j. de reb. eccle. non alie. c. ij. & de his quę fiunt à pręla. c. ij. & de rebus eccle. non alienan. c. j. libro. vj. ¶ Alia non ſunt, in quibus ſufficit, quòd conſenſus huiuſmodi interueniat ex poſtfacto, & in iſtis bene pręſumitur conſenſus capituli. vt in temporalibus alienationibus, & ſic procedit capitulum ea noſcitur alleg. & eſt ratio omniũ prędictorum, quia titulus præſcriptionis, debet eſſe talis quòd ſi error facti fuiſſet in facto verus ſuffeciſſet ad dominium transferendum.

¶ Ex quo infert Mar. quòd cõmunis cõfirmatio non dat ti-
tulum præſcribẽdi. Et ſubdit, quòd primũ membrũ proxi.
ſubdiſtin. poſuit Inno. in prędicto. c. circa nõ quòd expreſſè
hoc dicat, ſed tacitè colligitur ex dictis ſuis. Et ꝙ ſecundum
membrũ ſubdiſtin. eiuſdem poſuit Nouel. poſt Hoſti. in. c.
ij. de his quę fiunt à pręla. fatetur tamen, ꝙ ſufficeret quoad
hoc error facti probabilis, ꝑpter quẽ credi potuiſſet cõſen-
ſum capituli interueniſſe. ¶ Henr. verò ſtat hîc cum glo. po-
ſita & diſtinguit, quia aut Epiſcopus ſolus ſine cõſenſu capi
tuli remiſit iſtam quartã, & tunc talis remiſſio dat titulum
præſcribẽdi: vt dicit glo. hîc pro quo facit. ĩ. de dona. c. Apo
ſtolicæ. & de iure pa. c. cura. allegato. Aut Epus remiſit eam
de conſenſu capituli, & tunc talis remiſſio ſeu donatio reuo
cari non poſſet: nec præſcriptio neceſſaria eſſet. xij. q. iij. c. ſi.
ſecundum Hoſti. hîc & Goffre. ĩ. c. ſi diligenti. at. xvj. q. j. c. ſi
quis laicus. ſuper verbo legitimè aſſignatã. vbi de hoc, & vi-
de. xvj. q. iij. ſi ſacerdos circa medium. ¶ Sed opinio Pauli, &
Martini prima facie videtur verior, niſi diceremus eſſe ſpe-
ciale in remiſſione quartę propter lecta & notata. xij. q. iij. c.
ſina. & de dona. paſtoralis. qui tamen obſiſtit capi. Apoſtoli-
cæ allegatũ. dicam in. c. ij. de his quæ fiunt à præla. quia iſta
materia nõ cadit hîc propriè cum de ſolo tempore præſcri-
ptionis tractetur hîc. ¶ Quartò, opponitur contra quintũ
13 notabile, ꝙ † imò dictio, niſi ponat ſeu affirmet: vt. ff. ſi quis
cautionibus. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ ſequẽdo dicta Henri. &
aliorũ cõium ſcribentiũ, ſic diſtinguere potes, quia aut dictio
niſi, accedit orationi affirmatiuę, ſeu ſequit̃ orõnem affirma
tiuam, & tunc excipit ſiue negat: vt omnis homo diſputat,
niſi Socrates: vt. ff. de reg. iur. l. quo tutela. C. de trãſac. l. actio-
ne. in fi. Aut accedit orationi negatiuæ, ſeu ſequit̃ orationẽ
negatiuã, & tunc ponit ſeu affirmat vt nullus diſputet, niſi
Socrates: vt. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. de ferijs. l. ſi
feriatis. de vẽtre in poſſeſſionẽ. l. in extraneo. de cuſto. reorũ
l. j. §. vltimo. de annuis leg. l. titia. & de ali. lega. l. ſtich⁹. §. titia.
& in. l. alle. actione. C. de tranſact. ¶ Iſta duo membra ponit
Archidia. xv. q. iij. c. nõ eſt permiſſum. & ĩ. de conſti. c. licet
Romanus pontifex. ſuper verbo niſi. libr. vj. Et de hoc vide
in Spec. tit. ij. §. videndũ reſtat nunc aliqua. & tit. de ſponſali
bus in principio. Nec obſtat de manu. teſtamẽto. l. titia. §. vl-
timo. vbi præcedit oratio negatiua. & tamen nõ ponit: ibi
enim dicit, ꝙ ſi teſtator in teſtamento ſuo dicat ſic Oneſiſo
re, niſi actionem reddens liber ne eſto, licet Oneſiſorus ra-
tionẽ reddiderit nõ tamen propter hoc erit liber: nam illa
nõ diſcordat ibi enim teſtator negabat nõ libertatem actu:
ſed poſſibilitatẽ ſeu potentiã, ſcilicet eum poſſe liberũ fieri
niſi rationem reddiderit: ꝙ ipſe teſtator facere poterat loco
pœnę vt. C. ſi mãcipia ita fuerũt &c. per totum vnde dictio
niſi poſſit, ponit ꝙ poſſit fieri liber in futurum: non tamen
ponit quòd ſit liber, niſi manumittat̃: & ſic ponit illud q̃d
oratio negatiua negabat. ¶ Et per hoc poteſt reſpõderi ad
quæſtionem glo. poſitam in. §. allegato qui iniuriarum. cum
quis promittit ſe nõ venditurum alij, niſi mihi: quia in iſta
quæſtione negat debere fieri venditio: & dictio niſi, ponit
quòd fieri mihi debeat in futurũ, ſi contingat eum vendi.
non autẽ quòd mihi ſit facta venditio per hoc. vnde ſi ven-
dat alij, venditio valet, & tenetur mihi ad intereſſe: vt. ff. de
ac. emp. & ven. l. ſi ſterilis. §. ſit tibi ſecundũ Lambertũ & Pe
trum in. d. §. qui iniuriarũ: & Pe. & Cynum in. l. alle. actione.
C. de tranſac. qui in iſta diſtinctione concordant. Et de hoc
notat Dynus infra. de reg. peccatum. lib. vj. ¶ Quintò op-
14 ponitur quòd iſte textus practicari non poſſit, nam † quan-
do intentio excipientis ſuper negatiua fundatur, oportet
excipientem illam probare. & ſi non poſſit probare, taceat
& non excipiat: quia aliàs in exceptione ſuccũbet, vt patet
ex notatis Innoc. ĩ. de accuſatio. ſuper his. & Bar. ff. de verb.
obliga. l. in illa. Sed hîc clericus de præſcriptione quartæ nõ
ſolutæ contra Epiſcopum excipiens, fundat intentionem
ſuam ſuper negatiua, videlicet quartæ per eum. xl. annis nõ
ſolutæ. Igitur tenetur clericus, talem negatiuam probare: &
ſi nõ poteſt eam probare, taceat, aliàs ſuccumbet: modo ita
eſt quòd eam probare nõ poſſet: quia eſt negatiua ſimplex &
abſoluta: nec loco nec tempore coarctata: vt. C. de probat. l.
actor. & quod legitur & notatur. ſ̃. de elec. bonæ. & ſic reſtat
quòd hæc decretalis practicari non poteſt. ¶ Aduerte hic
quæritur quis hoc caſu probare habeat, an Epus affirmati-
uam, videlicet quartam. ĩ. xl. annos ſaltem ſemel fuiſſe ſibi
ſolutam, an verò rector de præſcriptiõe excipiens negatiuã
videlicet, quòd de. xl. annis quarta ſoluta non fuit, etiam ſe-
mel. ¶ Super quo vide qõnem diſputatam per Io. And. poſt
Io. de Montemucle ĩ. de re. iur. c. ſine poſſeſſione in Nouel.
lib. vj. quæ talis eſt Epiſcopo talis diœce. petenti quartã de-
cimarum, opponit certa eccleſia parochialis ſeu Rector il-
lius præſcriptionem. Quęritur quis habeat probare. ¶ Poſt
multa argumẽta hinc & inde per eos inducta, & poſt ſolu-
tionem Ioan. de monte muc. quam omitto cauſa breuitatis,
Io. And. ſoluendo dicit ſic, aut allegat eccleſia cõſuetudinem
generalem in loco, aut ſuam ſpecialẽ præſcriptionẽ: Primò
caſu probet eccleſia, quòd aliæ eccleſię loci non ſoluũt hanc
quartã, quo probato per clericos & rectores, eccleſia etiam
loci qui de ſuo negatiuo facto, ad iſtius cõmodum depone-
re poterũt tuta erit, niſi contrariã conſuetudinem hui⁹ ec-
cleſiæ probet Epus: per decre. vlimam. ſ̃. de offi. Archidi. &
ea quæ ibi ſcripſi. ¶ Et ſic intelligo. ff. de publicanis. l. ſi pu-
blicanus. in fine: & l. licitatio. §. eorum. ¶ Secundo caſu, aut
eccleſia allegat præſcriptionem nomine alieno, puta alteri⁹
Epiſcopi cui ſoluit quartam, quo caſu probet affirmatiuã:
ad hoc. ĩ. c. cum ex officij. & ſic loquitur decre. cum perſo-
næ. ĩ. de priuileg. lib. vj. ibi *Non ſum tibi ſubiectus, quia ſum al-
teri immediatus.* Aut proprio, & tunc aut allegat præſcriptio-
nem. xl. annorum, aut tanti temporis, cuius initij non eſt
hominum memoria. ſi. xl. tantum, probet titulũ quod præ-
ceſſerit inchoatam pręſcriptionem. Quo probato, transfer
tur onus in Epiſcopũ, & hac præſumptiõe, & vi negatiuę &
fortius ſi cum titulo probaret denegationẽ. ¶ Secundo ca-
ſu probet, & ſi nõ tantum titulum ad quod non aſtringitur,
ſaltem cõmunem opinionẽ & famam, iuxta ea quæ notãtur
infra de præſcript. c. j. lib. vj. glo. vltima & in Spec. de proba
§. j. ad finem. quo probato, transfertur in Epiſcopum onus
probãdi. & facit ſupra de pręſumptionib⁹. quia veriſimile ĩ.
de hæretic. filij. lib. vj. & tunc eſſet vtilis Epiſcopo, Apocha
ſolutionis. vt in. l. plures apoc his. de fide inſtr. & ſ̃. de teſti. ſi-
gnificauit. ¶ Vel loquit̃ decre. de actibus iudicialib⁹, in qui-
bus negatiua trãſfertur, vt in decre. quoniã cõtra & ſic intel
ligo leges ſi ex cautione & aſſeueratione. C. de nõ nu. pe. ſed
hoc nõ eſt ex vi negatiuæ tantũ, ſed etiam ex præſumptiõe,
15 quia debitores † egentes cõſueuerũt ſic ſe obligare ſub ſpe fu
turę numerationis, & ideò trãſferat̃ probatio in creditores,
nec multũ in hoc grauat̃ Epiſcop⁹, cum ſatis eſt ꝓbare ſemel
infra. xl. annos. In primo caſu, aut à tẽpore cuius nõ eſt me-
moria. In ſecundo caſu, quartam fuiſſe ſolutam: ſi verò neu-
trum iſtorũ in altera dictarum præſcriptionum probet ec-
cleſia, etiam ſi prubaret quartã petitam & denegatã, ex quo
titulum in prima vel cõmunem opinionem in ſecũda non
probat, ſuccumbet diœce. etiã nihilominus probante. Sed
cùm talis eſſet pręſcriptio, quę non requireret titulum, poſ-
ſet eccleſia probare ꝙ non ſoluit per poſitionem negatiuã,
ſi confiteretur ipſam Epiſcopus: infra de confeſſ. c. j. libr. vj.
per quam decre. ſecundũ Nouel. ſatis poſſet attentari, quòd
ſola negatiua, non transfertur onus probandi, etiam ſi pro-
bari non poteſt, per negantem, aliàs nõ video, quare fuiſſet
neceſſaria vel vtilis prouiſio illius iuris noui, ex quo aduer-
ſarius ſic negantis haberet neceſſe probare: cõcurrente verò
præſumptione ſecus dici poſſet etiam probari per libros ra
tionum, ſi ſuper his extant: & ita probatur apud nos aliqui
non ſoluiſſe decimas Papales, & eo caſu intelligit̃. l. ſi. C. de
fun. patr. lib. xj. tenent enim & illi collectores ſeu tenere de-
bent libros, per quos de ſolutis reddant rationẽ: & per illos
poterũt probari ſoluta & nõ ſoluta. ¶ Et facit quod dixi. ſ̃.
de proba-

contra.ſuper fine vltimæ gl.Per modū
tertio ſupra de probat.non puto negatio-
noſtri poſſe probari,nam illa loquit de actu alie-
,qui non poteſt expediri,niſi per tractatum,& de-
erationem collegij:illi ergo ꝗfuerunt etiā de nocte in il
lo tractatu,poſſunt bene probare,quid fuit ibi tractatum,
16 & quid affirmatum fuerit,vel negatum.Sed ſolutio† quar-
te Ep̄alis,eſt actus qui per ſolum prælatum,vel diſpenſato-
rem eccleſiæ ſine ſcientia,vel tractatu capituli,poteſt fieri li
citè:& ſic longè diuerſus.Et ſic etiam reſpondetur ad decre-
talem quanto.infra de his,quæ fiunt à prælatis.& ad decre-
talem non eſt.infra de conſuet.libro ſexto.non obſtat.nam
ibi negatiua ꝓbatur per affirmatiuos actus,quibus coarcta
ta bene cadit in intellectum teſtium,qui percipere poterūt
exercitium illorum actuum.capitulo non vocato,nec con-
ſulto per ep̄m expedit:Et per hæc diſtincta puto,ac Nouel
la.ſic ſingula contraria partum concordata,& partim ſore ſo
luta.Dicam in prædicta regula ſine poſſeſſione.¶ Oppoſi-
tionibus expeditis,quia Inn.hic tractat de ſeruitutibus.Ioā.
de lignano hic exorditur materiam ſeruitutum.Ideò de ſer-
uitutibus aliqua hic quæramus.

17 ¶PRIMO ergo quæro,quæ eſt natura,† & diſtinctio
ſeruitutū?rūdeo ſequēdo gl.Accur.ff.de ſerui.l.j.ꝙ aliæ ſunt
merè pſonales,aliæ ſunt merè reales,aliæ mixtæ.merè pſona
les,in triplici differētia ſunt.vna eīn cōpetit ratione domi-
nij,& illa eſt poteſtas quam habet dn̄s in ſeruo.vt.ff.de ſtatu
hominum.l.libertas.Alia competit ratione patriæ poteſta
tis,& illa eſt quam habet pater in filium.Et de hac inſtit.de
patria poteſtate.per totum.Tertia cōpetit ratione poteſta-
tis quā habet marit⁹ in vxorem.& de hac.ff.de ope.liber.l.
ſicut.Et licet aliqui domini legum,hoc primum mēbrū im
pugnent,pro eo ꝙ dominus non habet in ſeruo ſeruitutē,
ſed dominium:& ſic intelliguntur.ff.de ſta.ho.l.in ſumma.
& de iuſtitia,& iure.l.manumiſsiones.res autem ꝓpria ne-
mini ſeruit.ff.de ſeruitu.vrb.prædi.l.in re cōi.& ſi vſuſfru-
ctus petatur.l.vti frui.& quia poteſtas quam habet pater in
filio,vel maritus in vxore,propriè nec libertatem hominis
tollit,nec propriam ſeruitutem inducit:tamē nihilominus
licet cum quadam impropria locutione,hoc membrum tol
lerari poteſt:quia filius,& vxor,patri,& marito aliqua ſer-
18 uitia debent ¶ Reales quoq;† ſeruitutes dicuntur,quæ à re
debentur rei,vt ſunt ſeruitutes prædiales:ideò ſic dictæ,qa
abſq; prędij deberi non poſſunt.inſtitu.de ſeruitu.§.ideò au
tem.quē titulum cum duobus ſequentibus,tu canoniſta de
longo periegas,vt quia domus tua,debet domui meæ ſerui-
tutem altius non tollēdi,&c. & iſtarum aliꝗ ſunt vrbanę:
quia debentur prædijs vrbanis,vt ſeruitutes altius nō tol
lēdi,luminibus non officiendi,tignum admittendi,& ſtilli-
cidium recipiendi,de quibus de ſerui.vrb.prædi.per totū.
Aliæ ſunt ruſticæ,quæ debentur prędijs ruſticis,vt viæ,iti-
neris,actus,aquæ ducendæ,pecora paſcendi,& huiuſmodi.
de quibus de ſerui.ruſt.prædi.per totum.vnde pōderaſ hic
cui ſeruitus debeatur,qa ſi perſonæ,perſonalis,& ſi rei de-
beat realis eſt,vt.ff.de ſerui.vrb.pręd.l.ij.& dicta.l.vti frui.
Ex quo infertur,ꝙ ſi vna eccleſia alij eccleſiæ debeat deci-
mas,vel ſi eccleſia parochialis,mēſę,vel dignitati Ep̄ali de-
beat quartam decimarum,vel oblationum,ſeu aliorum red-
dituum,aut quòd prædia laicorum debeant eccleſijs deci-
mas reales:omnia huiuſmodi debita ſeruitutes reales , dici
poſſunt:quia omnia iſta,à rebus debentur rebus.Plus dico,
ꝙ decimę,quas debent perſonæ eccleſijs,de ſuis perſonalib⁹
lucris,& quas quia à perſonis debentur,canoniſtę perſona-
les appellant,ſeruitutes reales dici debent,& eſt ratio : quia
licet à perſonis debeantur,non tn̄ debētur perſonis,ſed re-
bus.Et in hoc cōcordat hic Io.de lignano,dicens idē de cæ-
teris iuribus ep̄alibus,& alijs iuxta ea,quę habenſ.de elect.
querelā.de cōſti.cum dilectus.de cauſa poſ.cum eccleſia. &
19 de verb.ſigni.Abbate.Mixtæ verò † dicuntur,quæ à rebus,
ſeu in rebus debentur perſonis ſicut vſuſfructus,vſus,&habi
tatio,&c.de quibus.ff.de vſufruct.cum titulis ſequentibus,
vſq; ad titulum de ſeruitutibus.Sciendum tamen eſt,ꝙ iſtæ
cōiter appellantur ſimpliciter perſonales,& credo quòd be
ne.tum quia illę quas.ſ.merè perſonales appellaui,propriè
loquēdo,nō ſunt ſeruitutes,vt ibi dixi.Tū qa,iſtę pſonis de-
bēt,& cū pſonis limitanſ:vt inſti.de vſufruct.§ finiſ.Tū qa,
per hoc patet planior differētia inter perſonales,& reales.fa
cit.ff.de pericu.& commodo rei venditæ.l.quòd ſi penden-
te.§ ſi.Sic reperio ſeruitutem perſonalem in beneficijs eccle
ſiaſticis,& patet exemplū.j.de præben.c.niſi eſſent . ¶ Tres
20 autem dicuntur† ſpecies mixtarum,ſeu perſonalium ſerui-
tutum.Prima pleniſsima,quę dicit vſuſfructus,& ideò ple
niſsima:quia ad vſumfructuarium omnia pertinent . ff.de
vſufruct.l.j.&.l.vſufruct.legato.Secunda minùs plena , quæ
dicitur vſus.Tertiò verò adhuc minùs plena , quæ dicitur
habitatio,de quibus.ff.de vſu,& habitatione.per totū.Dif-
fert autem habitatio ab vſufructu,quia vſuſfructus capitis
diminutione perditur.ff.quibus modis vſuſfructus amit.l.
prima.& tamen habitatio capitis diminutione non perdiſ.
ff.de vſufruct.& habitatio.l.ſi habitatio.circa principium.
Item differt habitatio ab vſu,nam vſus importat quantùm
eſt neceſſarium,habitatio verò ſolam habitationem . Item
quia habitatio locari poteſt,ſed non vſus.C.de vſufruct.l.cū
antiquitas.&.ff.de vſu,& habitatione.l.iiij . Vſus autem ab
vſufructu differt:quia vſuſfructuarius recipit omnes fruct⁹:
vſuarius verò ſolùm quantum ad vſum ſuum neceſſe eſt:
vt.ff.de vſu,& habitatione.l.prima.cum nouem legibus ſe-
quentibus.& quaſi per totum:quibus autem comparantur
prælati an vſuſfructuarijs,vel vſuarijs,tangūt Archid.de re-
ſcript.ſtatutum.§.acceſſorem.& ipſe,& Io.And.& Cardina-
lis Pariſieñ.de offi.ord.præſenti.& Gar.Io.monachi,& No-
uella.de rebus eccle.non alie.c.ij.eo.libro.& Hoſti.& Henr.
j.de pecu.cleri.c.ſi.& Hoſt.de pręben.c.de multa.§.is quoq;.
Et Henric⁹ infra de fideiuſ.peruenit.ſcripſi plenè.de excep.
cū venerabilis.vbi omnino videas,in ſexto notabili,& pri-
ma oppoſitione,& duodecim primis quæſtionibus.Quartā
autem ſpeciem ſeruitutum perſonalium,ponūt quidam in
miſterium ſeruorum,de qua.ff.de op.ſeruo.per totū.de qua
tamen dubitant alij,an ſit realis,vel perſonalis,& dicūt qui-
21 dam,ꝙ realis eſt,quia† perſonalis non tranſmittitur in hæ-
redem:vt prædicta.l.cum antiquitas.& tamen legatū operę
tranſmittitur in hæredem:vt prædicta.l.cum antiquitas.&
ff.de vſufru.legato.l.ſecunda.Alij dicunt,quòd eſt perſona-
lis:quia ſeruitutes reales ſunt perpetuæ.ff.de cenſi.l.forma.
& tamen iſta morte expirat:vt.ff.vſuſfructu quemad.caue.
l.quemadmodum.idem eſt.Sed caue,quia aliter intelligit il-
lam.l.Accur.ff.de ope.ſeruorum.l.ij.Sed ſaltem extinguitur
iſta ſeruitus,morte ſerui.arg.ff.de vſufruct.l.ij.Petrus de bel-
la pertica,dicit,ꝙ ſi tenenda eſt aliqua opinionū prædicta-
rum,tutius eſt tenere,quòd ſit ſeruitus realis,dicit tamen,ꝙ
legare operam ſerui,non eſt conſtituere ſeruitutem.quia in
libero homine legari poteſt.ff.de vſufruct.legato.l.iij.&.ff.
de ope.ſeruorum.l.j.Quamquā autem nō ſint plures ſeruitu
tes nominatę,tn̄ plures aliæ poſſunt cōſtitui,vt ꝙ liceat mi
hi in fundo tuo percipere tantum frumentum , vel in viri-
dario tuo poma.ff.de ſerui.l.vt pomū.&.l.ſi quis binas.Iſtas
enim leges,ſeruitutes appellat.ff.de ali.lega.l.mela.in fi. Sed
cōtra de lege : vt pomū.in princ.vbi dicitur,ꝙ vt pomū de-
cerpere liceat,vel vt ſpaciari,vel cœnare in alieno poſſum⁹,
ſeruitus imponi non poteſt:quia illa de reali,& non de per-
ſonali loquitur,quæ proſequere latiùs,vt not . per Cy.C.de
vſufruct.ſuper rubrica.vbi no.quia vtilitas iſtud ſcire,vide-
22 licet quia† ſi non eſſet ſeruitus,non niſi contra obligatum
agi poſſet.& ſi ſeruitus eſt,agitur confeſſoria contra quen-
cūq; impedientem.Ibi tamen ſunt opiniones contrariæ , vt
notatur.in.l.& quis binas.& in.l.vt pomum.& ſuper rubri-
ca.allegatis.

¶SECVNDO quæritur qualis poſſeſsio cadit in ſer
uitutibus?& dico,ꝙ vera,& propria poſſeſsio non cadit in

illis, quia ſunt incorporales, & tales propriè poſsideri non poſſunt. ff. de acquir. re. do. l. ſi ſeruus §. incorporales. argu. ff. de viucap. l. ſequitur §. ſi viam. Sed dico, quòd cadit ibi quaſi poſſeſsio, ex qua dantur interdicta poſſeſſoria, vt. ff. de ſerui. l. quoties. & ff. de itinere actuq; priuato per totum: nec mirum, quia cadit ibi quaſi poſſeſsio, ex qua dantur interdicta poſſeſſoria: vt. ff. de ſerui. l. quoties. & ff. de itinere actuq; priuato. per totum. Nec mirum, quia cadit ibi ius reale formatum, ex quo cauſantur actiones in rem, quę confeſſoria, & negatoria appellantur: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. loci corpus §. in confeſſoria. de quibus plenè ſcripſi. ſ. de iudi. c. examinata. quę ad complementum huius tractatus hic iungere habes. & ſic in illis cadit verum petitorium. non mirum ergo, ſi ei correſpondeat quaſi poſſeſſorium, quia iſta correlatiua ſunt ſecundum Pe. de Bellapertica. quod proſequere latiùs: vt notatur per Cy. C. de ſerui. l. ij. in. j. q.

¶ TERTIO quęritur per quem modum acquiritur poſſeſsio affirmatiuę ſeruitutis? Petrus de bellapertica diſtinguit inter ſeruitutes affirmatiuas, quę inchoantur per modum debiti, & ſeruitutes affirmatiuas, quæ inchoantur, per 23 modũ facultatis: & dicit quòd † ſeruitutes affirmatiuæ, quæ inchoantur per modum debiti, vt ſeruitus ductus aquæ per fundum vicini, quod non licet, niſi iure debiti habeatur, acquiruntur ex ſolo vſu, dummodo quis, ſciẽte aduerſario, iure ſeruitutis vtatur. vt. ff. de itinere actuq; priuato; l. j. §. Iulianus. & l. fi. & C. de ſerui. l. ij. Sic intelligũtur, quę ſcripſi. ſ. e. c. in ſecunda oppoſitione. verſu. Sed quando incipit curre 24 re, & ſufficit tunc vnicus actus, quia † vnicus actus ſufficit ad poſſeſsionem acquirendam: vt notat Inno. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. & hęc etiam tenent Ia. Pe. & Io. nicoti. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. in magna. allegant. ff. de viuſfruct. l. iiij. ff. de acquir. poſ. l. iij. & pe. l. quos. & ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. qd aũt. Nec obſtat qd dicit de. xxx. diebus. ff de itinere, actúq; priuato l. j. §. j. quia illud quoad hoc, vt inter dictum illud cõpetat, vt not. Io. fabri. C. de ſerui. l. j. Sed in his, quę inchoant per modum facultatis, ſicut ire per agrum tuum, te non ꝓhibente mihi fas eſt, ſeu facultas: certè tunc ad hoc ꝙ acquiram contra te poſſeſsionem huius ſeruituris, neceſſe eſt ſecundum Petrum, ꝙ iuerim xxx. diebus. vt. ff. de itine. actuq; priuato. l. prima §. j. Sed alij dicunt, quòd imò requiritur tũc ſcia aduerſarij, & ꝓhibitio, per ea, quę ſcripſi in pręd icto. c. cũ eccl̃ia. circa v. oppoſitionẽ. Sed ſequẽdo opinionẽ Petri, põt dici, quòd re uera quoad hoc duo ſunt neceſſaria. Primum eſt, quòd volens ſeruitutis poſſeſsionẽ acquirere vta 25 tur ea aduerſario ſciente, & patiente, qa † patiẽtia, & ſcientia pro traditione habẽtur: vt pręd icta. l. quoties. Secundum eſt, quòd intendat vti iure ſuo, & qd aduerſarius illud ſciat, videlicet ꝙ ille intendat vti iure ſuo: vt. ff. quemadmodum ſerui. amit. l. vltima. Duobus autem modis, de hoc, videlicet ꝙ ſciente aduerſario, intendit vti iure ſuo, conſtare poteſt, primus modus eſt expreſſus, ſi proteſtetur ſciente, tacente, & patiente, ſeu non contradicẽte aduerſario, quòd ipſe vti 26 tur, & vti intendit iure ſuo: proteſtatio † enim declarat ꝓpriam voluntatem: vt. ff. nautę, caupones, ſtabularij. l. vltima §. item ſi pręd ixerint. Et ſic intelligitur quod ſcripſi ſupra poſt Io. fabri. quòd ſufficit vnus actus, ad acquirendum mihi poſſeſsionem ſeruitutis itineris in agro proximi, licet ire per illum, aliàs facultatis ſit: vt. C. de ſeruitu. l. per agrum. Secundus modus eſt præſumptus, vt ſi dño ſciente, & patiẽte, ſeu non contradicente iuerit, nec tñ dixerit, vel ꝓteſtatꝰ fuerit, ꝙ iuerit iure ſuo, ſeu ex debito ratione ſeruitutis, & tunc ad hoc non ſufficit, quòd ſemel iuerit: quia ex hoc non pręſumeret, ꝙ iuiſſet dño ſciente, & patiente iure ſuo, ſed requiritur, ꝙ ſaltem iuerit. xxx. vicibus. in. xxx. diebus, ſciente, & patiente dño, & hoc ſufficit, quia pręſumitur ꝙ non iuiſſet tot vicibus, & diebus, nec etiam, quòd dñs hoc ſciẽs toties id fieri abſq; contradictione permiſiſſet, niſi & ille ire iure ſuo, & alter pati hoc videlicet, ꝙ ille iret iure ſuo vo 27 luiſſet, quia † ex multiplicatione actuum, voluntas hominis certiùs ꝓſumitur. C. ad vellcian. auth. ſi. ſiue à me. C. de preſ. l. ſi certis annis. & ff. de vſur. l. cũ de in rem verſo. & in hoc ſaluatur opinio Petri. Fateor tamen, ꝙ planior eſſet modus expreſſus, ſi domino fundi contradicente expreſſè, ego pręt endens me poſſe ire, ex iure meo iuiſſem, contradictione non obſtãte. In hoc enim apparet, quòd volui ire iure meo: quia dño prohibente, ſimplex eundi facultas locum non habet: prima diſtinctione, omnes leges cum ibi notatis. in gloſ. prima. æquum. & pręd icta. l. per agrum. cum ibi notatis. in. j. gl. Item eo quòd me non repellit, vel quia nõ potes, vel quia ſuſpicaris te non poſſe poſſeſsioni meę videris acquieſcere: vt. ff. de acqui. poſſ. l. ſi id quod §. fi. allegato. & in hoc ſaluat opinio aliorum, qui contradictionem requirunt, & idẽ etiã dico in omni caſu, in quo de volũtate, & patiẽtia prædictis conſtare aliâs tacitè, vel expreſſe ex identitate rationis. ff. ad l. aquil. l. illud.

28 QVARTO quæritur † per quem modum acquiritur poſſeſsio ſeruitutis negatiuæ: vt ſeruitus altius non tollẽdi, aut luminibus non officiendi. nunquid eo ipſo, quòd altius non tollis domum tuam ſupra domum meam, vel quòd luminibus domus meę non officis, acquiro cõtra te poſſeſsionem huius ſeruitutis negatiuè altius non tollendi, ſeu luminibus meis non officiendi. Dicunt quidam, quòd non: ſed eſt vltra neceſſaria prohibitio, ſeu denunciatio, & tunc cum ſemel prohibui, ſeu denunciaui tibi ne hoc faceres, extunc videor poſſidere: vt notat gloſſa. C. de ſeruit. l. prima. Ratio, quia denuntiatio, ſeu prohibitio, facit aliquem poſsidere, qui aliâs non poſſideret: vt. ff. de viucap. l. ſi is qui ꝓ emptore §. ſi ſeruus. & ff. quorum legatorum. l. prima §. quęſitum. Alij dicunt, quòd imò tunc acquiro poſſeſsionem talis ſeruitutis, cum per. xxx. annos domus tua fuit depreſſa, iuxta domum meam, vel feneſtras meas temino per idem tempus altiores domo tua, & apertas. Alij verò contentantur de xxx. diebus, per pręd ictam. l. primam. ff. de itinere actuq; priuato. Pe. verò de bellapertica dicit, quòd poſſeſsio talis ſeruitutis negatiuę non acquiritur niſi volens vti libertate, vt puta altius tollende, ſeu luminibus officiẽdi prohibitus fuerit, ne vtatur, & per illam prohibitionem ab vſu libertatis deſiſtat, & prohibitioni obtemperauerit: tunc enim aduerſarius incipit poſsidere talem ſeruitutem negatiuam, in re, vel ædificio illius & præſcribere: vt. C. de ſerui. l. prima. & ff. quẽadmodum ſerui. amit. l. fi. Et eſt ratio, quia ad hoc neceſſarium eſt factum poſſeſsionem acquirentis, vel præſcribentis: modò ex hoc ſolo, quòd domum tuam habes depreſſam iuxta domum meam, nullum factum ex parte mea propter hoc interuenit. Et ideò requiretur, quòd ſemel te prohibuerim ab vſu libertatis, vt ſic factum meum interueniat, vt ſcripſit Cy. poſt Pe. C. de ſerui. l. j. in ſexta quæſtione. vbi per hoc plures decidit quæſtiones Io. fabri in pręd icta. l. j. C. de ſerui. circa hoc diſtinguit inter ruſticas ſeruitutes, & vrbanas, dicens, quòd dicta Petri ſupra proxima habent locum in ſeruitutibus negatiuis, & vrbanis, in quibus requirit prohibitio facta iure ſeruitutis, aliâs curſus cuiuſcunq; temporis nõ ſufficeret: vt no. ff. de ſerui. vr. pręd. l. qui luminibus. & in Spe. de cauſa ꝓprie. §. in cõfeſſoria. ver. ſed pone. Sed in ruſticis, dicit ſecus: qa ſi fuiſſet fouea in fundo tuo, meã aquã recipiẽs tãto tpe, ꝙ nõ extaret memoria, & tu velles mõ claudere nõ poſſes: vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. & l. ij. §. j. & C. de ſerui. l. ſi manifeſtè. ar. ff. de ſerui. vr. ꝑd. l. hæc aũt iura. ¶ Aduerte qa hoc dictũ vltimũ non videt directè reſpicere acquiſitionem poſſeſsionis, nec etiam inductionẽ viucapionis, aut longeuæ, vel quadragenariæ, præſcriptionis: ſed ſolùm illius præſcriptionis impropriæ quæ pro conſtituta habet: videlicet temporis cuius initij memoria hominum nõ exiſtit: de qua. ff. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure §. ductus aquæ. quæ nec titulum, nec bonã fidẽ, nec poſſeſsiunẽ, nec quaſi poſſeſſionẽ requirit: ſed ſolũ exigit, ꝙ res in tali ſtatu fuerit, à tanto tẽpore, & per tantum tempus, ꝙ de cõtrario hominũ memoria non exiſtit: vt. j. de verb. ſig. c. quid per nuuale. & c. ve

niens. &

niens.&.§.hoc tit.c.ſi Epiſ.li.vj.&.ff.de aqua plu.ar.l.j.&.ij.
& prędicto.§.ductus aquæ. Quæ oia revera hoc.iij.legũtur,
& intelliguntur. Nec mirum, quia licet vſucapio,& longeua
præſcriptio.x.vel.xx.annorũ,per quas acquiruntur rerum do
minia.C.de pactis.l.traditionibus.&. ff.de vſucap.l.tertia.
ſine poſſeſsione procedant:vt prædicta.l.tertia.& infra de
reg.iur.c.ſine poſſeſsione.li.vj.tñ pręſcriptio longiſsimi tẽ-
poris,per quã ſola exceptio cõtra actionẽ acquiratur iuxta no.
Cy.C.de bonis maternis.authẽti.niſi triceñalis.ſine poſ-
ſeſsione procedit. Debitor eñ qui hoc modo actioni præ-
ſcribit,& per præſcriptionẽ exceptionem acquirit,ipſa pręſ
criptione durante,nec actionẽ,nec exceptionẽ dicitur poſsi-
dere. Et ideò ratio ſine poſſeſsiõe alle.in locis locũ nõ habet,
prout ſcripſit Bar.& bene.ff.de ſerui.vr.pręd.l.hęc aũt iura.
Preterea ratio Pe.quæ habet,ꝙ in acquirenda quaſi poſſeſ-
ſione ſeruitutis,factũ acquirentis eſt neceſſarium,iuridica
29 eſt,quia quaſi poſſeſsio † ad inſtar,& ſimilitudinem verę,&
ꝓpriæ poſſeſsionis eſt accipiẽda:vt.ff.de vſufr.earum rerũ,
quę vſu conſumuntur.l.ij.in fi.&.ff.de publi.l.j.&.ff.ſo.ma.l.ſi
cum dotẽ.in fine.Ex quo infertur,ꝙ quaſi poſſeſsio incorpo
ralium ad ſimilitudinẽ verę poſſeſsionis incorporalium,eſt
accipienda:modò in acquiſitione verę poſſeſsionis rei cor-
poralis,factum acquirentis eſt neceſſarium:vt.ff.de acqui.
poſ.l.iij.&.l.quẽadmodũ.Igitur,& in acquiſitione quaſi poſ
ſeſsionis incorporaliũ.idem erit.arg.prædictę.l.quoties.mo
dò iſta ratio Pet.omnibus ſeruitutibus vrbanis,& ruſticis,
& etiã omnib⁹ incorporalibus,quę quaſi poſsideri poſſunt,
cõmunis eſt.& facit,qa in incorporalibus,in quibus nõ põt
cadere tale factum,nec põt etiam cadere quaſi poſſeſsio,ſi-
cut patet in nominibus,vt patet in eo qd leg & not.ff.quo-
rũ bonorũ.l.vltima.nec obſtat.l.etiã vltima.ff.de peti. hære-
ditatis.per id qd no.e.ti.l.regulariter.in gl.ij.cuius proſecu-
tionẽ dimitto legẽtiũ cauſa breuitatis. Caue tñ,quia dictum
Io.Fabri,non omninò effectu caret. Pro quo ſciendũ,ꝙ ali-
30 qua † ſunt negationẽ,ſeu priuationẽ denotantia,in quibus
ille contra quẽ de pręſcriptione quęritur,nec de patientia,
nec de negligentia notari poteſt:& hîc rectè habet locũ ſim
plicẽ dictũ Pet.etiã in materia præſcriptionis:vt videlicet
cõtra talẽ,nec poſſeſsio acquiratur,nec pręſcriptio inducatur.
Patet exẽplũ in vicino meo,qui tenuit domũ ſuã depreſſam
iuxta domũ meã quantocũq; tempore voluerit. nec mihi
acquiritur poſſeſsio ſeruitutis,alterius non tollẽdi:nec etiã
illã pręſcribo tẽpore quantumcũq; longo,quia ex hoc ꝙ vi-
cinus meus tenet domũ ſuã depreſſam,ipſe nec de patiẽtia,
nec de neglıgẽtia notari põt. Aliqua verò ſunt,in quib⁹ ille
cõtra quẽ de pręſcriptione quęritur,põt notari de negligẽtia
tali,ꝓpter quã ſolũ lex poſitiua pæſcriptionẽ inducit:vt pu-
ta creditor,qui per.xxx.vel.xl.annos exigere debitum negle
xit:talẽ eñ lex in poenã ſuę negligentiæ ab actionis proſecu
tione per exceptionẽ pręſcriptionis excludit,qa hîc ſola ne-
gligẽtia ex legis authoritate,loco poſſeſsiõis habetur.vt. C.de
pſcr.xxx.an.l.ſicut.&.l.oẽs. Aliqua verò ſunt in qb⁹ talis põt
notari de patiẽtia lõga magnę negligẽtię admixta ſicut vici-
nus meus,qui longiſsimo tpe in fundo ſuo recoepit aquã de
fundo meo ꝓgredientem in foueã fundi ſui,qui ab initio po-
terat illã repellere,talis eñ patiẽtia tal. negligẽtiæ admixta,
illius cõtra quẽ ſic præſcribo,quoad me.ex.l.authoritate.lo-
co poſſeſsionis habetur,& ſic procedit dictũ Io.Fabri.& iu-
ra.ſ.per eũ alleg.ſed nec ob hoc in aliquo ipſorũ caſuũ eſt
vera poſſeſsio,ſeu quaſi poſſeſsio ſeruitutis ꝓpriè loquen-
do:licet qñq; ꝓ poſſeſsione habeatur. Iſte aũt punctus ſubtilis
eſt,& vellem ꝙ per præſcribẽtes eſſet melius declaratus.
31 ¶ QVINTO quęritur qualiter ille, qui † affirmatiuã ſerui-
tutẽ,vt puta vię,itineris,vel actus,aut ſtillicidij recipiẽdi,&
huiuſmodi alteri debet,poteſt quaſi poſſeſsionem libertatis
negatiuè ſibi acquirere. Aliq voluerũt diſtinguere,& diſtin
guit lex.ff.de ſerui.vrb.pdi.l.hæc aũt iura.& ꝓut ſcripſi poſt
Inn.ſ.e.c.in.ij.oppo.ver.ſecundò quęres. Sed certè illa diſtin
ctio nõ modũ quęrẽdę poſſeſsionis inducit,ſed modũ indu
cendę pręſcriptionis declarat:& ideò aliter circa hoc,ſic di-
ſtinguo:quia aut quæritur de vera quaſi poſſeſsione,& tũc di-
co,ꝙ illa non cadit,nec cadere poteſt in ſtatu huiuſmodi li-
bertatis,cõtra talẽ ſeruitutẽ:quia illa non eſt niſi quędã pri
uatio,quæ nõ ponit aliquid affirmatiuum in eſſe,cui poſsit
quaſi poſſeſsio adhęrere.& tñ ſicut poſſeſsio propria, ale
quid requirit corporale.ff.de acquir.poſ.l.j.in princ.&.l.iij.
in prin.ſic ad inſtar illius quaſi poſſeſsio rei incorporalis re
quirit aliquã rem poſitiuã incorporalẽ,cui cẽſeatur talis qua-
32 ſi poſſeſsio adhærere. Aut quęritur de impropria † quaſi poſ-
ſeſsione,quę pro vera quaſi poſſeſsione,ſeu loco veræ quaſi
poſſeſsionis habeatur. Et tunc dico,ꝙ illa põt in his inter-
uenire,ſed ꝙ neceſſariò requiritur,quòd interueniat aliqd fa-
ctũ,per qd appareat expreſſè,vel tacite,verè,vel pſumptè,ꝙ
ideò ceſſauit facere,dare,vel ſoluere,quia voluit per hoc ſe
eripere à iugo huiuſmodi ſeruitutis in alio, cuius erat hæc
ſeruitus hoc ſciente,& patiente,& nõ contradicẽte,vel ſer-
uitute vti attentante. Finaliter tñ repulſo,aut metu repul-
ſionis acquieſcẽte,tunc eñ tale factum,aut quoduis aliud
ad hoc aptum dat intelligere,ꝙ ideò ceſſauit,quia voluit ſe
exigere in libertatẽ. Iſte eñ eſt modus acquirendi talẽ quaſi
poſſeſsionem libertatis.ff.de vſuc.ꝓ.l.ſi is qui.§.ſi ſeruus. &
quarũ lega.l.j.§ quęſitum. Et faciũt optimè,quæ ſcripſi in
prędicto.c.bonę.in.vj.q.& in pluribus quęſtionibus pręce-
dentibus. Et faciũt quę ſcripſi poſt Petrũ,& aliâs per me de
ſeruitutibus negatiuis,in quæſtiõe proximè pręcedẽti.quia
eadem videtur ratio hîc:nec apparet aliqua etiam rationis
diuerſitas inter caſus,& per conſequẽs idẽ ius vtrobiq; eſſe
debet.arg.ff.de ver. oblig.l.à Titio.in fine.
¶ SEXTO quæritur qualiter ille,qui debet alteri ſeruitu
tẽ negatiuam,puta,altius non tollendi,vel illius luminibus
non officiẽdi poſsit aduerſus ſeruitutem negatiuã,huiuſmo
di quaſi poſſeſsionẽ libertatis affirmatiuę,puta altiùs tollen
di acquirere? Ad qd rñdeo,ꝙ ex parte debẽtis ſeruitutẽ vo-
lentis quaſi poſſeſsionẽ huiuſmodi libertatis acquirere ne-
ceſſarium eſt,ꝙ interueniat aliqd factũ corporalẽ apprehẽ
ſionem huiuſmodi,vel quaſi repręſentans:ad inſtar poſſeſsio
nis rerũ incorporaliũ,per qd factũ altiùs tollat,vel lumini-
bus officiat:quia ſi hoc habet locum in negatiuis tam ſerui-
tutibus,quã libertatibus,ſi pro quia:vt patet in duabus quę-
ſtionibus.ſ.proximis fortiori ratione in affirmatiuis,tam
ſeruitutibus.quã libertatibus locũ habet:& patet illud argu
mentũ,quia cũ agens requirat materiã bene diſpoſitã,quã-
33 tò † materia eſt magis diſpoſita,tantò operatio facilior, &
magis exactè per cõſequẽs requirẽda.modò ita eſt,ꝙ poſſeſ-
ſio de natura ſua requirit appręhẽſionẽ rei.ff.de acquir.poſ.
l.j.&.l.iij.&.l.quẽadmodũ.videlicet appręhenſionẽ rei cor-
poralis incorporalibus ex iuribus.ſ.ꝓximè allega.& vſum
rei incorporalis cum patiẽtia aduerſarij in incorporalibus:
vt.l.quoties.alleg. Modò vbi ſubeſt aliqd ius poſitiuũ,& af-
firmatiuum,aliquid affirmatiuè,& poſitiuè faciẽdi,ibi põt
cadere talis vſus,cũ patiẽtia aduerſarij. Igitur tũc eſt neceſſa
rius talis vſus cũ patiẽtia aduerſarij,quia lex prędictũ vſum
cũ patiẽtia aduerſarij,in caſibus in quibus interuenire põt,
habetur pro traditione,ſeu appręhenſione corporali, quæ in
appręhẽſione poſſeſsionis eſt neceſſaria:vt pdicta.l.quoties.
modò generaliter ita eſt in omnibus affirmatiuis,ſiue de li-
bertatibus,ſiue de ſeruitutibus fiat ſermo. In negatiuis aũt,
nõ ſic:quia ibi nõ eſt reperire aliqd affirmatiuũ,ſiue poſiti-
uum,in quo poſsit cadere talis vſus. Et ideò neceſſe eſt, ibi
aliqd aliud indirectũ factum interuenire loco huius vſus,vt
puta cõtradictionẽ,& impedimentũ huius cõtrarij,cui ob-
tẽperatum fuerit per aduerſariũ:vt dixi in quęſtione ꝓximè
pręcedenti. Nec obſtat lex hæc autem iura.in quantũ loquitur
de ſeruitutibus ruſticis:quia non loquitur de modo poſſeſsio
nis:ſed de modo ſeruitutis,per non vſum admittendæ.
34 ¶ SEPTIMO quæritur qualiter poſſeſsio ſeruitutis , vel
libertatis amittitur? Rñdetur ꝙ per eundẽ modum amittitur
poſſeſsio ſeruitutis ꝑ quã acquiritur poſſeſsio libertatis : & ꝙ

per illũ modũ amittitur poſſeſsio libertatis, per quã acqui-
ritur poſſeſsio ſeruitutis: quia cum iſta ſunt contraria, vide-
licet ſeruitus, & libertas, & poſſeſsio ſeruitutis, & poſſeſsio
libertatis poſitio vnius eſt remotio alterius. xxxij. q. j. cũ re-
nunciatur. Qui aũt ſint modi per quos acquirit̃ poſſeſsio
ſeruitutis, aut libertatis, ſcripſi in. iiij. quæſtionibus ꝓximè
præcedentibus. Ex quibus patetq́; in amiſsione poſſeſsio-
nis huiuſmodi, ſicut in acquiſitione factum requirit̃: & hoc
optimè probat qđ ſcripſi. ſ. de elect. querelã. in. ij. q. vbi etiã
omninò videas ea. quæ ſcripſi ibi poſt Inno. in. xvj. quæſtio-
nibus, quas ibi formaui.

35 ¶ OCTAVO quærit̃ † quæ alia vltra præmiſſa ſint ne-
ceſſaria in acquiſitione poſſeſsionis ſeruitutis, & hîc dico
in ſumma, ꝙ in huiuſmodi quaſi poſſeſsionis acquiſitione,
tria principaliter requirunt̃. Primũ eſt vſus, vt ꝓdicta. l. quo-
ties. ff. de ſeruitu. in gñali. vel aliquod factũ qualecunq́;, quod
habeatur loco huius vſus, quoad ſeruitutes, & libertates ne-
gatiuas, eo modo quo ſcripſi in. q. ꝓximè præcedẽti, & aliis
quinq;. q. ibi præcedentibus. Secundũ eſt, qualitas ipſius vſus
ſeu quaſi vſus, hoc eſt, ꝙ eo animo vſus fuerit, tanquã credẽs
vti iure ſuo. ff. quẽadmodũ ſerui. amit. l. ſi. §. ff. de iti. actuq;
priua. l. ſi. nõ tñ eſt neceſſe, ꝙ credat ſe habere ius: puta ſerui
tutem: cũ prædo illã ſibi acquirat. ĩ. de reſtitu. ſpo. in literis.
quia ſufficit ꝙ intendat vti iure ſuo: & ex debito, & non ex
gratia: licet ſciat fortè ſe ius nõ habere: licet ſecus in præſcri-
ptione: vt. ĩ. de reg. iur. c. poſſeſſor. li. vj. Tertiò requirit̃ ſciẽ-
tia illius, cui per hoc præiudicatur: vt præalleg. l. quoties. licet
ſecus in corporalibus. quæ etiã inter abſentes: licet lõgiori tẽ-
pore præſcribant̃. C. de præſcrip. lõgi temp. l. ſi. vt no. Bar. in
ꝓdicta. l. quoties, itẽ requirit̃ etiã illius patiẽtia. i. ꝙ nõ cõtra-
dicat effectualiter: hoc eſt, ꝙ nõ contradicat, vel ſi contradi
cat à contradictione deſiſtat: nec vtentẽ ab vſu repellat. vel
quia non põt. vel ſuſpicat̃ ſe nõ poſſe. ff. de acquir. poſſ. l. vlti.
§. ſi id qđ. vt ſcripſi de poſtu. pla. c. bonæ. ij. in. iiij. primis qõ.
quis autem dicatur ille, cui per hoc præiudicatur, & quis ha
bet probare patientiam, & ſcientiam: ibi etiã ſcripſi in. v. q.
& tribus ſequẽtibus. Et addere etiã potes, in. ix. q. & xj. quæ-
ſtionibus ſequentibus. Vnde ſi vis de hac materia plenũ tra
ctatum cõponere, iũge, ſi vis, quæ ſcripſi in. c. iſto. & in. c. bo
næ. & in. c. querelam & c. examinata. alleg. & quæ oo. per ſcri
bentes. C. de pact. l. ſi certis annis. & ff. de vſuris. l. cum de ſu
rem verſo.

36 ¶ NONO quæritur, qñ † quis incipit præſcribere ſerui-
tutem? Et hîc diſtinguere potes, quia aut quæritur de præ-
ſcriptione certi temporis. x. vel. xx. vel. xxx. aut. xl. annorum,
aut quærit̃ de præſcriptione tanti temporis, ꝙ de contrario
hominum memoria nõ exiſtat. In primo caſu ſubdiſtingue
inter ſeruitutes affirmatiuas, & negatiuas. In affirmatiuis
aũt antequàm incipiunt præſcribi, dũ nõ vi, non clam, non
precario, quis incipit vti tali iure ſciente illo, cui per hoc ſit
præiudicium, & tacente, ac non contradicente: per id quod
ſcripſi poſt Inno. ſ. e. c. in oppoſitione. ij. ver. ſed qñ. Ex quo
patet, ꝙ antequàm quis ſeruitutẽ huiuſmodi incipit poſſi-
dere, non incipit etiam præſcribere, quia per modum prædi
ctũ, quis incipit eam poſsidere: vt patet ex præcedentibus.
Itẽ etiam ſequit̃ ex hoc, ꝙ non ſemper cum incipit poſſide
re, incipit præſcribere, quia quis ex violenta poſſeſsione nõ
incipit præſcribere, quãuis ex illa incipiat poſſidere. In ne-
37 gatiuis † autem ſeruitutibus, qualiter in illis præſcriptio in-
choetur. dico idẽ in effectu, qđ in affirmatiuis: licet per aliũ
modũ. dico eñi, ꝙ ſicut in affirmatiuis, vt inchoet̃ talis præ-
ſcriptio, neceſſarius eſt vſus per quẽ inchoetur quaſi poſſeſ
ſio, ex qua incipiat ipſa præſcriptio. Sic pari modo in nega-
tiuis, vt puta, altius nõ tollẽdi, & luminibus nõ officiẽdi, re-
quiritur aliquod factum ex parte ipſius præſcribẽtis: in quo
repræſentet̃ quaſi poſſeſsio ipſius facientis, à qua quaſi poſſeſ
ſiõe, licet ficta, ſeu impropria incipit currere talis p̃ſcriptio.
Et ſic intelligunt̃ not. Cy. C. de ſerui. l. j. in. vj. qõ. Et eſt ratio
huius, quia cũ modum acquirendi habeat poſſeſsionẽ ſerui-
tutis tradat nobis. l. quoties. alleg. videlicet vſum, & patien-
tia, & gñalia iuris principia in p̃ſcriptionib⁹ ſeruitutũ, ſicut
& rerũ corporaliũ poſſeſsiones, ſeu quaſi poſſeſsiones requi
rãt, & in huiuſmodi ſeruitutũ negatiuarũ quaſi poſſeſsione
quæ reoda, neceſſarium ſit factum acquirentis, cũ patientia
aduerſarij. Illudq́; factum cũ huiuſmodi patiẽtia habeatur
loco vſus: & pro quaſi poſſeſsione huiuſmodi ſeruitutis: vt
ſcripſi in. iij. q. viribus oportet dicere, ꝙ ad inſtar aliarum
ſeruitutum affirmatiuarum, etiam in iſtis negatiuis ab iſta
tali quaſi in ꝓpria poſſeſsione vera, vel ficta, debet incipere
eius præſcriptio: quia res introducta in locum, & ad ſimili-
tudinem alterius debet ſortiri naturam illius. ff. ſi quis cau-
tionibus. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & inſtitu. de act. §. fuerat.
In ſecũdo verò caſu, videlicet cũ agitur de præſcriptione tã
ti temporis, ꝙ de contrario hominũ memoria non exiſtat:
dico, ꝙ hîc nõ poteſt dari determinatio qñ incipiat, quia il-
lud conſiſtit in facto, quod memoriam excedit hominũ. &
ideò de illius principio conſtare non poteſt. Si enim conſta
re poſſet de principio, iam poſſet conſtare de cõtrario, & ẽt
38 oppoſitum in obiecto. Dico tñ, ꝙ teſtes † per quos probat̃
talis præſcriptio debent deponere de poſſeſsione ſui tempo
ris, & de communi fama præteriti temporis affirmatiue: &
negatiue: de re reliquo videlicet, ꝙ nõ viderunt, nec audiue
runt dici contrarium: prout declarabo latius in. c. ſi Epm. ĩ.
e. li. vj. Ex quo ſequitur, quòd oportet, ꝙ deponãt de aliquo
vſu præſcribentis cum patientia aduerſarij, in quo conſiſtat
vera quaſi poſſeſsio in affirmatiuis, aut de aliquo alio facto
præſcribentis cum ſimili patientia aduerſarij: in quo repræ
ſentetur huiuſmodi quaſi poſſeſsio in negatiuis: nam aliâs
de quaſi poſſeſsione vera, vel ficta, non deponerent: nec aliâs
de ea cõſtare poſſet, & tamen niſi cõſtaret de quaſi poſſeſsio
ne huiuſmodi talis præſcriptio nõ haberet̃ pro probata: nã
aliâs quantocunq́; tẽpore vicinus haberet domum depreſ-
ſam, nõ eſſet mihi acquiſita ſeruitus, ꝙ ſibi nõ liceret altius
ædificare, aut luminibus meis non officere: vt notatur per
Accur. ff. de ſerui. vr. prædi. l. qui luminib⁹. in fine. j. gl. & per
Cy. poſt Pet. C. de ſerui. l. j. in. vj. q. Et adde quæ dicam infra
ad finem vndecimæ quæſtionis.

39 ¶ DECIMO quærit̃ qñ incipit † currere præſcriptio per
quã inducit̃ amiſsio ſeruitutis, & acquiſitio libertatis? & hîc
diſtiguo inter illas, quæ p ſolũ nõ vſum amittũt̃, & alias, quæ
nõ amittunt̃ per ſolum non vſum: ſed requirunt quoad hoc,
vltra non vſum aliquod factum, in quo repræſentetur præ-
ſcriptio libertatis: & probatur hæc diſtinctio. ff. de ſeruitu.
vr. prædi. l. hæc autem iura. alleg. In primis verò ſeruituti-
bus, quæ per ſolum non vſum amittuntur lapſo tempore à
lege ſtatuto. ſi per totum illud tempus, ille cuius eſt ſeruitus
ea vti neglexerit, cenſetur tunc ſeruitus ipſa per p̃ſcriptio-
nem amiſſa, & libertas ipſa præſcripta: vt prædicta. l. hæc aũt
iura. Et ſic videtur incipere hæc præſcriptio, dum incipit il
lud tempus à lege determinatum, per quod ſeruituti præſcri
bitur, & libertas acquiritur: de quo. ĩ. dicetur. Ex quo infert̃,
ꝙ incipit hæc præſcriptio, etiam antequã ille, cuius eſt ſerui
tus, illius poſſeſsionem amittat, & antequàm illi ſeruituti
præſcribens libertati, contrariam poſſeſsionem acquirat: quia
& in amiſsione, & in acquiſitione poſſeſsionis huiuſmodi
requiritur factum ipſius acquirentis: vt patet ex his quæ ſcri
pſi. ſ. e. c. an tertia quæſtione. & in quatuor quæſtionibus ſe-
quentibus, & tamen ſupponitur, quòd in huiuſmodi præ-
ſcriptiõe, tale factum eſt neceſſarium, cum ſolus nõ vſus de
per ſe ad hoc ſufficiat: & ſic habes caſum, in quo ſine poſſeſ-
ſione præſcriptio locum habet: nec obſtat caſum ſine poſſeſ
ſione. de reg. iur. li. vj. ꝓ quo ſciendũ, ꝙ quædã ſunt p̃ſcriptio
nes, quæ cauſant̃ ex vſu, vel facto ipſius p̃ſcribentis, & in il-
lis requiritur poſſeſsio, vel quaſi poſſeſsio, aut ſaltẽ aliquod
aliud factum, quod loco poſſeſsionis, ſeu quaſi poſſeſsionis
habeatur: & ſic procedat prædicta regula ſine poſſeſsione.
40 ſupplendo ſicut ſtatim dixi. Aliæ † verò ſunt præſcriptio-
nes, quæ cauſantur ex ſola negligentia illius contra quẽ præ-
ſcribitur

ſcribitur

ſcribitur abſq; vſu,& facto ipſius preſcribentis,& in illis nō
eſt neceſſaria poſſeſsio,vel quaſi poſſeſsio pro eo q ibi defi-
ciunt omnia poſſeſsionis,& quaſi poſſeſsionis principia:&
ſic procedit lex ſicut.&.l.omnes.C.de preſcript.xxx.vel.xl.
anno.& ſic eſt re vera in ꝓpoſito,prout hec not.per Bar.in
predicta.l.hæc autem iura.¶ In alijs verò ſeruitutibus,quæ
non amittuntur ſolo vſu temporis lege diffiniti. Sed vltra
hoc requiritur factum aliquod ex parte preſcribentis,& ta-
les ſunt ſeruitutes vrbanæ:vt predicta.l.hec autem iura.di-
co,quòd à tempore quo interuenit tale factum,ipſum non
vſum cauſans,& concomitans,incipit currere talis præſcri-
ptio,& non ante:vt probatur in predicta.l.hec autem iura.
Et eſt ratio,quia cū tale factum,vſum,& quaſi poſſeſsionē li
bertatis huiuſmodi repreſentet,& preſcriptionē ipſam cau
41 ſet,ab illo debet poſſeſsio inchoari,quia † preſcriptio que à
poſſeſsione cauſatur,à poſſeſsione inchoatur:ars enī imita-
tur naturam.inſti.de acti.§.minorem natu.& tamen in natu
ra effectus non poteſt præcedere ſuam cauſam. Sed primò
quæres,quæ ſunt illæ ſeruitutes,que ſolo vſu &c.Reſpōdeo,
quòd ruſticæ ſunt ille, que ſolo vſu temporis lege diffiniti
amittuntur,& vrbane ſunt ille,quæ vltra non vſum requi-
runt factum preſcribentis,per quod cenſeatur preſcribi li-
bertas:vt patet in p̄.dicta.l.hec autem iura.¶ Secundò quæ-
42 res,quæ † eſt ratio,diuerſitatis,quantum ad hoc inter ſerui-
tutes ruſticas,& vrbanas? Accur.in.l.hec aūt iura.reddit ra-
tionē,quia in vrbana ſumptus requiritur &c,que ſolet cōi-
ter reprobari.Ia.de ra.& Reginaldus de remis.aſsignant aliā
rationē,quia poſito,q quis nō vtit ſeruitute vrbana,adhuc
remanet aliquod veſtigium ſeruitutis:vt apertio foraminis,
vel depreſsio domus:ſecus in ruſtica.Sed hanc impugnat Io.
nicoti.eo q quāq; in ruſtica eſt tale veſtigium reperire:vt in
aquæ ductu ſemitam riuuli,& foramina,per que currit.vn-
de ipſe Io.reddit aliam rationē:quia in vrbana adheret fun-
do dominanti,quedam qualitas ex acquiſitione ſeruitutis,
puta:in ſeruitute tigni iniuncti,ipſum tignum, qd eſt pars
domus dominantis,& in ſeruitute luminibus nō officiendi
feneſtræ,que lumen recipiunt,& in ſeruitute alterius nō tol
lendi depreſsio domus ſeruitutis inducit:ad hoc.ff.de ope.
no.nunt.l.de pupillo.§.impoſititiam.& de ſerui.vr. prædi.l.
ſeruitutes.circa principiū.ver.idem eueniet.&.ff.vti poſſ.l.
ſi duo.§.videamus.&.§.ſeq. Secus tamen eſt in ruſticis,ſecun-
dū eum. Et ex eodem fundamento pro ſeruitute vrbana,da-
tur interdictum vti poſſ.& tamen pro ſeruitutibus ruſticis
dantur alia ſpecialia interdicta:vt de itinere actúq; priua.&
de aqua quoti.& æſti.pro eo,quòd turbata ſeruitute vrba-
na,turbatur qualitas adherens prædio vrbano,& per conſe
quens ipſum p̄dium.non ſic autem in ruſtica ſeruitute:vt.ff.
de itinere actúq; priua.l.j.§.hnc interdictum.& per totum.
&.ff.de aqua quoti.& æſtiua.l.prima.§.quod autem iuncta.l.
iij.§.hoc interdictum.cum.§.ſequentibus.ff.vti poſſ.Item ex
eodem fundamento ſequitur ſecundum eum, quòd ſi ha-
beam ſeruitutem vrbanam,& velis ædificare, poſſum tibi
nūciare nouum opus:vt.ff.de operis noui nun.l.de pupillo.§.
impoſititiā.alleg.& tamen ſecus ſi habeam ruſticam:vt.e.ti.
l.qui viam.ar.ff.de ſerui.vrba.p̄di.l.ſed ſi inter.§ ſi.&.ff.ſi ſer
ui.ven.l.& ſi forte.§.j.& ſi.licet aliter notet gl.in prædicta.l.
qui viam.ſed ad veritatem intelligunt aliter prædictum.§.
impoſititiam.cū ſimilibus.Ia.Oldr.& Bar.ff.de oper.no.nū.
l.j.§ ſi.Dicunt enim,quòd ille caſus eſt ſpecialis in reficien-
te,ſeu reparante:ibi vide.Quid dicēdum?breuiter hoc mi-
hi,eſt difficile,& ſubtile eſt.Sed credo tamen, quòd prædi-
cti duo vltimi intellectus non debent ſine miniſterio per-
tranſire:& coniuncti ſimul valde appropinquant ad intelle
ctum prædictæ.l.hæc autem iura.Dico enim,quòd prædi-
cta lex ponendo exemplum de ſeruitutibus luminibus non
officiendi,altius non tollēdi,& tigni immiſsi:deſignat ratio
nem dictæ.l.quaſi velit dicere prædicta lex, quòd quando-
cunq; poſt non vſum in fundo dominante,vel ſeruiente re-
manet aliquod notabile veſtigium ſeruitutis,retinetur poſ-
ſeſsio ſeruitutis per veſtigium illud. Et ideò poſſeſsio liber-
tatis acquiri non poteſt,nec etiam libertas præſcribi,durā-
te tali veſtigio,donec interueniat ex parte domini fundi ſer
uientis aliquod factum contrarium,per quod poſsit acquiri
poſſeſsio libertatis ipſaq; libertas præſcribi.Patet exemplū
in ſeruitute luminibus non officiendi,& altius non tollēdi
per veſtigium domus dominantis erecte,& domus ſeruien-
tis depreſſæ.Itē patet exemplū quoad ſeruitutē tigni immiſ-
ſi in veſtigio foraminis remanentis aperti in fundo ſeruiēti,
43 hæc enī exēpla ponit prædicta.l.hæc aūt iura. Vnde cū † vbi
eſt eadē ratio,debeat eſſe idē ius.C.ad.l.falc.l.vlt.credo q in
quibuſcūq; ſeruitutibus vrbanis,vel ruſticis,& iuribus in-
corporalibus præſcribēdis,in quibus habet locū predicta ra
tio,habet locum etiam prædictum ius. Et pro hoc.ff.de ſer
ui.ruſti.prædi.l.vna eſt via.&.ff.de libe.cauſa.l.duobus. cum
ibi allegatis,& quod notatur in prædicta.l.hec autem iura.
in gl.finali.Et hoc eſt quod voluit ibi dicere gloſſa ſuper ver
bo habueris:dum notat ibi generaliter,quòd in præſcriben
da libertate eſt neceſſarium factum vtentis,inducēs.ff.quē-
admodum ſerui amit.l.ſi quis alia.§ vltimo. Nec obſtat di-
ſtinctio,quam facit prædicta lex,hæc autem iura.inter ſer-
uitutes ruſticas, & vrbanas,dicens ruſticas amitti per ſo-
lum non vſum temporis ſtatuti, non autem vrbanas, niſi
interueniat factum præſcribentis libertatem,quia ibi iuriſ-
conſultus ſe retulit ad ea,quæ cōiter accidunt.Cōiter enim
accidit,quòd in vrbanis reſtat veſtigiū,de quo ſupra,& non
in ruſticis.ar.ff.de leg.l.nam ad ea.non tamen negat,ſi in ru-
ſticis reperiretur tale veſtigium,quin tunc in ruſticis eſſet
idem ius,quod in vrbanis.Et per hoc patet diſſolutio prin-
cipalis quæſtionis.

44 ¶ VNDECIMO quæritur,quid † de preſcriptione li-
bertatis quartę non preſtandę,de qua hic loquitur,vel pen-
ſionis non ſoluendę de qua in prædicto.c.querelam.vel con
ſenſus,vel conſilij capituli per Ep̄m non petendi.de qua in
c.non eſt de conſuetudine.lib.ſexto.Aut iuriſditionis Ep̄a-
lis per Abbatem non exercendę,de qua.j.c.auditis. aut de
canonicis eccleſiarum collegiatarum ad electionem Ep̄i cū
canonicis eccleſiæ cathedralis non admittendis, de qua de
cauſa poſſ.cum eccleſia.& in alijs ſimilibus caſibus,qualiter
& à quo tempore in his omnibus incipiat poſſeſsio,aut cur
rere p̄ſcriptio libertatis. hic ſunt quinq; caſus principales.
Primi duo caſus de decima,vel quarta decimę,& de penſio-
ne non ſoluendis,videtur eſſe eiuſdem rationis:& tn̄ quoad
ſecundum tenet Inno.j.de elect.c.querelā.alleg.vt ibi ſcripſi,
poſt eum in ſecunda queſtione,q non amittit quis poſſeſ-
ſionem penſionis,niſi cum eam peteret,ſibi fuiſſet denega-
ta:niſi eſſet penſio ipſa in certo termino debita, & debens
de hoc certificatus in termino ipſo non ſoluit:quia tunc vi-
deretur alium de quaſi poſſeſsione huiuſmodi ſpoliare, vt
ibi ſcripſi poſt Inn.in.iij.q.certis caſibus exceptis quos ibi
notaui.plus dicit ibi Inn.q ſi eram in poſſeſsione eligendi
cum alijs,licet vna vice cum eis ad eligendum non conueni-
rem non ideò eligendi cum eis poſſeſsionem amitto,niſi ad
aliam electionem,poſteà veniēs repellerer ab eiſdem:vt ibi
ſcripſi in tertia queſtione.Alij verò tertius,& quartus ca-
ſus,de conſilio non petendo,& de iuriſditione non exercen
da,videntur eſſe ſimilis rationis.non obſtat.j.de priuil.ſi de
terra.&.c.accedentibus.quia ibi eſt vſus.xxx. annorum, &
cooperatio illius contra quem præſcribitur etiam de.xxx.
annis. Quid dicendum,breuiter circa hoc ſic diſtinguo:q
aut quærimus de poſſeſsione iuris incorporalis, per vſum
amittenda,ſeu de poſſeſsione libertatis,aduerſus illud ius,al
teri querenda,& tunc dico,quòd in caſibus hic enumeratis,
quis incipiat poſsidere,requiritur aliquod factum ex parte
ipſius poſsidentis,per ea,que ſcripſi.ſ.e.c.in quinta,& ſexta
queſtionibus. Et faciunt ea,quæ ſcripſi ſupra proximè.Fal-
lit dum ille cui tale ius competit,tanto tempore negligit eo
vti, quòd veriſimile ſit illum quaſi poſſeſsionem illius iuris
45 pro derelicta habere. Abſurdū enim videtur,tantū † tēpus

reguiri in poſſeſsione,ſicut in proprietate amittenda,vt ſcripſi poſt Inn.in prędicto.c.querelam.in prima.q.& quantũ ſit illud tempus,quia nõ eſt determinatum,iudicis arbitrio remittitur per ea,quę ibi ſcripſi ſecundum quoſdẽ.Sed non placet,quia illud quod ibi ſcripſi,dũ alter illius iuris poſſeſſionem occupauit.Dicũt enim ſi ille qui animu poſsidebat: diu ſtet ꝙ non vtatur ſua poſſeſsione,pręſumitur ꝙ hoc facere omittat,quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli,& ſic ꝙ animũ poſsidẽdi,& poſſeſsionem amittat:vt prędicta.l.ſi id quod. in ſi.Incontinenti enim hoc facere debet.ff.de vi,& vi armata.l.iij §.eum igitur.at vbi nullus alius poſſeſsionem occupauit.ſi ex ſola negligentia cenſeretur quis poſſeſsionem pro derelicto habere,eadem ratione,& ipſam rem.& ſic vtrũq; amitteret: vt.ff.pro derelicto.l.j.quod non eſt dicendum. Aut quęritur de pręſcriptione,hoc eſt qualiter,& qñ quis in caſibus huiuſmodi incipit pręſcribere libertatem.Et hîc

46 ſubdiſtinguo,quia † aliqua ſunt iura, in quibus poſt non vſum eſt reperire notabile veſtigium illius iuris repręſentationem deſignãs:vt quia Abbas habens ex priuilegio in certo loco iuriſditionem quaſi Epalem tenet ibi domum, tribunal,iudicem,notarium,& ꝓcuratorem fiſcalem, & furcas,& carceres,ſeu aliqua de his ad iuriſditionẽ huiuſmodi excercendam,quę ibi remanent poſt non vſum,& tunc dico quòd nunquã poteſt incipere pręſcribere Eṕs cõtra Abtem,quãdiu remanent ibi illa veſtigia,licet Abbas iuriſditione non vtatur,donec Eṕs interponat aliquod factum cõtrarium,per quod incipiat pręſcribere huiuſmodi libertatem:vt prædicta.l.hęc autem iura.aut nullum tale notabile veſtigium remanet poſt nõ vſum,& tunc aut cum nõ vſu cõcomitatur de natura rei vſus contrarius,& tunc dico, ꝙ ab illo tempore,quo cum non vſu concurrit vſus contrarius, incipit currere pręſcriptio libertati:exemplum,pone quòd clerici eccleſiarum collegiatarũ habẽt ex priuilegio, vel cõſuetudine,hoc ius,ꝙ canonici eccleſię cathedralis non procedant ad electionẽ Eṕi,ipſis non vocatis,& ſunt in poſſeſſione huius iuris,nunc vacante eccleſia,ſoli canonici clericis non vocatis eligunt.certè nedum eſt hîc non vſus clericorum,aut cum illo concomitatur vſui.id eſt vocationi cõtrarius,quia abſq; huiuſmodi vocatione eligũt:& patet hoc membrum,quia ab actu pręſcribentis,ſeruituti contrario inducitur poſſeſsio,& pręſcriptio libertatis: & patet aliud exemplum.c.habente,& poſsidente hoc ius,ꝙ Eṕs non debeat cauſas audire,abſq; illius conſilio,vel conſenſu. ſi Eṕs abſq; huiuſmodi conſilio,vel conſenſu cauſas audiat cũ non vſu capituli interuenit factum contrarium Eṕi præſcribentis.Aliud exemplum,ſi Archidiaconus,vel Abbas de conſuetudine,vel priuilegio in certo territorio habet,& poſsidet tale ius,videlicet ꝙ ipſe ſolus in illo territorio habet iuriſditionem exercere,tunc ſtatim ꝙ Eṕs,aut alius ibi iuriſditionem exercet,incipit contra Abbatem,vel Archid.currere pręſcriptio,quia interuenit factũ contrarium pręſcribentis,iuxta notata Io.mo.de offi.Archi.cum Eṕs.li.vj. Aut cũ non vſu non concurrit factum contrarium,& tunc aut loquimur de pręſcriptione tãti tẽporis,quòd de cõtrario hominum memoria non exiſtat,& hîc dico non attendi principium pręſcriptionis,quia de illo non eſt memoria:ſed ſufficit ſolus non vſus tanti temporis,vt.j̃.e.c.ſi Eṕm.lib.vj.& ff.de aqua plu.ar.l.j.in fine.&.l.ij.§.j.de aqua quoti.& æſti.l.ij.§.ductus aquę. Aut loquimur de alia pręſcriptione.& tũc aut loquimur contra eccleſiam,& tunc quia titulus eſt neceſſarius,vt.j̃.c.ſi diligenti.dico,ꝙ cum illo titulo ſufficienti ad dandum cauſam pręſcribendi ſufficit ſolus nõ vſus quartæ,vel decimę,aut penſionis nõ ſolutę &c. Vel conſilij non petiti,aut iuriſditionis non exercitatę,aut non exiſtentiæ in electione,in caſibus pręlibatis,& alijs ſimilib9,etiã abſq; alio facto contrario pręſcribentis,& ſic ab illo titulo,& vſu, incipit ipſa pręſcriptio currere:& ſic intelligo iſtã decretalẽ cum ſimilibus. Et eſt ratio huius,quia cu ipſo, ꝙ habeo titulum propter quẽ à non ſoluendo,vel non parendo illi iuri poſſum probaliter excuſari,ille titulus dicitur factum ſufficiens ad deſignandum animũ,& intẽtionem meam,quòd ideò volo parere illi iuri,quia dico me habere ex illo titulo cauſam rationabilẽ non parendi.& hoc verũ,dummodo illum titulum habeam ab aduerſario,vel ſi ab alio dummodo aduerſarius ſciat hoc,videlicet ꝙ vt haberem cauſam nõ parẽdi illi iuri,talem titulum impetraui,vel mihi procuraui.

47 Scientia † enim,& patientia aduerſarij,in his eſt neceſſaria: vt prędicta l.quoties. Ex his enim reſultat factum ex parte ipſius pręſcribẽtis,ex quo acquiritur poſſeſsio libertatu, & cauſatur præſcriptio libertatis eiuſdem,videlicet impetratio,ſeu procuratio tituli,& animus non parendi illi iuri cauſatus ab illo titulo,& ſic rectè eſt locus prędictę legi,hæc autẽ iura. Aut agitur contra priuatum,& tunc aut ille non parens,de cuius libertate,& pręſcriptione agitur,habet titulũ non parendi illi iuri ſufficientẽ ad dandum cauſam pręſcribendi,& tunc dico idem,ac ſi contra eccleſiam ageretur ex idẽtitate rationis. Aut ille non habet titulum huiuſmodi, & tunc dico,ꝙ à tempore quo ille cui competit ius petendę penſionis, aut ius aliud exercendi, negligit penſionem petere,ſeu ius illud exercere,incipit currere pręſcriptio cõtra eum,& perficitur tempore à lege ſtatuto, de quo infra dicam pro eo, quòd nos pręſupponimus nullum notabile ipſius iuris veſtigium hîc perſiſtere poſt nõ vſum.quia quãtùm ad hoc tale ius cum ſeruitute ruſtica in ratione participat,ęquum eſt,ꝙ eandem in iure recipiat diſciplinam:per prędictam.l.hæc autem iura.ar.ff.de fonte.l.vna.vt dixi ſupra.nec mirum,quia talis præſcriptio non in vſu,vel poſſeſſione,vel quaſi poſſeſsione præſcribentis.ſed in ſola negligẽtia illius cõtra quem pręſcribiť eſt fundata,& ideò,& abſq; poſſeſsione,& abſq; bona fide,procedit ceſſanteq; in ei.proptereà regula poſſeſſor,& regula ſine poſſeſsione.de reg.iur. libro ſexto.ſicut in alijs præſcriptionibus ſimilibus.xxx.vel xl.annorum aduerſus actiones perſonales,& reales concurrentibus C.de pręſcrip.xxx.vel.xl.annorum.l.ſicut.&.l.omnes.vt dixi.s̃.& vt no.per Bar.in.l.quoties.&.l.hęc aũt iura.

48 allegat. Ex quibus patet,ꝙ † difficilioris introductionis eſt pręſcriptio ſeruitutis quàm pręſcriptio libertatis,quia pręſcriptio ſeruitutis etiam negatiuæ ſemper requirit factum ipſius præſcribentis, vt ſcripſi.s̃.e.c.in.ix.quæſtione.& tamen non ita ſemper in præſcriptione libertatis contra ſeruitutem:vt patet ex proximè dictis.& eſt ratio huius, quia ſeruitus eſt odioſa,& libertas fauorabilis.ff.de regu.iur.l.li-

49 bertas.& ideò † non mirum,ſi ſeruitus facilius amittatur in acquiſitione libertatis,quàm de nouo acquiratur in præiudicium libertatis:quia odia reſtringi,& fauores cõuenit ampliari.ff.de lib.& poſth.l.cum quidam.&.j̃.de re.iur.c.odia.li.vj.licet enim in præſcriptiõe huiuſmodi libertatis,quoad illas ſeruitutes quæ poſt non vſum aliquod veſtigiũ notabile ſuiipſius non relinquunt,ſolus nõ vſus illius contra quẽ pręſcribitur abſq; poſſeſsione,vel quaſi,& quocũq; alio facto ipſius pręſcribentis ſufficiat, tamen in præſcriptione cuiuſlibet ſeruitutis,etiam negatiuè ipſius ſeruitutis acquiſitiua,ſeu introductiua requiritur ex parte ipſius præſcribẽtis vſus,ſeu quaſi poſſeſsio,aut aliquod aliud factũ ex parte ipſius p̃ſcribentis,quod pro vſu, ſeu quaſi poſſeſsione ha-

ius canonicum loquitur indiſtinctè de ſpacio.xl.annorum.
So.gñi derogatur per ſpeciem.ff.de pœnis.l.ſanctio.nec in
defectu iuris canonici debet vniuerſali ęquipollere:quia nõ
eſt eadem ratio omnium rerum.ſ.mobilium,& immobiliũ:
quo caſu indefinita vniuerſali non ęquipollet.vt no.de elec.
vt circa.lib.vj.& per ſynonem in regula in toto.Accur.te-
net idẽ in.§.pro temporalibus.Idem Hoſt.in ſumma.de pręſ-
crip.ſub rubrica.de vſucap.§.quędam.Goff.idem in ſumma.
de pręſcrip.§.quare.Ion.mon.de in integ.r.ſt.c.j.Archi.idẽ
videtur ſentire poſt Io.xvj.q.iij.quas actiones.Hoſtiẽ.de in
integ.reſt.correxit dictum ſuum,& dixit ſibi contrariũ pla
cere,& ꝙ idem ſit in mobili,quod in immobili.hęc glo.xvj.
q.iij.quas actiones.Pro opinione priori facit.xxij.q.ij.de red-
ditibus.quia ibi non vſucapiebat per trienniũ,quia furtum
erat:ergo ſine furto videtur eſſe contrarium.Si autem in re-
17 bus fiſci,& tunc aut res ſunt† incorporatæ fiſco,& non pręſ
cribitur niſi ſpacio.xxx.annorum.l.omnes.& iſtud ſufficit.
Fallit in caſibus poſitis.C.de ſacroſanct.eccle.l.vlti.&.C. de
fun.rei pu.l.eũ.& de ſent.pal.l.vltima.ſi autem non ſunt in-
corporatę,& tunc aut delatę in fiſcum propter vectigal nõ
ſolutum,& ſufficit quadriennium.C.de vectigal.& commiſ.l.
ij.Aut ex alia cauſa,& tunc aut ſunt nunciatę fiſco, & præ-
ſcribitur ſpacio.iiij.annorum.ff.de diuer.& temp.præſcrip.
l.in omnibus.& no.Cy.de hoc.s.de quadri.pręſcri.l.j.Si in
rebus priuatorum.Aut eſt corporalis,aut incorporalis.Pri-
mo caſu,aut mobilis,& tunc ſpacio triennij.inſti.de vſucap.
in principio.aut immobilis,& tũc aut habet titulum,& bo
nam fidem.tunc inter pręſentes ſpacio.x.annorũ.C.de præ-
ſcrip.xxx.annorũ.per totum inter abſentes ſpacio.xx.C. de
longi temp.pręſcrip.l.ſi.per totum.ſi non habet titulum,&
bonam fidem,ſpacio.xxx.annorum.C.de pręſcrip.xxx.anno
rum per totũ,& eo caſu,quia dico priuatum poſſe pręſcri-
bere contra priuatum ſpacio.x.annorũ,vel.xx.vel.xxx.anno
rũ eo caſu poterit eccleſia contra priuatum.licet econuerſo
non:ne quod inductum eſt in fauorem,redũdet in damnũ.
de pręſcrip.illud.Et hoc etiã tenet Io.An.ibi licet.gl.contra
xvj.q.iij.placuit.ſi incorporalis,aut actiones,aut ſeruitutes.
ſi actiones,& tunc ſi ſunt perſonales,regulariter ſpacio.xxx.
ann.C.de conſti.pe.l.ij.ſi aliud tempus datur eſt ſpeciale. ſi
realis,aut cauſatur à dñio.vel quaſi,tunc pręſcribit illo tem
pore quo res præſcriberentur,aut cauſatur à pignore,vt eſt
hypotheca.& tunc aut debitur pręſcribit contra creditorẽ,
tunc requiritur ſpacium.xl.ann.C.de pręſcrip.xxx.an.l.cum
notiſsimi.ſi extraneus pręſcribit,tunc inter pręſentes, ſpa-
cio.x.annorum,inter abſentes ſpacio.xx.C.ſi aduerſus cre.
l.j.&.ij.ſi ſeruitutes,aut reales,aut perſonales. ſi reales, aut
habent continuam cauſam,vel quaſi,& illo tempore pręſ
cribuntur,quo aliæ res.ff.de ſerui.l.ſeruitutes.ff.de ſerui.vr.
pręd.l.foramen.Aut non habent cõtinuã cauſam,vel qua-
ſi,& tunc ſpacio tẽporis,cuius memoria nõ exiſtat.l.hoc iu
re.§.ductus aquę.de aqua quoti.& ęſti.de cõſti.pec.l.ij.ſic de-
bet limitari gl.xvj.q.iij.clerici.quę aliàs eſſet falſa.ſi perſona-
les,aut vſusfructus,vſus,habitatio,tunc licet in eis factũ ho
minis requiratur,& ſic dicantur habere cauſam nõ cõtinuã,
tamen illo tempore pręſcribuntur,quo alię res immobiles:
vt.l.ſi.C.de pręſcrip.longi temporis.& hoc quia earum poſ-
ſeſsio animo retinetur.& ſic dicitur habere quaſi cauſam cõ
tinuam.Sed ſeruitutes reales debentur fundo,in quo nõ eſt
animus:vnde ſecus.Vnde dicendum eſt idem in poſſeſsione
interdictionis,quę debetur perſonæ,vel in quaſi poſſeſsio-
ne iuris exigendi vectigal,quod in vſufructu:quia poſſeſsio
retinetur animo,& ſic dico habere cauſam continuam. Ad
hoc facit quod ſcripſi poſt Innocẽ.de pręſcript.c.de quarta.
18 Sed circa prædicta eſt vnum dubium,quid ſi† eccleſia ſucce
dit priuato,contra quem pręſcribebatur,an eccleſia vtetur
priuilegio? Archid.tangit.xvj.q.iij.quat.& dicit quęſtionẽ
ſoluendã,per.l.ſi fiſcus.C.de iure fiſci.& l.ſi fundum.de fun-
do dota.quod plenius tangit Cy.in authentica quas actio-
nes.C.de ſacroſanct.dicam in regula,is qui in ius.An priui-
legiatus ſuccedens non priuilegiato vtatur ſuo priuilegio?
Tamen pro nunc licet gl.in auth.quas actiones. dicit quòd
non vtitur priuilegio ſuo,per legem ſi fundum.& Archidi.
allegando illam.l.aſſerere videtur hanc opinionem. Tamen
dicit contrarium,vt pro tempore pręterito, non gaudeat:
pro tempore autem futuro ſic,& fiet diuiſio pro quota:pu-
ta contra laicum curriſſet pręſcriptio.xxiij.& ſic tempus di-
midium pręſcriptionis.in alio ergo dimidio eccleſia gaude-
bit tempore ſuo,& dimidium temporis pręſcriptionem,cõ
tra eccleſiam eſt.xx.vnde oportebit per alios.xx.ann.præſcri
bere.ad hoc facit quod notat Archid.& Io.And.de iure pa-
tro.c.vno.eo.libro.Et ſic debet intelligi,quod notat Cynus
in dicta authen.qui dicit eccleſiam gaudere priuilegio. Ad
l.ſi fundum.dic aut priuilegium totaliter impedit pręſcri-
ptionem,tunc non vtitur priuilegio,aut non totaliter, ſed
ad longum tempus defertur,& tunc ſic.Ideo dicendum eſt
ergo ſi laicus ſuccederet eccleſiæ:vt pro quota temporis pri
19 uilegium diſſinuat.Secunda propoſitio eſt talis.non† habens
bonam fidem ab initio pręſcriptionem inchoare non po-
teſt.Iſta patet,quia in præſcriptione continuò exigitur bo-
na fides,vt notatur.xxxiij.q.ij.ſi virgo.& in.c. poſſeſſor.de
regu.iur.libro ſexto.in gl.ergo non eſt bona fides, &c.Item
pro hoc gl.xvj.q.iij.c.j.vbi notatur,ꝙ quia poſt lit. conteſt.
incipit dubitare, non præſcribit.Item gl.ff.de vſuca.l.poſt.
vbi dicit,quòd non habens bonam fidem,licet malam non
habeat tũc vſucapere non poteſt.Sed contra inſtatur de eo
quod notatur de præſcriptio.ſi diligenti.in gl.& ſi.& quod
ibi notat Innocentius.So. illę gloſſę non approbantur per
Hoſti.qui tenet contra.& per.c.iuuenis. de ſpon.& confir-
mo dictum Hoſt.ſic,omnis actus ſtante dubitatione,eſt pec
catum,qđ peccatũ eſſet ſtante ſcientia de ipſo publica,ſi du-
bitarem an eleuare feſtucam eſſet peccatũ leuando feſtucã
eo modo peccatum neceſſariò,ſicut incurrerem,ſi crederẽ,
ꝙ leuare feſtucam eſſet peccatum,quia omne quod non eſt
ex fide,peccatum eſt de reſti.ſpo.literas.&.c.ſi.ĩ.e.ti.&.viij.
q.j.in prin.&.§.ex his.Sicut ergo pręſtante ſciẽtia iuris alie-
ni,peccatum eſſet præſcribere,ita ſtante dubitatione.pecca
to autem prædicta regula poſſeſſor malæ fidei.obuiare in-
tendit,& eſt ſuper hoc fundata.vt.ĩ.e.ti.c.ſi.Sed contra in-
ſtatur.C.de pręſcrip.xxx.ann.l.ſi quis emptionis.xvj.q.iij.§.
pręſcriptionẽ.ver.ꝙ ſi mala.cũ ſimilib⁹.Solutio,Aliud ſcdm
leges,aliud ſcdm canones:ſed hic eſt aduertendũ,an ius ca-
nonicũ à iure ciuili debuerit diſcordare in hoc?Solutio,di-
cit Geral.de Senis,§.de ordine hęremitarũ,ꝙ ſic,& eſt ratio,
20 qm† ex parte eius q nõ eſt in bona fide,pſcriptio eſt actus
illicitus:vt.e.ti.c.ſi.qm contra conſcientiã fecit hunc actum
illicitũ,& ius ciuile nõ corrigit:ſicut nec corrigit ſi maritus
occidit adulteram.C.de adulte.l.gracchus.&.l.marito.ff.de
adult.& tñ maritus occidendo mortaliter peccat,vt notat.
xxxiij.q.ij.inter hæc.neceſſe ergo eſt,vt iuri ciuili ſubuenia-
tur per ius canonicum,quoniam vtrumq; ius,per ſe nõ ha-
bet ſufficientẽ perfectionẽ:imò oportet vni per aliũ ſubue-
niri,ſi in vno defectus reperiť.xcvj.di.cum ad verum. quo-
niam vna poteſtas habet aliam iuuare.de offic. ordina.c.j.
Qñ ſi vnum quodq; per ſe haberet ſufficientẽ perfectionẽ,

aliud eſſet ſuperfluum: ideò ius ciuile hunc actum illicitum
non corrigit: ſed canonicum: & eſt ratio, quia ius ciuile
corrigit actum, per quem poſsit ciuilis ſocietas impediri. ſed
ius canonicũ corrigit actũ, ꝑ quẽ pôt homo à Deo deuiare.
ſed ꝑ illicitũ à Deo deuiat. Sed ciuilis ſocietas non impedit:
imò magis auget per litium terminationẽ. Itẽ ius ciuile intẽ-
dit foro litigij, nõ cõſcientię ius aũt canonicũ intẽdit cõſciẽ-
tię de pœ. di. j. omnis. nil ergo mirum, ſi ius ciuile à canoni-
co diſcordat. non dico contradicat: quia contradictio eſſet,
quando reſpectu eiuſdẽ eodẽ conſiderato diuerſum ſtatue-
retur. Secundò oppono ſic, ſi iſta propoſitio eſt vera, ſequit
ꝙ nullus pręſcribere poſsit: & ſic titulus de pręſcrip. erit ver
bis impoſitus qđ eſſe nõ debet. de elect. cõmiſſa. li. vj. C. cõia.
de le. l. ij. Et hoc oſtendo ſic. Aut quis poſsidet rẽ animo ac-
quirendi ius, quod credit ſe non habere, & tunc nõ pręſcri-
bit: quia eſt malæ fidei: aut animo retinendi ius, qđ credit ſe
habere, tunc non acquirit: quia animus in retinendo nõ ope
21 ratur acquiſitionem de nouo: primò, quia actus † non pro-
ducit effectum vltra intẽtionem agentis. ff. de actio. & obli-
ga. l. obligationũ ſubſtantia. in prin. ff. ſi certũ pe. l. non om-
nis. de reſcript. ſuſceptum. & ſi propter. j. li. vj. Et hoc clarè
patet in pręſcriptione germinãte præſcriptionẽ. Nã ſi quis
ingreditur fundum animo retinendi poſſeſsionem, quã cre-
dit ſe habere, nullam acquirit: vt eſt gl. no. ff. de acqui. poſ. l.
22 iij. in principio. ¶ † Item ſi quis accipit rem tanquã ſuã, &
non eſt ſua, non acquirit dominiũ. l. iij. §. ſubtilius. de con-
di. ob cauſam. ¶. Iſtud argumẽtum eſt ciuile multùm, dic ad
contrarium ꝙ poſsidet animo retinendi &c. nã vt dicit Inn.
de poſtu. bonę. oportet, cum quis præſcribit, vt credat ſe vti
iure, qđ habet: pro hoc. §. Ariſto. de ini. actuũ priua. ff. Nec
obſtat ꝙ animo retinendi. &c. quia hoc falſum, vt patet. C.
cõia vtriuſq; iudi. l. ij. & l. qui liberis. §. reſtitutio. de bo. poſſ.
cõtra tab. & ſic gl. l. iij. eſt falſa. & illa reprobat per aliquos. nã
quis acquirit poſſeſsionem recipiendo rẽ, quã credit emptã
a ſeruo. & ſic credit ſibi quæſitam poſſeſsionẽ. ff. pro empto.
l. quod vulgò. & facit. l. ſequiſ. §. item labeo. & §. de illo. ff. de
vſucap. Vel aliter ſi vis licet modò non ſit animus acquiren
di: ſed tñ in appręhenſione rei fuit animus quærendi, & ra-
tione animi præcedentis ſit iſta acquiſitio. Do bonũ exem-
plũ in acquiſitione poſſeſsionis, neceſſarius eſt animus. l. iij.
in prin. de acqui. poſ. modò aliquis fuit ingreſſus fundũ dño
exiſtente ad nundinas, & non potuit acquirere, tunc ciuilẽ,
licet haberet animũ, tñ ſi dñs ſuſpicatur interim ſe poſſe re-
pelli, illa acquiritur ei qui fuit ingreſſus: licet ſolum tunc eſ-
ſet animus retinendi: vt eſt gl. ff. de acquir. poſſ. l. ſed ſi nolit.
ſed ſi ab initio nullus fuiſſet animus quærendi procederet
contrarium. ſed prima magis placet. Et ſic eſt dubium pro-
pter prædicta, an ſi aliquis recipit rem tanquã ſuã. & non eſt
ſua, an poſſit præſcribere? & ꝙ non videtur per. l. cũ ſolus. ff.
de vſuca. dicitur tñ contra, in. l. pro legato. ff. pro legato. ff.
de condi. ob cauſam. l. iij. §. ſubtilius. Iſte paſſus eſt dubius. &
in hoc ſunt faciendi aliqui caſus vnus eſt, qñ dñs tradit rem
tanquàm accipientis, & tunc dominiũ transfertur. Interdũ
dñs tradit rem tanquã accipiẽtis, & tunc dñium nõ trãsfer
tur regulariter: vt in. d. §. ſubtilius. niſi authoritate rei iudica
tæ fiat traditio, ſecundũ opinionẽ cõiter approbatam, quæ
habet ꝙ in reali ſententia, facit dñium tranſire in eum, cui
ſit traditio: vt no. gl. inſti. de offi. iudi. in fine. ff. de acqui. poſ.
l. Põponi⁹. §. ſi iuſſu. ff. de publiciana. l. iiij. in fine. Caſus videt
ff. de ſta. libe. l. ſtatuliberi. ff. de vſucap. l. ſi per errorem. licet
Pe. contra, vt ponit Cynus. C. cõia vtri. iudi. l. j. imò dicit gl.
in. §. ſi iuſſu. ꝙ ſi agitur publiciana, ſententia facit trãſire do-
minium. Nec obſtat, ſi dicas, ꝙ agens publiciana nõ dicit ſe
dñm, quia tunc ſcdm Bar. etiã non dicit ſe non dñm: quia
tunc haberet malã fidẽ: & nõ pręſcriberet, & per cõſequens,
nec publicianã haberet. ar. ff. de publi. l. cũ qui. ¶ Sed contra
iſtud dictũ eſt gl. ordi. de re iudi. Abbate. eo. li. vbi dicitur, ꝙ
23 † oportet agentẽ publiciana, ꝙ credat ſe nõ dñm: vnũ tamẽ
eſt verũ, ꝙ ſi res non traditur, ſed penes reum, qui abſoluit,

dimittit, non trãſfertur dñium, ſi ipſe nõ erat dñs, ſed actor
vt notatur. ff. de except. rei iudi. l. exceptio. Et eodem modo
non paratur cauſa vſucapiẽdi. ar. ff. de cõtrahẽ. empt. l. claui-
bus. & idẽ ſi res dimittit ex cauſa tranſactionis, quia tunc
etiam dominium non trãſfertur. C. de tranſactionib. l. ſi pro
fundo. & no. C. de tranſact. l. ſiue apud acta. & per conſequẽs,
nec conditio vſucapiendi: vt not. ff. pro empt. l. j. & illam gl.
omnes doctores cõiter tenent. licet lo. C. de vſucap. ꝑ empt.
contra. pro quo facit. l. j. ſ. alleg. Sed dic, vt ibi dicit gl. ꝙ nõ
fuit datum ex cauſa tranſactionis, ſed propter litis æſtima-
tionem, quæ facit emptionem. l. lites. ff. pro emp. Sed eo caſu
quo dominium nõ trãsfertur, nunquã trãſfert cauſam vſu-
capiẽdi, tũc ſcdm quoſdã, fortè ſic intelligunt gl. pro iſta par
te: licet gl. de §. ſi mihi. huic repugnet. aut nõ dñs tradit tan-
quã ſuã. & tũc tradit cãm vſucapiẽdi, eo caſu quo dñs trans-
fert dñiũ. ff. de contrahẽ. empt. l. clauibus. Aut tradit nõ tan-
quã ſuã: ſed tanquàm accipientis: tunc non ita intelligo gl. de
l. hominẽ. & hoc niſi traditio fieret ex cauſa iudicati. Ex hoc
patet quid ſit dicendum, quãdo traditur ex cauſa diuiſionis:
quia aut diuiſio eſt facta iudicis authoritate, tunc ſi tradẽs
erat dominus, trãſfertur dominiũ: ſed non dat cauſam vſu-
capiẽdi. l. ſi per errorem ff. de vſucap. l. cũ putarem. ff. fa. er-
ciſcũ. Si verò authoritate Iudicis eſt facta diuiſio partis pro
indiuiſo, & tunc etiam in illa parte nõ eſt tranſlatũ domi-
nium: nec vſucapiendi conditio. l. ſi per errorem. de vſucap.
vt no. in. l. cum ſolus. de vſucap. ſi pro diuiſo, & tunc in parte
quam trado: vt meam, procedit vtraq;. In ea autem quã tra-
do vt tuam, neutrum vt not. in. d. l. cum ſolus. De hoc not.
per doctores. C. communia vtriuſq; iudi. l. ij. Tertiò opponi
24 tur principaliter & oſtendo quòd in † acquiſitione ſeruitu-
tis non ſit neceſſaria bona fides, vbi ſit acquiſitio rei, vt no.
in. l. adeò. §. ſi alienam plantam. de acquir. re. do. & nota. ff. de
rei vend. l. in rem. §. Item quæcunq;. Sed ſeruitus acquiritur
rei. ff. de nego. geſt. l. qui aliena. §. ſi. ff. de publi. l. Imperatores.
ergo non procedit quod ſupradictum eſt. Solutio ibi ſubue
nitur ei per actionem in factum. Sed ſi fieret acquiſitio per
præſcriptionem nullo modo ſubueniretur. Vnde eodẽ mo-
do rũdetur ad. l. nam & ſi fur. ff. ſi certum pet. Item ibi adeſt
actus conſumptionis priuans dominum dñio, etiam ſi nul-
lum ius poſitiuum eſſet: ſed dubium eſſet an qđ dictum eſt
de acquiſitione rei, puta per plãtationẽ, vel ſeminationem,
ꝙ illa procedit ſecundum leges, ſiue bona fide. an illud de iu
re canonico procedit, ꝙ ſic videtur ex quo regula non mu-
tatur. C. de appell. præcipimus. in fine. Item quia alia actione
ſubuenitur domino. In contrarium videt, quia tunc ius ca-
nonicum faueret actui, qui eſt contra conſciẽtiam: & ſic in-
ijceret laqueum, qđ nullo modo fiendum eſt. xxvij. q. ij. de vi
25 duis, & iſtud tenere ſecurius eſt. Quęritur quis † dicatur nõ
habere bonã fidem? Solutio ille, qui credit rem ſuam eſſe, li-
cet ſciat ſe teneri ad reſtitutionem illius rei actione perſona
li: non dicam ex hoc non habere bonam fidem: vt in. l. igno
ri. ff. de vſucap. l. ij. §. ſi ſub conditione. ff. pro empto. Sed nun
quid ille, qui credit ſe nõ dominum, dicatur non habere bo-
nam fidem? quod non videtur: nam ſi aliquis emit rem ſub
conditione. & conditio euenit, ſed ignoratur eam eueniſſe,
vſucapit, & ſic dicitur habere bonam fidem: de præſcript. ſi
diligenti. aliâs non vſucaperet, & tamen dominum ſe nõ cre
debat, cum dominium non habebat transferri, niſi in euen
tũ conditionis. ff. de acqui. poſ. l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſ-
ſionem. In contrarium ꝙ non eſt bonæ fidei. C. de iur. l. apud
antiquos. Barto. putat in priuilegiato, quòd in materia vſu-
capionis quis eſt bonæ fidei, licet non credat tradẽtem fuiſ-
ſe dominum: ad hoc facit. l. iij. ff. pro ſolut. ibi ſufficit ad hoc
l. apud antiquos. &c. dico ergo, quòd licet non credat ſe do-
minum actu, dum tamen ſe credat dñm habitu, ſcilicet in
euẽtum conditionis, illud bene ſufficit, quantum ad hoc fa
cit quod notat Innocentius. de cauſa poſſeſ. c. j. de baptiſmo,
& eius effectu. maiores. dubitans ergo an ſit dominus actu,
vel habitu, dicitur non habere bonam fidem credens ſe do-

minum

minnm actu.vel facere habitu,dicitur habere bonam fidẽ.
¶ Quæritur circa iſtam propoſitionẽ,an ꝓpoſitio habeat
locum in pręſcriptione,quę à ſola negligentia procedit,vbi
non fit actus poſitiuè ex parte præſcribentis? Et videtur ꝙ
non,quoniam quis pręſcribit libertatem contra ſeruitutem
26 ruſticam ſine bona fide:quia † non eſt opus quòd aliquid fa
ciat,ſed ſufficit negligentia non vtentis.ſed ſecus,cum quis
vellet præſcribere libertatem contra vrbanam ſeruitutem,
quia ibi oportet ꝙ faciat.ff.de ſerui.vr.prędi.l.hæc autem iu
ra.& no.ff.quẽadmodum ſerui amit.l.ſi Dominus Bar.ff.de
vſucapio.l.ſequitur.§ ſi viam.hanc opinionem tenet. Dicit
tamen ſalua determinatione eccleſiæ.Io.An.dicit contra,in
c.fina.de præſcrip.li.vj.Et dicit,quòd talis pręſcriptio de iu-
re canonico non procedit,imò plus dicit,quòd non poſſit
fieri ſtatutum aliquo modo,quòd debitor tueatur pręſcri-
ptione quinquẽnij,vel decennij cõtra creditorẽ:& oſtendo
per illud qd notat Inn.de immu.eccleſia.quia pleriq; ꝙ tut⁹
tali præſcriptione,ſi non ſoluit peccat mortaliter.Caue de
his,quæ ſcripſi.ſ.e.de quarta.de cauſa j.e.c.ſi.An titulus exi-
27 gitur † ab initio ſicut bona fides.Quid de iure canonico? dic
vt gl.de iure ciuili,dic ſicut in pręſcriptione dnij rei.C.de
rei ven.l.nullo.ff.eo.l.celſus.Vel iuſtus error tituli.ff.pro em
pto.l.quod vulgo.Idem in pręſcriptione vſusfructus,quia
eſt pars dominij.ff.de vſufruct.l.vſusfruct⁹.in pręſcriptione
ſeruitutum non eſt neceſſa.ius titulus.ff.ſi ſerui.ven.l.ſi qs
diuturno.Et hoc,quia non eſt tantum præiudicium ſecun-
dum Dy.Sed hic eſt vnus pũctus ſubtilis,nunquid eo caſu
28 † quo requiritur titulus,oportet habere poſſeſſionem,& ti
tulum ab eodem:vel etiam ſufficiat habere poſſeſſionẽ ab
vno,titulum ab alio:quod verum videtur:vt not.ff.de vſu-
cap.l.cum ſolus.Sed ibi lex in contrarium facit.In hoc caſu
dic quando ab eodem habet vere titulum,& poſſeſſionem.
Iſte punctus eſt clarus,vel opinatur habere ab eodem ,licet
in veritate à diuerſis,& hoc etiam ſufficit.vt no.C.de acqui.
po.l.cũ nemo.Si habet à diuerſis,aut poſſeſſio præcedit ti-
tulum,tunc ex cauſa extrinſecus ſuperueniente mutatur poſ
ſeſſio.& ex illo titulo incipit vſucapere.ff.pro emp.l.ij.§.ſi à
pupillo.l.ſi is qui.§.ſi quis bona.ff.de vſucap.& hoc ſi ille à
quo habeo titulum,ſciebat me poſſidere,aliàs non:vt no.ff.
de rei ven.l.huius rei.& facit quod dicam in.c.pro poſſeſſo
re.Si titulus præceſſit tunc ille qui tradit reſpectu eiuſdem
tituli,non credit.& hoc non ſufficit.ff.de publi.eum qui.ſi
tradidit reſpectu eiuſdem tituli,aut titulus erat ver⁹,& hoc
ſufficit.vt per totum titulum.ff.pro legato.vt ſi titulus ha-
betur à defuncto tradito ab hærede.ſi titulus erat putati-
uus,tũc nõ:vt in.l.cum ſolus.ff.de vſucap.& hoc tenet Bart.
ibi.Sed iſtud dictum non videtur verum,quia ſequeretur ꝙ
aliquis titulus pro legato non poſſet vſucapere,niſi vbi eſſet
verus titulus,nec ſufficeret putatiuus cum iuſto errore:qd
eſt falſum.ff.pro legato.l.pro legato.& notatur in.l.ij.eo.tit.
Sed dubitatur tunc,ſi ille a quo habeo titulum poſſidebat,
præſumor habere poſſeſſionem,occaſione pręcedentis titu
li.ff.de rei ven.l.quędam.& qd ibi notatur.Idem ſi nõ poſſi-
debat,quia dare videtur licentiam,vt à quocunq; poſſum
poſſeſſionem aduocare:vt notatur.in.l.hoc ſi res.de rei ven.
29 & dicã in regula pro poſſeſſore an furor † ſuperueniens pur
gat tituli vitium non bonæ fidei,vel malæ fidei? dic:vt.l.nun
quid.§.ſi mater.ff.de vſucap.Et hoc eſt quod dicunt theolo-
gi,ꝙ ſi exiſtenti peccato mortali,furor ſuperuenerit.dicitur
tamen in peccato mortali recedere.facit de bapti.c.maio-
30 res.in fine.Quæritur an bona † fides requiritur ex parte tra-
dentis? & primò quid in vſucapione? gl.xvj.q.iij.in ſumma.
dicit,ꝙ ſic.Idem no.ff.de acquir.re.do.l.traditio.ff.de excep.
l.apud celſum.§.de authoris.Petrus,& Cy.in auth.malæ fi-
dei poſſeſſor.C.de præſcrip.longi temporis.contra,quia au-
then.malę fidei poſſeſſor.qui venit ad corrigendum iura ve
tera,loquitur in re mobili,quòd cum non mutatur,ſanè nõ
prohibetur.C.de appel.l.Pomponius.Quid de præſcriptio-
ne,in re immobili,de hoc gl.xvj.q.iij.in ſumma.nihil dicit.

Certè credo cum mala fides tradentis,noceat ſolùm in præ-
ſcriptione.x.vel.xx.anno.quòd in pręſcriptione quæ fit con
tra eccleſiam,non requiritur bona fides ex parte tradentis,
cum contra eam non currat præſcriptio niſi.xl.annorum.
C.de ſacroſanct.eccle.auth.en.quas rationes.tranſumpta.xvj.
q.iiij.quas.Et facit quod dicam in propoſitione ſequenti,ꝙ
31 mala † fides defuncti non nocet hæredi,ſecundum ius cano-
nicum.ergo in præſcriptione.x.annorum,vel.xx.procedit
hoc.Et tunc aut loquimur de tradente mediatè,tunc non
requiritur verbi gratia.D.habẽs malam fidem vendit.B.ha
benti bonam fidem.B.poſteà vendidit.C.mala fides.A.non
nocebat.C.ſecundum Ia.de are.ad hoc.ff.de libe.cau.l.in li-
beris.§ ſi quis ſciens.ff.de diuer.& tempora.præſcript.l.an vi
tium.Aut de tradente immediatè,& tunc aut tradẽs ab ini-
tio poſſeſſionis habuit malam fidem,& tunc nocet.vt au-
then.malę fidei.aut ab initio poſſeſſionis habuit bonã:tunc
ſi poſteà tempore alienationis habuit malã,& tunc non im
peditur longi temporis pręſcriptio in emptore.Ratio,quia
in authore mala fides ſua non impediret,ergo nec in eo qui
habuit cauſam ab eo.Et dicit Cynus hoc eſſe ꝓbabiliter di-
ctũ.gl.xvj.q.iij.in ſumma.dicit contra.dicit enim.quòd in
initio contractus bona fidei exigitur ab vtraq; parte.Si di-
cas.quòd gl.fortè loquitur ſecundum ius canonicum,vbi
mala fides ſuperueniens nocet,non eſt intentionis gloſ.hoc
quia in initio non facit differentiam,ſed in cõtinuatione fa
cit differentiã.Et hoc credo,non obſtante ratione ipſorum,
quoniã verum eſt ſecundum ius ciuile,quòd mala fides ſu-
perueniens non nocet:quoniam pręſcriptio fuit initiata cũ
titulo iuncto cum bona fide.Vnde ſi emptor vult cõtinua-
re poſſeſſionem inchoatam per venditorem ſuum cũ titulo
iuncto cũ bona fide,poteſt ſecundũ ius ciuile:nõ obſtante
mala fide venditoris.Si autem vellet ex ſuo titulo inchoare
non poſſet:quoniam ad hoc vt ex titulo aliquo inchoetur
vſucapio,vel longi temporis præſcriptio,oportet talem ti
tulum ex parte vtriuſq; habere bonam fidem in initio con-
tractus,nec obſtat contra illud qd dixi de cõiunctione.l.põ-
ponius.§.fi.ff.de acquir.poſſ.quoniam intelligo,quando in
venditione à principio fuit mala fides.An mala fides veniẽs
poſt cõtractũ tradenti noceat? dicam in propoſitiõe de ad-
32 uentu malę fidei.Tertia ꝓpoſitio eſt iſta,mala fides † irreuo
cabiliter ſuperueniens pręſcriptionem interrumpit:patet
iſta in prędicta regula poſſeſſor ſecundum omnium intelle
ctum.Opponitur hîc.de.l.j.C.de vſucap.transfor.xvj.q.iij.
pręſcriptionẽ.§.quod ſi mala.Solutio aliud ſecundum leges,
aliud ſcdm canones.ſed cõtra iſtã ſolutionẽ,inſtatur de lege
bonę fidei.ff.de acquir.re.do.l.quoniam bona.in princip.eo.
ti.ſolutio,quoad perceptionẽ fructuum,& quoad hoc:vt
poſſit acquirere de libero homine quem poſſidet,eſt neceſ-
ſaria bonæ fidei continuatio ſecundum leges:ſed quoad ac-
quiſitionem præſcriptionum ſecus.ſed contra adhuc inſta-
tur de.l.ſi ancilla.ff.pro ſuo.ſolutio,ſcientia rei alienæ ſim-
pliciter non nocet ſecundum leges:ſecus in ſcientia alie-
næ rei furtiuę,& eius quę ſubiecta eſt e:aliàs non:vt di-
cta.l.ſi ancillam.Et hoc intelligo non de præſcriptione cir-
ca rem furtiuam,ſed quod venit ex ipſa,puta partus,fru-
ctus.Et idem in ſcientia alterius realis vitij puta violentiæ
ancillæ paritutæ.Tertiò opponitur,vbi actus peruenit ad
actum à quo incipere non poteſt,nihilominus actus durat.
vt regula factum legitimè.infra de regulis iuris.libro ſexto.
& decimaquinta quæſtione prima c.fin.licet ergo ab initio
ſit neceſſaria bona fides,licet veniat mala fides,pręſcriptio
inchoata non debet interrumpi.Solutio,maior habet locũ,
quando actus ſuam perfectionem totalem recepit:ſecus ſi
nõ recepit,ſed eſt imperfect⁹.vt eſt hoc caſu.arg.ad hoc.l.ſi
ſub vna.§ finali.de verborum obligationibus.l.pluribus.§ &
ſi placet.eodem titulo.ff.de ſeruitut.l.pro parte.ſecundum
Dynum.Quæritur an mala fides ſuperueniens in hærede
noceat? videtur quòd non.quia nõ attenditur bona fides,&
mala fides defuncti non hęredis,vt notatur.ff.de publi.l.ſi

ego.§.pactus.arg.l.cum hæres.de diuer.& temp.præſcriptio.
Solutio,quod dicitur habet locum ſecundum leges,ſecus ſe-
cundum canones:vbi non attenditur bona fides,& mala fi-
des defuncti,ſed ſolùm hæredis ſecundum Dy.Ratio patet,
quia aliâs ſequeretur,ꝙ ſi defunctus habuiſſet malam fidẽ,
& hæres haberet quantũcunq; bonam fidem,ꝙ nunquàm
præſcribere poſſet quod eſt ab urdum:licet tamen in perſo
na hæredis nõ purget vitium perſonę.ſ.mala fides defuncti,
ſcd'm leges,põt tamen purgari vitium rei.ff.de vſucap.l.niſi
lex eſſet.§.j.& ibi not.Item licet ſecundũ leges,mala fides de-
functi noceat hæredi,qui habet bonam fidem,non tñ nocet
habenti cauſam per titulum ſingularem ab hęrede:vt.l.põt.
ff.de vſucap.Quid ſi ciuitas,vel collegium tenet rem aliquã
mala fide,quomodo purgatur mala fides?Solutio mortuis il
lis,qui ab initio ſciuerunt ad hoc quod notat Inn. extra de
iure pa.cura.& ſufficit bonam fidem eſſe in maiori parte cõ
uentus:per id quod notat ibidem Inn.arg.de hoc,quæ fiunt
à maiori parti capituli.c,j.ff.ad municip.l.ꝙ maior. Nunqd
33 ſecundum leges,mala fides † authoris noceat emptori vni-
uerſitatis,ſeu omnium bonorum:ſicut mala fides defuncti
noceat hæredi?Dic quòd ſic:& eſt gl.no.ff.pro empto.l.ij.§.
eius bona.facit de peti.hæredi.l.nec nulla.§.ſi quis.tamen li-
cet quoad hoc ęquiparetur hæredi,non tamen quoad acq-
ſitionem dominij:nam in hærede tranſit dominium ſine ali
qua appręhenſione.ff.de acqui.poſ.l.cum hæredes. non ſit
mixtum.licet in actione pro ſocio.l.ij.& quod ibi notatur.
Ita notat in gl.ff.pro dote.l.j.An mala fides ficta interrum-
pit.Quidam volunt dicere ꝙ non:quia ex quo iurauit de ca
lumnia,pręſumitur habere bonam fidem,quia non præſu-
mitur ſuę ſalutis immemor.j.q.vij.ſanctius.& quod not.de
do.& contu.finem.in auth.de iud.§.oportet.dic ꝙ ſic.vt not.
xvi.q.iij.c.j.&.c.peccatum.j.de reg.iur.lib.vj.Et ex hoc dico,
quòd lex ſi poſt acceptum.ff.de rei ven.quæ dicit vſucapio-
nem non interrumpi,lite.conteſt.nõ procedit de iure cano
34 nico.Quæritur † an mala fides inducta per litis conteſta-
tionem duret lite finita?& videtur quòd non.C.de fruct.&
& lit.expen.l.ij.dic contra,quoniam quando aliquis effectus
productus eſt ex actis tendentibus ad litis ordinationem,li
cet lite perempta acta pereant.l.cum lite.ff.iudi.ſolui.non ta
men effectus qui productus eſt ex eis,ad hoc qd notat In-
no.de teſti.cauſam.& hoc innuit gl.xj.q.iij.per ſingulas.quæ
notat quòd ex quo lis eſt conteſtata,ſi per mille annos tene-
rem,nunquã præſcriberem ſecundum canones.Secus ſecun
dum leges,quia de mala fide nõ curant.An per non bonam
fidem ſuperuenientẽ fiat interruptio.Inn.e.tit.c.finali.non
bene firmat.Bar.ff.de vſucapio.l.generaliter.dicit ꝙ non.li-
cet bona fides ab initio impediat inchoari.Ego dico cõtra,
quia in prædicta regula poſſeſſor.eſt gl.ꝙ oportet in quali-
bet parte pręſcriptionis agnoſcere bonam fidem. & notat
etiam xiiij.q.vj.ſi res.xvj.q.iij.§.præſcriptionũ.Prætereà iſta
eſt ratio,quare ſit interruptio per lit.conteſt.quia dubitare
incipit,an ſit ſua,vel non,vt not.xvj.q.iij.c.j.& ſic non bo-
nã fidem habet.Prętereà actus erat in pꝫficiẽdo,ergo ſi ve
nit ad caſum à quo incipere non poteſt,interrumperet per
illud, quod ſupradictum eſt.Et ſi audacia conceditur ſurtè
poſſet attentari ꝙ interruptio,quæ fit per litis cõteſtationẽ,
ſecundũ ius canonicum noceat præſcribenti,& proſit quo-
ad omnes.Et facit quod dicam infra de mala fide.quę ſuper-
uenit reſpectu vnius,& gl.xvj.q.iij.§.quòd ſi per naturalem.
intelligenda eſt de iure ciuili.Et quod notat Inn.de præſcri.
illud.& quod notatur ibi in gl.an ſi ſuperueniat,& reuoca-
tur an erit facta interruptio.Dicit Inn.eodem titu. c.finali.
quòd non.Ideò dixi in concluſione irreuocabiliter. quod
eſt notandum,quod ratione,& iure difficile eſſet probare.
Hoſti.tenet contra, per capitulum,veniens.de præſcriptio.
in fine.volens tenere dictum Inno.reſpondere poteſt,dicen
do ſic in.c.veniens.reuocatur mala fides reſpectu futuri tem
poris,non præteriti:dictum autem Inno.intelligere, quan-
35 do etiam reſpectu pręteriti reuocatur.Quid ſi † ſuperuenit
mala fides reſpectu vnius perſonæ,an ſit facta interruptio,
quoad omnes Bar.ff.e.l.naturaliter.quòd non.allegat quod
notatur.ff.de acqui.poſſeſsio.l.ſi quis fundum & qd notatur.
de pręſcript.xxx.annorum.l.ſicut.in gl.mala fides.& videtur
caſus.ff.qui potiu.in pi.ha.l.qui balneum.in fine.Ego cõtra-
dico,ratio ſi ego credo rem eſſe titij,licet non ſit Titij,ſed
ſit Seij tñ eam credo non eſſe meam:vt.ff.de procur.Pom-
ponius.§.ſi is.ff.de except.rei iudi.l.finali.inter nie.xxiij.qõ.
prima.didicimus.ergo nõ præſcribit.quia eſſet eo caſu con-
tra conſcientiam cui actui hoc.c.& regula.poſſeſſor.&.c.fi-
nali.de pręſcript.obiurgare volunt.non obſtant iura ſupra
allegata,quia non loqitur de mala fide reſpectu perſonæ,ſed
reſpectu rei, vt puta credebam fundum eſſe meum, poſteà
ſuperuenit mala fides in parte:quia credo Titium vſumfru-
ctuarium,in vſufructu ceſſat præſcriptio,ſed manet in pro-
prietate,quia in ea conſcientia eſt ſalua.Quid ſi eſt mala fi-
des,reſpectu partis rei,an impediatur pręſcriptio in tota re
ita ꝙ nulla pars rei prẹſcribi poſsit?Dic aut ignoratur quæ
pars ſit aliena,& tunc nulla pars poterit pręſcribi:quia pro-
pter ſcientiam partis incertæ abeſt bona fides.in toto fun-
do:vt eſt lex notabilis.ff.pro empto.l.emptor.Aut ſcit quæ
eſt aliena,ſiue pro diuiſu,ſiue pro indiuiſu, & tunc in alijs
procedit.vt dicta.l.emptor.ſecundum quod ſupra dicebat.
36 Sed gl.l.emptor.quærit de vno.Quid † ſi emptor qui emit,
ignorat quòd aliqua pars ſit aliena,& dicit,vendo quicquid
iuris habeo in fundo iſto,an vſucapio procedit?Glo.in prę-
dicta regula poſſeſſor.ſecundum vnam ſolutionẽ quòd ſic.
dicit Bart.in.l.emptor.aut venditor.dicit vendo quicquid
iuris habeo,& tunc non procedit vſucapio:quia iſto modo
non poteſt fundus poſſideri.ff.de acquir. poſſ l.locus. Aut
dicit vẽdo quicquid iuris habeo in fundo iſto,& trado fun
dum iſtum totum,tunc procedit vſucapio,quia credit ſe to
tum emere,quod non in primo caſu.nec mala fides vendi-
toris in parte rei mota nocere habet emptori.l.qui fundũ.
§ procurator.ff.pro empto.hoc autem dictum vltimò vide-
tur dubium mihi,an procedat hoc,per auth.malæ fidei poſ-
ſeſſor.qui propter ſcientiã malæ fidei in parte incerta,abeſt
bóna fides in toto fundo,licet non ſit mala fides in toto fun
do,& dubium pulchrum venit in hoc,an nõ bona fides vẽ-
ditoris noceat emptori,ſicut mala fides?&c. videtur quòd
non,quoniam authen.malæ fidei.C.de præſcript.venit cor-
rectiuè.& ſic non extendit ſe,ad non bonam fidem: ex quo
37 tantùm de mala fide loquitur.Quid ſi titulus † venit ad nõ
titulum,interrumpitur ne præſcriptio, ſicut ſi bona fides
ad non bonam &c.Solutio,dici ſolet,aut defectus tituli non
inducit priuationem dominij in eo,qui dominus eſt, tunc
etiam in eo qui dñs non eſt,tollit conditionem vſucapien-
di:vt.ff.de vſucapio.l.ſi hominem.nam ibi non fit interru-
ptio,quoniam ſi fieret interruptio,non fieret acceſsio. Aut
inducit priuationem dominij,& tunc contra eum in quẽ
transfertur,ceſſat conditio vſucapiendi.ff.de acquir.rerum
do.l.quæſitum.contra alium non eſt facta interruptio.vt.ff.
de acquir.poſ.l.Pomponius.§.ſi legatario.aliâs ſi fieret inter-
ruptio,non fieret acceſsio:an mala fides faciat præſcriptio-
nẽ poni in ſpecie furis,vel raptoris,videtur ꝙ non:nam act⁹
furis,& raptoris punitur per.l.vt patet.ff.de fur.per totũ.&
inſti.de vi bo.rap.per totum.Sed actus malę fidei non puni-
38 tur,ergo,&c.Solutio furtum † & rapina lædunt rempubli-
cam,mala fides conſcientiam,non rempublicam:vt hic pa-
tet per dicta in prima oppoſitione.ergo &c.Item furtum,&
rapina conſiſtũt principaliter in vſurpatione rei alienę,ma
la fides ex poſtfacto in præſcriptione,& detentione.In con-
trariũ facit,per id quod notatur.xiiij.q.v.ſi quod inueniſti.
Solutio ſecũdum fratrem Geraldum quoad actum exterio-
rem præſcribens cũ mala fide non cenſetur fur,nec raptor.
Sed quoad actum interiorem,hoc eſt conſcientiam ſic. vn-
de dicit canon.Si quod inueniſti,& non reddidiſti,rapuiſti.
quantùm potuiſti,feciſti,quia plus non inueniſti.qui alienũ
negat,ſi poſſet etiam tolleret.Deus cor interrogat,non ma-

num.xiiij.q.v.ſi quid inueniſti allegato. ¶ Ex hoc enim ſequiẽ, quòd iſte nõ poſſet ſaluari, niſi reſtituat. vt regula peccatum. ĵ.de regu.iuris lib.vj. An mala fides præſcriptionem iam cõpletam tollat in foro conſcientię quòd non videtur: Quia iuſtè poſſidet qui iure poſſidet. ff. de acquir.poſſ.l.iuſte.xiiij.q.iiij.quid dicã ergo per præſcriptionẽ hoc eſt effectum meum: & hoc quia cõſenſus interuenire dicitur. ff. de ver. ſignificat.l.alienationis. ergo licitè poſſum retinere. In contrariõ videtur.xxxiij.q.ij.ſi virgo.& in hac decretali vigilãti.& in prędicta regula peccatũ. hæc quęſtio poſita eſt ꝑ gloſſatores hic, &.ĵ.e.c.ſi.&.xiiij.q.vj.ſi res. ¶ Theologi videntur tenere, quòd ſic.& ſequiẽ hoc ẽfrater Gerald⁹ qa cur
39 ſus † temporis nõ fauet malę fidei vt hic patet, & in prædicta regul.poſſeſſor.& ſi non tolleret pręſcriptionẽ, fauorata eſſet mala fides à ꝑſcriptiõe.ij. q.j.eos.j.q.iij.ſi qs obiecerit. Item bona fides eſt fundamentũ, ſublato ergo fundamento tolliẽ ędificiũ vt exemplũ patet in domo materiali, & facit j.q.prima principat⁹.& c.cũ paulus. Item veritate ſuperueniẽte, omnia veritati cedunt.viij.diſt. veritate. & c.q̃ cõtra. Et ſic ꝑſcriptũ mutabiẽ io nõ ꝑſcriptũ. Si dicas iura loquẽtia de præſcriptione, erunt ſuperflua, non ſunt, quia in foro litigij non põt compelli, ſed in foro cõſcientię debet ¶ Si dicas iur canonicũ etiam forum conſcientię reſpicit, verũ eſt, in his quæ ad vtrunq; forũ reduci poſſunt: quia non occulta. Nam occulta Deu relinquũtur.xxxij.diſt.erubeſcant. Io. And.ver.vbi.ſ.& Inno.de præſcrip.c.fina. quòd nõ tollat & non teneaẽ reſtituere. ¶ Ray.de præſcrip.re.imo.§ quæ exigãtur.ſub.§. quanquã.dicit ſi habet conſcientiã de tenendo, reſtituere debet: vel ſi habuerit ante, ſed eam depoſuit de cõſilio peritorũ propter ambiguũ duplicitatis, cõſulit ꝙ reſtituat, quod ſi non facit nõ inter damnandos, nec inter ſaluãdos ponit Hoſti. Et licet quidã velint diſtinguere, inter habentem cauſam lucratiuam, & cauſam onerosam, dicit expreſſè, quòd nõ tenetur: nec eſt ſcrupuloſus in hoc ipſo, ſaluo quòd ſi haberet conſcientiã, tunc non deberet facere cõ
40 tra conſcientiã, & hoc quia † præſcriptio eſt acquſitio, quæ etiam ad ęquitatem naturalẽ reducitur: vt ſupradictũ eſt. Et lex facit iſtam acquiſitionem principaliter, ſicut propter neceſſitatem, quis alienã rem capere poteſt: de furtis.c.ſi quis. & rem habens ex donatione principis, non teneẽ eam reſtituere. ff. de cuic.l.lucius. ff. de rei ven.l.item ſi verberatũ. hãc opinionẽ ſequitur Ioan. And. & hoc probat.c.ad aures. ĵ.e.
41 &.c.j.e.ti.lib.vj. nam vbi ius cõmune † reſiſtit, & poſteà patiẽ adhuc licitè põt opponere præſcriptiunẽ. Ad cuntraria patet reſpõſio, quia bona fides eſt fundamentũ pręſcriptionis exiſtẽtis in fieri, nõ in facto eſſe. Item res nõ eſt aliena, & ſic nõ obſtat regula pctĩ cũ ſimilib⁹, an mala fides ſuperueniẽs impediat de iure ciuili publicianã? non eſt dubium ꝙ nõ, vt notatur. ff. de publi.l.traditionẽ. de iure canonico ſic videẽ, quia iſta ſunt cõuertibilia pro aliquo cõpetere publicianam & vſucapi. ff. de publi.l.eum qui.& vt dixi.ſ.ſecunda propoſitione. hoc videtur velle tenere Bar.in l.Põponius.§ ſi iuſſu. ff. de acqui.poſſ. ¶ Sed dic contra, quoniã iſta loquiẽ in pręſcriptione, in qua acquiriẽ ius tertij & dñij, vnde ad publicianam non trahitur, licet ab initio requiriẽ ꝙ habeat bonã fidem, ſecundum not.in c. Abbate. & de re iudi.lib.vj. Et eo modo dico, ꝙ authentica malæ fidei. C. de præſcrip.longi tẽporis. quę dicit, ꝙ mala fides vẽditoris nocet emptori in pręſcriptiõe longi tẽporis, nõ habet locũ in publiciana quia ex quo de ea non diſponiẽ, ſtabitur iuri veteri, ſecundũ quod mala fides venditoris nõ nocebit. licet glo. ff. de publi.l. cum qui.§ proinde. & Bar. ff. de acqui.poſſ.l.rem quę nobis. videãtur tenere cõtrariũ. ¶ Quęritur dictũ eſt.ſ.ꝙ eccleſia cõtra priuatũ ꝑſcribit ſpacio.x.vel.xx.annorũ, ſicut priuatus ꝑſcriberet. Itẽ in iſta ꝑſcriptiõe, mala fides tradẽtis nocet ſi eſt in
42 initio contractus. ¶ Quid ſi expoſt † facto ſuperuenit mala fides in tradente, an præſcriptio interrũpatur ſecũdum ius canonicũ, ſicut ſuperueniẽs ex parte ꝑſcribentis? Glo.xvj.q.iij.in ſum.videẽ innuere ꝙ ſic. ¶ Ego aũt credo ſecus, & ſic ratio, quia ius canonicũ hanc continationẽ bonę fidei requirit ex parte præſcribẽtis vt faciat cõtra conſcientiã. Sed mala fides tradentis ſuperueniẽs nõ facit ipſum facere aliquid contra conſcientiã. glo.xvj.q.ij.in ſumma.intelligiẽ ex parte vſucapẽtis. ¶ Quarta ꝓpoſitio, bona fides in præſcriptiõe non ꝑſumitur, niſi alio modo probeẽ, patet iſta habere bonam fidẽ, in iſta re eſt factũ, modò ius factum nõ pręſumit: vt expreſſe notaẽ per Inno.de in integ.reſti.c.ij.qa licet quo ad hoc qđ eſt eſſe in charitate, quis ꝑſumatur bonus de ſcrutinio.c.vno.& dicã in regula ſemel malus.tamẽ in ꝑſcriptione bona fides nõ præſumiẽ niſi probetur: licet ipſe de ꝑſcriptio vigilanti videaẽ contradicere: & c.ſi diligenti & gl.xvj.q.iiij.volumus enim. videtur dicere contra & malè, niſi intelligatur, ꝙ qui malam fidem obijcit, debet probare habita præſumptione pro bona fide: ſecundũ ꝙ.ĵ.diceẽ. Sic glo.de c.ſanctorum de pręſcript. Ita credo in alia acquiſitione, vbi requiriẽ bona fides, de qua ſupradictũ eſt in ſecunda oppoſitione. ¶ Opponiẽ contra, de eo quod notat Innoc.de iudi. nouit.in fine. vbi in actu cõſcientię, ſufficit ꝙ cunſciẽtię ſuę ſufficiat. & ſi dicit habere ius, creditur, dato quòd non probet ergo idem de bona fide, ꝙ ipſam ſufficit ſine probatiõe allegare, quia ꝑſumitur. ¶ Solutio iſtud procedit, quãdo agitur per viam denũciatiunis tantùm, quia ſi directè per formam iudicij nõ ſufficeret allegare, niſi probareẽ.xxiij.q.vij.
43 c.accuſ.defectũ.xxiij.q.j.quiſquis. ¶ Quęro quomodo † probatur bona fides? Solutio probato titulo ꝑſumitur bona fides: vt.l.penul.C.de pręſcrip.longi tẽporis.& ibi no.de re iudi.Abbate.lib.vj. vel probaẽ per alias coniecturas, quas vir bonus habet arbitrari. vt notat Inno.vbi.ſ.& ex publica fama, & opiniõe probaẽ.ar.l.cùm quidã.§ quod diciẽ. ff. de acquir.hęre.& l.at qui natura. in pri.de neg.geſt.l.iij.C.de proba.Glo.xvj.q.iij.dilectis. quod probaẽ per iuramentũ, ſi alio modo probari nõ poteſt. Et idem dicit de titulo, & facit ad
44 hoc quod not.inſti.de acti.§ alię.ꝙ † pendẽtia ab animo, ꝑ ſacramentũ probãtur. pro hoc etiam facit. ff. de iti.act.q; priua.l.j.in prin. & quod no. de re iudi.c.penul.lib.vj. hæc glo. non eſt vera, niſi iungas eam cum dicto Inno. habitis aliquibus cõiecturis ꝙ tunc per iuramentũ probeẽ. ¶ Sed nũquid denunciatio facta ante titulũ emptori, vt nõ emeret fundũ tollat iſtam ꝑſumptionẽ? Dic ꝙ ſic. C.de rei ven.ſi fundũ. ff. de his, quę in frau.cre.l.ait prætor.§ ſi quis particeps. Sed ſi eſt facta tantum ante titulũ, & emptor ſciebat denunciantẽ habere ius, vel dubitabat: vt.l.viriliter.§ ſi adierit.de le. præſtan. Secus ſi certũ eſt, ꝙ non habeat ius denũciandi. C.de reſcin.ven.l.ſi maior. non obſtat.l.j. de ope.no.nunciatione.qa ibi ſpeciale ꝓpter authoritatẽ pętoris conteẽptam. de hoc not.xxiij.q.quã magnum.& Cyn.in l.ſi fundũ. Sed denũciatio facta poſt titulũ non: vt not.Inn.de ma.& ube.dilecti.facit.l.alienam.pro emp. non obſtat.l.Item veniũt.§ petitam. quia ibi rem nõ fuit adeptus iuſto titulo. vnde denunciatio facta poſt appręhenſam poſſeſſionẽ, facit ipſum malæ fidei ſecus ſi fuiſſet adeptus iuſto titulo, & bona fide. eadem modo ſi eſſet fama in curia nam tunc tolliẽ præſumptio bo.fi. ex titulo quia ꝑſumitur ſcientia: de præſumpt quãto.& qđ no.C.de periculo tuto.l.ſi tutor. ¶ Eodẽ modo, ſi quis emiſſet contra legum interdicta, ceſſari ꝑſumptio.C.de agri.& cen.l.quemadmodũ.ĵ.de reg iuris.lib.vj.c.quę contra. Vel ſi dolo ipſe induceret ad cõtrahẽdũ. ff. de du.l.& eleganter.C.de inuti ſtipul.l.dolo. vel ſi euinceret à pupillo ſine tutore, vel cum eo quem tutorẽ non ſciebat. ff. de publi.l.quæcunq;
45 in fine ſecũdum Dyn. ¶ Tertio quęro in † ſeruitutibus ad hoc quis pręſcribat requiritur ꝙ non vi nec clam, nec pręcario poſſideat. ff. ſi ſeruitus. ven.l.ſi quis diuturno. quomodo probaẽ vel quomodo hoc pręſumitur. Dyn.voluit dicere, ꝙ ꝑſumitur, quia quod operatur titulus in rebus corporalib⁹, hoc operanẽ vſus & patientia ĩ reb⁹ incorporalib⁹.C.de ſerui.l.ij. Sed ꝓbato titulo, pręſumiẽ bona fides in corporalib⁹, ergo eodem modo videẽ in incorporalibus probato vſu, & patiẽtia: quia res quęlibet ab initio eſt libera. Pro hoc facit.

quod no de cauſa poſ.cũ eccleſia. ¶ Sed in contrariũ facit.l.j.
in prio.ff.de iri.actũ ꝙ ptiua. & quod ibi notaꝛ quia ibi no-
tatur ꝙ bona fides hoc caſu probaꝛ per teſtes, hoc modo ꝗ
dicunt fuiſſe cõſtitutã ſeruitutem à tali, qui putabatur dñs
prædij ſed nõ erat. Doctores ſtant in hoc cum glo.ꝙ nõ pre
ſumitur niſi probeꝛ, etiam probato vſu, & patiẽtia, quia res
quælibet ab initio eſt libera, & ſic dicenti ſe habere ſeruitu
tem ius cõmune reſiſtit. C. de ſerui.l. altius. ideò præſumiꝛ
mala fides, niſi aliquo modo probetur bona fides. Ad hoc.ĩ.
e.tit.c.ad hæc.&.c.j.lib.vj. ¶ In rebus aũt corporalibus ius
cõmune non reſiſtit. Hoc etiam tenet Bart.in.d.l.j. Quantũ
tamen ad hoc, quod dicunt ius cõmune reſiſtere in ſeruitu-
tibus, dico ꝙ glo.tenet contra in.d.c.j. Sed & modũ probãdi
quem dicit gl. Doctores reprobãt, quia tunc oporteret pro
bare errorem tituli, in rebꝰ incorporalibus: & tunc nõ eſſet
differentia inter res corporales. & incorporales, cum etiam
in corporalibus, error tituli habeaꝛ pro titulo.ff. pro empt.
l.quod vulgo. Ideò Ia.de are.& moderni alij, & Cynus refe-
runt.C.de ſerui.& aqua.l.j.ꝙ ſufficit probare audiuiſſe à qui
buſdam vicinis fide dignis, ꝙ ſibi ius competebat, vel quòd
publica fama erat de hoc, ꝙ ſibi ius cõpetebat vt ſupradictũ
eſt. Ad.c.eccleſia poteſt dici.vt ibi not. per Docto.& etiã in
c.ij.de reſti.ſpo.lib.vj.qđ non erat contra ius.ſed præter ius
quòd aliquis electioni intereſſet vel ſorte illam glo. intelli-
ge ſecũdũ prędicta ¶ Quinta propoſitio eſt iſta.error iuris
quem bonæ fidei nõ facit, vt pręſcribere poſſit:patet iſta.ff.
de vſucap.l.nunquã.dico iuris quia ſecus ſi facti.ff.e.l.non ſo
lũm.§.quod vulgò.&.ff.pro empto.l.quod vulgò. Dico præ-
ſcribere, quia ſecus in fructuũ ꝑceptione vt.ff.de peti. hære
di.l.ſed & ſi lege.§ ſcire & nota.ff.de vſucap.l. ſi fuerit.§ j.ve-
rũ ſi locupletior eſt, reſtituit in quo factꝰ eſt locupletior.vt
notaꝛ in.d.§ ſcire. licet glo.in.l.hæredẽ. de his quib.vt indig.
ff.contra & nõ bene. ¶ Opponiꝛ de.l.poteſt.ff.de vſucap.ſo.
ibi non errauit in iure præſcribens, ſed tradens. ¶ Quid ſi
46 vterq; error † concurrit iuris & facti, videtur quod iuuetur
præſcriptio. quia quando ſunt duæ cauſæ, quarum vna no-
cet, alia prodeſt attenditur, quę prodeſt.ff.de iure fiſci.l.non
intelligitur.§ ſi quis palam.ff.ad Silleya.ſi quis in graui.de ſe-
pul.ſacris.§.ſi In contrarium, quia debet attendi cauſa, quæ
nocet, ex quibus cauſ.in poſ.ea.l.ſulcinius.§. quid ergo. licet
glo.contra.C.de vſucap.pro empto.l. venditori.& not.ff.de
ioris & facti.ignorantia.l.iuris ignorãtia. De hoc tãgit Cyn.
in.l.venditori.C. pro empto. ſecundũ quæſtionẽ propoſitã.
dic ꝙ attenditur error facti gloſſ.eſt in.l.ſi vir.ff.pro donato.
quoniam prę ſumptio malę fidei, quę inducebatur ex errore
iuris, tollitur per errorem facti.& ſic cauſa quę nocet, tolli-
tur per eam quæ prodeſt.& ſic illa quę prodeſt, eſt potẽtior
aliàs ſi non tollitur, attendiꝛ quæ nocet in cõtrarijs Et facit
de priuileg.c.j.lib.vj.& qđ notatur in cle.ꝑ literas.ſi aũt effe-
ctus vnius põt ſeparari ab alio, fit ſeparatio.l.relegatorũ.§.ſi.
47 &.l.ſequenti.de interdi.& releg. ¶ Sed quando † duæ cauſæ
concurrũt, quarũ vna prodeſt alia nec prodeſt, nec nocet, at
tenditur illa, quæ prodeſt.ff.de ſena.l.emancipatũ. Ia.de are.
dicit contra, quia attenditur error iuris. Cyn.aũt magis pla
cet opinio. Dy.C.de vſucap.pro emp.l.venditori. Sed cõtra
dictum Dy.& glo.facit.l.ij § ſi à pupillo.ff. pro empto. ¶ So
lutio dicit gl.in.d.l.ſi vir.& ſubtiliter. Aut error iuris vinciꝛ
ab errore facti, tunc error iuris non nocet. Verbi gratia vir
credidit donationẽ valere, ſi donabatur ab vxore, & ſic erra
uit in iure. In genere credidit etiã illud quod donabaꝛ, quia
tunc in eo valet donatio: nec in eo fuit prohibita de iure, ex
quo donãtis nõ erat. In.§.ſi à pupillo.error iuris nõ vincit.ſi
putaui pupillum poſſe vendere, fuit error iuris ſi credidi eũ
pupillũ, fuit facti.qđ non facit ceſſare error iuris, quoniã ſi-
ue ſit pupilli, ſiue extranei, non potuit fieri venditio.ff. de
reb.corũ.l.magis puto. An quilibet error facti ſufficiat. ¶ So
48 lutio, dic † ꝙ triplex eſt error facti, vnus iuſtus, & iſte non
iuuat in alijs cõtractibus, pręter quã in emptore. ¶ Quidã
iniuſtiſſimus, & etiam iſte in emptore iuuat. Ita no.& bene.ff.
e.l.celſus.ff.pro ſolut.l.iij. Sed hic eſt aduertendũ, quis error
eſt iuſtiſſimꝰ. Glo.in.l.iij.pro ſolu. dicit qui eſt in alieno fa-
cto, puta procurator meus vel ſeruꝰ dixit mihi ꝙ emit.ff.pro
ſuo.l.fin. Vel emi à pupillo, quẽ credebã puberẽ quia magnꝰ
erat.ff.pro emptore.l.ij.§ ſi à pupillo.ergo ex glo.illa inuiꝛ,
quòd poſſit eſſe iuſtus in facto proprio, & facit qđ no.de re
iudi. Abbate.lib.vj.in fine magnę glo. ¶ Quomodo eſt hoc,
quia in facto proprio, nõ eſt ꝓbabilis error.de reſcrip.ab ex-
cõicato de app.c.ſi à iudice.lib.vj.ff.ad Velleya.quanquã. So
lutio dicit Bar.in.l.celſus. aut quis errat in facto proprio, in
ductus ab aduerſario, puta vnꝰ venit, volo tibi tradere librũ
quem promiſi, dico ignoro, an tu promiſeris, tamen ipſe in-
ducit me ad credendũ, ꝙ promiſit. tunc ſi credo promiſiſſe,
eſt iuſtus error. vt in.d.l.iij. nam aduerſario poſſum credere
ff.de noua.l.doli.& qđ ibi notaꝛ. Aliàs ſi errat in facto pro-
prio, non inductus ab aduerſario eſt iniuſtus.vt.ſ. Sed cõtra
inſtatur eo caſu quo dñs transfert dominiũ, transfert etiam
non dñs.conditionẽ vſucapiẽdi.ff.de cõtrahen. emp.l.clauſ-
bus. Sed ſi aliquis credit mihi vendidiſſe, & tradit, hoc caſu
transferꝛ in me dominiũ, vt.ff. de cõdi. ob cauſam.per totũ.
imò plus dico, ſi ſciam ꝙ nõ vendidit, licet glo.in.l.ij.§ ſi ſub
conditione.ff.pro emp. cõtra ergo non dñs conditionẽ vſu
49 capiendi. Solutio duplex † eſt acquiſitio, vt plenius.ĩ.dicam
vna eſt quæ eſt inducta de iure naturali, vt eſt quãdo acqui-
rorem ex voluntate dñi.ff.de acquir.re.do.l.qua ratione.§ ꝑ
traditionẽ. hoc quoq; caſu iſta acquiſitio nõ impeditur per
errorem iniuſtũ ex parte accipientis: licet glo.not.cõtra in.l.
ij.§.ſi ſub cõditione. quia error meus iniuſtus, nõ impedit eiꝰ
voluntatẽ, ideò non impedit eius acquiſitionẽ, quæ ab eius
voluntate procedit, ad hoc optimè facit.l.ij.§ ſi ſub cõditio-
ne. quia ſi credo enim à quo emi, nũ eſſe dñm, & eſt, nihilo-
minus trãsfertur dñium in me propter volũtatem tradẽtis.
Quædam eſt acquiſitio, quæ directa nõ eſt indocta de iure
naturali, vt illa quæ eſt ꝑ præſcriptionẽ: & ibi oportet acqui
rentem habere bonã fidem, & titulũ ſecundũ ꝙ ſupradictũ
eſt. ideò iniuſtus impedit. ¶ Quid ſi credit titulum non ha-
bere, & habet: vel credit non poſſe pręſcribere, & põt nun-
quid iſte error nocet? ¶ Dic tu aut putat nõ poſſe præſcri-
bere, nec ſibi nec alij & tunc iſte error non nocet: aut putat
poſſe pręſcribere alij, ſed non ſibi: licet in veritate poſſit ſi-
bi, & tunc iſte nocet vt no.l.iuſto.§ filius de vſuca. Aut credi
dit titulum nõ habere, & habet. ¶ Sed ſcit tamẽ ſe poſſidere
& tũc iſte error nõ nocet.ff.ꝓ emp.l.ij.§.ſi ſub cõditione. Ad
hoc facit.l.nunquã §.fin.de vſucap. vbi hęres vſucapit titulo
quem habebat defunctꝰ licet hæres ipſum ignoraret: & ſic
50 hoc caſu potius inſpiciꝛ veritas quàm opinio. quia † pſcri-
ptio nõ eſt actus à ſolo animo dependẽs, imò etiam à poſſeſ
ſione dependet. In actibus aũt à ſolo animo dependẽtibus,
vt eſt aditio hęreditatis inſpiciꝛ magis opinio, quã veritas.ff.
de condi.& demõ.l.multũ.de le.iij.l.j.in prin. Si aũt ignorat
ſe poſſidere, & titulũ habere, & in veritate poſſidet.& titu-
lum habet tunc iſte error nocet.ff.pro ſo.l.ij.& not.ff.de ac-
51 qui.poſ.l.ij.in princ. ¶ Quæriꝛ an † ſolus titulus Prælati det
cauſam pręſcribendi Archi.xvj.q.j.ſi quis laicus.quòd nõ.In
hoc ſunt gloſſę cõtrarię vna eſt in.c.de quarta.ſ.e.quæ dicit,
quòd ſic & facit qđ notaꝛ de conſuetudine cum dilectus. in
glo.ſuper verbo cõſtitutum. Et quod notaꝛ de iure pa.cum
alia eſt de his quę fiũt à præla.cõtinebatur quę dicit cõtra.
Hoſti.in.c.j.de his quæ fiunt à pręla.reprę hẽdit illam glo.cõ
cordo iſto modo, Aut qui habet titulũ à pręlato, ſolo, credit
prælatum ſolum, & ſine capitulo hoc facere poſſe, tunc nõ
52 præſcribat, quoniã errat in iure: & † ſic errãs in iure, pręſcri-
bere non põt. Aut ſciebat pręlatũ ſolum hoc facere nõ poſ-
ſe. Sed credebat habere conſenſum capituli, quia dicebaꝛ &
tamen nõ habebat, & tunc iſte titulus dat cauſam pſcriben-
di, quoniã iſte errat nõ in iure, ſed in facto & hęc patent per
propoſitionẽ, & alia ſupradicta. ¶ Sexta propoſitio eſt iſta
pręſcriptio reſpicit ſolũ ius quod eſt, & ius agendi perſonali
ter nõ creat, patet iſta ſic. Nam pſcriptio cauſaꝛ à poſſeſſio-
ne.vt.ĩ.

ne:vt.j.proxima regula.& qd non eſt, poſſideri non pōt: quia
in nō ente actus non fundat: vt no.l.ſi quis fundum.ff.de ac-
quir.poſſ.& patet expreſſe, per id quod notat Innoc. de offi.
ordi.cōquerēte.vbi facit differentiā, inter priuilegiū & præ-
ſcriptionem.quoniā priuilegiū bene creat ius de nouo, præ-
ſcriptio autē non. Sed reſpicit creatū. & not.glo.j.q.j.nullus
emptor.Solutio, dixi aūt in propoſitiōe: *ius agendi &c.* Iſtud
patet p id quod ſupr.dictū eſt.Ideò iſta eſt ratio, quare poſ-
ſum p̄ſcribere rem Titij, quia illa creata eſt, & creatū eſt ius
agendi in illa re, & tamen nō poſſum p̄ſcribere obligationē:
cōtra aliquem: quia tūc nihil creatū eſt in obligatiōe: quod
poſſit præſcriptio reſpicere. Et ideò iſta eſt ratio, quare tem
quia nõ ſequitur ex hoc ꝓbato in genere ꝙ in ſpecie equus
conductus naturaliter mortuus fuerit. ¶ Debuerat enĩ for-
mare articulos, ſuper iotерſignijs equi, & probare illũ mor-
tum, & in alio inſtruit hæc decretalis nouos aduocatos, ſci-
licet ꝙ nõ arctent ſe, nec clientulos ſuos, ad probandum ſo-
lùm tempus præſcriptioni neceſſarium: vt quoad præſcri-
ptionem contra eccleſiam, ſolùm tempus. xl. annorum. quia
aliàs facile inueniretur interim obueniſſe, quod feciſſet dor
mire præſcriptionem: puta vacationem, ſcima, hoſtilitatẽ,
vel his ſimilia, de quibus dictum eſt. ſ. eo. ex tranſmiſſa. hoc
enim probato redderetur inutilis talis probatio. Nam ſi ꝓ-
baſti poſſeſſionem. xl. annorum tantùm & ego probo, ꝙ p
aliquos annos, menſes, ſeptimanas, vel dies, vacauit eccleſia,
ecce ꝙ non eſt completa præſcriptio. vt hic. ¶ Sed ſi probaſ
ſem de. xlv. annis, dato ꝙ ex aduerſo probetur quatuor inte-
rim annorũ vacatio, remanet probata integra præſcriptio.
vnde moderni aduocati ſic formant articulos, intendit pro
bare, ꝙ poſſedit rem talẽ. xl. vel quinquaginta annis & plus,
& tanto tempore, ꝙ eius initij vel contrarij non eſt memo-
ria, vt ſic teſtes deponant de quãremoto tempore noſcunt,
ſecundum Nouellam ¶ In glo. pe. ibi, *in alio.* ĩ. eo. cùm olim.
& facit quod notatur. x. q. j. relatum. *& in fine.* ſecundùm Vin
cen. non eſt ſolutum contrarium. ¶ Hoſti. dicit, ꝙ hoc ius
& ſimilia loquuntur de diuiſibilibus & ſeparatis, contraria
verò de indiuiſibilibus & contiguis: ad hoc. ff. de neg. geſt.
l. cum actum. & ff. pro emp. l. qui fundum. & ff. de vſucap. l.
rerum mixtura. & C. fini. regundo. l. j. ¶ Ad hoc etiam facit
de præben. quia ſæpe. & c. antepe. de conſecra. eccleſiæ vel al
ta. c. vno. de ſenten. excom. ſi ciuitas. in fi. lib. vj. & adde no-
tata Nouellæ. de capellis. mona. c. ij. Tamẽ quoad caſum no-
ſtrum, dici poteſt, ꝙ hic conſtabat alium poſſediſſe, aliàs p
poſſeſſionem aliquorum tenuiſſet Epiſcopus poſſeſſionem
omnium per iura priùs allegata. in glo. ¶ In gloſ. vltima ibi,
lecta eſt. & infra de regu. iur. non eſt in mora. lib. vj. & ibi § *ſi
dolo.* adde quod notatur. ſ. de in integrum reſtitu. ex literis.
& ibi, *quadriennium.* & fiet reſtitutio ſolùm ad tempus leſio-
nis. quod dic vt in clem. vna. de in integrum reſtitu. ¶ Nota
3 primò ex iſta decretali, qualiter inferior † Epiſcopo, puta
Abbas, iura Epiſcopalia poſſidere & præſcribere poteſt de
quo hic per Ber. in glo. tertia. ¶ Circa quod, ſecundum Hõ-
ricum ſic diſtingue, quia aut quæris de illis iuribus Epiſco-
palibus, quæ competunt ratione iuriſditionis, vt eſt inſti-
tutio & alia, de quibus legitur & notatur. ſ. de offi. ordi. con
quærente. & illa poteſt poſſidere, vt hic & . ĩ. eo. cùm olim.
¶ Hic not. Hoſti. & Ioan. An. ĩ. titu. proxi. cùm inter vos. ꝙ
verum præterquã de iure ſubiectionis vel obediẽntiæ in ſe-
ipſo, de quo dic vt dixi. ſ. eod. cum non liceat. ¶ Aut quæris
de illis iuribus, quæ competunt ratione Epiſcopalis ordinis
ſicut ordinatio clericorum, conſecratio eccleſiarum, & ſimi
lia enumerantur. xliij. diſt. quamuis cor Epĩ. & illa nõ poteſt

Abbas vel alius Prælatus inferior Epiſcopo,poſsidere:vt.j.
de conſe.eccle.vel alta.c.aqua.nec per conſequẽs per ſe pre-
ſcribere.vt.ſ.eo.cauſam quæ.ſecũdum Inno.& Hoſti.& Io-
an.An.hîc.&.d.c.cùm olim.ſecundum quod dicit Innoc.de
inſtitu.intellige titulari,ſeu collatoria,aut etiam corporali.
quod dic vt plené notatur.j.de priuilegijs volentes.c.ſané.
lib.vj.&.ſ.de offi.Archi.cum ſatis.ſecundum Hoſti. ¶ Aut
quæris de inſignijs Epiſcopalibus,vtrum poſsint per infe-
riores præſcribi,vel continué obtineri:& tunc dicit Ioan.
An.in Nouella.j.de priuile.c.Abbates.li.vj.ſuper verbo pri
uilegio.ꝙ Hoſti.ſ.de æta.& qua.cùm cõtingat innuit,ꝙ ſic:
quod eſt falſum per.c.alle.Abbates. vbi ſolum priuilegium
excœpit.¶ Ad idem.xciij.diſt.peruenit.ij.&.c.illud.de con
ſu.quantò.Item conſuetudo illa eſſet irrationabilis.item il-
la decre.Abbates.quæ fuit Alex.iiij.ſequæbatur, niſi vel de
conſuetudine iam præſcripta.quam literam poſuit Spec. ti.
de priuilé.quæ remota fuit per Bonifac. vt ſciatur , ꝙ hoc
caſu conſuetudo non valeret:ſecundum Ioan.An.Et credo
ꝙ melius.at.xij.diſt.hinc.Et de iſta materia no.Hoſti.& Io-
an.poſt eum.j.de pœ.& re.omnis.ſuper verbo proprio.dicé-
4 tes,ꝙ † metropolitani in ſua & aliena prouincia,etiam Epi
ſcopi in alienis dioc.& etiam Abbates,& Archidi.& capel-
lani,& ſimiles etiam Epiſcopalia iura,& ad hæc pertinẽtia
inquantum illa poſſunt in eos cadere , & per conſuetudinẽ
& præſcriptionem acquirunt ſicut de conſuet. probatur in
eo , quod legitur & notatur. ſupra de electio. dudum.§.tan-
dem.de offi.ordi.quanto.&.c.duo ſimul.&.c.irrefragabili.§.
exceſſus.de foro cõpe.Romana.& de appel.Romana.lib.vj.
de præſcri.probatur hoc in eo quod legitur & notatur hîc.
&.ſ.eo.ex tranſmiſſa.j.eo.cùm olim. &.c. veniens. de relig.
do.conſtitutus.&.c.venerabilis.&.c.cùm dilectus. ¶ Aliqui
tamen dicunt,ꝙ per conſuetudinem,nõ acquiritur , niſi ſit
per ſedem Apoſtolicam approbata,quibus non aſſentimus
quia expreſsè iura præallegata argum.pro ipſis.xxv. diſti.il-
lud.ix.q.ij.c.illud.& ſe.q.iij.antiquis regulis ſecundum Ho-
ſti.& Ioan.An.Henricus ad hoc.j.redibo,in.j.q. ¶ Secundo
5 nota † qualiter tempore vacationis eccleſiæ non currit præ
ſcriptio,quia non valet agere:& ſic nota qualiter non valen
ti agere non currit præſcriptio.de quo hic per Ber.in glo.vl
ti.verſu ſed nunquid ei. ¶ Circa quod ſecundum Henricũ
ſic diſtingue , quia aut quæris de præſcriptione inducta ab
homine,& illa bene currit etiam contra non valentem age
re,vt notant Hoſti.& Nouella.j.titu.proxi.c. quod ad cõſul
tationem ad finem.& dixi.ſ.de offi.deleg.quærenti. ¶ Aut
de inducta à lege,& tunc aut quis impeditur agere impedi-
mento iuris,aut impedimento facti. Si impedimento iu-
ris,tunc aut impedimentum iuris præcedit inchoationem
pręſcriptionis,& tunc ipſo iure non currit præſcriptio.ver
bigratia,filiofamilias in poteſtate patris exiſtenti defertur
hæreditas materna,quandiu eſt in poteſtate,non põt actio-
nem intentare,nec currit præſcriptio ipſo iure,quandiu nõ
poteſt agere contra ipſum:vt.C.de anna.excep.l.j. in fi.C. de
bonis maternis.l.j.j.de appellationibus.ex ratione. ¶ Aut
impedimentum iuris peruenit poſt inchoatam pręſcriptio
nem,& tũc aut impeditur agere propter iuris ſui proſequu
tionem quod proſequitur alio modo,aut nullo modo pro-
ſequitur ius ſuum. ¶ Si primo modo non currit ſibi pręſcri
ptio ipſo iure,verbigratia pater tuus moritur te exhæreda-
to,tu habes fortè querelam inofficioſi teſtamenti , & que-
relam falſi,vtraq; durat quinquennio & non vltra. ¶ Pone
ergo tu intentas querelam falſi, dicendo teſtamentum fal-
ſum,non potes durante iſto iudicio,intentare querelam in-
officioſi propter repugnantiam: in primo enim iudicio,ſci
licet falſi,dicis teſtamentum non valere in ſecundo dicis va
lere,& ideò non currit tibi præſcriptio:vt.C.de inoffi.teſta
mento.l.contra maiores.per eãdem etiam viam facit.ff.ad.l.
Iul.de adulte.l.ſi maritus pręuenerit.&.l.quinquẽnium.ſi ſe-
cundo modo,tunc currit præſcriptio.Sed reſtituitur ille cõ
tra quem currit:verbigratia,habes debitorem tibi obligatũ
actione temporali,cùm ſupereſſet tantũ menſis de tempo-
re princeps repente indicit ferias,currit tibi tempus,tamen
reſtitueris,cùm non poſſet tibi culpa imputari.vt.ff.ex qui-
bus cauſis.ma.l.ſed & ſi per prętoré.§.ſi ferię. ¶ Sequitur qñ
quis impeditur impedimento facti , & tunc refert aut quis
impeditur per tertium,aut per caſum,aut per ſemetipſum,
aut per aduerſarium,ſeu factum aduerſarij contra quem de
bet agi:ſi per tertium ,tunc currit ſibi præſcriptio,nec reſti-
tuitur:ſed habet recurſum contra illum tertium impedien-
tem. ¶ Quod verum,ſi ſit ſoluendo.aliàs ſi non ſit ſoluẽdo,
vel eſt talis,contra quem impeditus non põt habere recur-
ſum,tunc impedit,& reſtituetur contra debitorem:vt.ff.de
eo per quem factum eſt.l.fi.ſi quis cau.l.ij.in prio.&.l. ſed &
ſi quis rei capitalis.in principio.Si per caſum,tunc præſcri-
bitur contra eum,ſed reſtituitur.ff.de ſeru.ruſtico.prædi.l.
vnus ex ſocijs.§.ſi ſorus.aliâs incipit, & attilicin⁹. & ar.ſ.de
offi.ordi.c.paſtoralis.§.præterea.ver. verumtamen. ¶ Si per
factum ſuum proprium quis eſt impeditus agere , tunc aut
eſt factum tale,de quo debitor, ſeu aduerſarius non poteſt
ſibi imputare culpam vel negligentiam , & tunc non currit
ſibi præſcriptio, verbigratia,ego debitor feci tecum debi-
tore pactum de non petendo vſq; ad.xxx.annos durãte iſto
tempore.xxx.annorum non currit præſcriptio mihi : nam
ex quo per beneficium meum,habes dilationem,non potes
præſcribere.C.de præſcrip.xxx.annorum.l.malę.& eſt caſus
ſecundum Pe.de Bellaper.& Cyn.in authen.de appel.in.§.j.
colla.viij.& ſignatur.C.de tempo.appel.in authen.ſi tamen
in medio.per eãdem viam facit extra de appella.quandiu.in
cle.vt not.C.de pactis.l.pacta.not.in ſumma.& de inoffi.te-
ſtamento.l.contra maiores.Et eſt ratio,quia cum me culpẽt
alij,te me laudare neceſſe eſt.ff.de iure dotium.l.cùm in fun
do.§.j.licet quidam in dicto exemplo de debitore cui facta
eſt pactum de non petendo,vſq; ad.xxx.annos. dicant con-
trarium & reſpondent ad dictum.§.primum.ꝙ non facit ad
thũbum,quia ibi non virtute conſenſus impeditur præſcri
ptio,ſed virtute proſequutionis,quę fit in arbitrio:vnde nõ
currit ſibi tempus in alio,vt in.d.l.contra maiores. ¶ Quod
ſalua reuerentia eorum,non eſt verum ſecundum Pet. quia
6 † vbi proſequitur quis ius ſuum ,non currit præſcriptio.ve
rum eſt,vbi non credit ſibi de iure competere.ſed qui appel
lauit ſciuit de iure ſibi competente , ergo proſequitur iure
pacti,quod probatur ſic lege cauetur,ꝙ vbi ago ad exhibẽ-
dum,currit mihi præſcriptio in rei vendicatione,quia ſciui
mihi rei vẽdicationẽ competere vt.ff.ad exhibendum.l.Iu-
lianus ſcribit.§.quæſitum.ergo in caſu.§.allegati,ſi non eſſet pa-
ctum & conſenſus appellantis,curreret biennium ad proſe
quẽdũ appellationem. ¶ Præterea cùm proſequutio in via
arbitrij excuſet appellantem,hoc eſſet aſininũ dicere,ꝙ ma
gis excuſaret huiuſmodi proſequutio in cauſa arbitrij quã
proſequutio in ipſa cauſa appellationis.Sed patet , ꝙ proſe-
quutio in ipſa & eadẽ cã appellationis,non impedit curſum
biennij vt in authen.de appel.& intra quæ tempora.§.j.non
ergo reſtat dicendum,niſi ꝙ ibi conſenſus partium hoc ope
ratur. ¶ Et hoc dicit ibi apertè textus , quãdo dicit ſi etiam
decies milies pluſquam biennium,tempus exceſſerit &c.qa
non poteſt pars,culpare partem ex conſenſu, ex quo cõmo-
dum reportauit. ¶ Aut eſt factũ tale, de quo aduerſari⁹ põt
ſibi imputare culpam,& tũc currit ſibi tempus,nec reſtitue
tur.ar.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſi quis cùm tamẽ poſſet. vbi habes,
7 ꝙ ſi citatus † ad iudicium nõ veniret,nec iter arripuerit tẽ-
peſtiuè imò ſe arctauerit currit ſibi tempus nec reſtituetur.
Si aliquis impediatur agere per aduerſarium ſeu factum ad-
uerſarij,cõtra quẽ agi debet, tunc currit nihilominus præ-
ſcriptio ei.ar.ſ.de offi.dele.c.prudentiam.§.vlti . cum ibi no.
de eo per quem factum eſt.l.vlti.§.ſed & ſi ſtipulator.ij. me-
lius.C.de annali excep.l.vt perfectius.&.xvj.qõ.iij.§. poteſt.
ver.is autem cuius res.vbi habes,ꝙ ſi propter potẽtiam, vel
infantiam,vel abſentiam,vel fauorem aduerſarij , impedit
quis agere,tamen currit ſibi præſcriptio : niſi vt ibi dicitur
proteſtet.

proteſtef dices tu, quę eſt ratio, ꝙ vbi ipedimẽtũ iuris prę-cedit inchoationem præſcriptionis, nõ currit præſcriptio?
8 Si non poſt currit ratio eſt, quia † facilius impediuntur contrahẽda, quàm dirimantur iam contracta. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. patre furioſo. ĩ. de reg. ad Apoſtolicam. ſecundum Henricum. ¶ Iſtam diſtinctionem ponuit pro parte Pet. de Bellaperti, pro maiori parte. & Lambertus de ſal. C. de preci. impera. offe. l. quoties. in. iiij. q. ¶ Sed aduerte quia in membro penultimo. ſ. præcedenti, videlicet quando quis impeditur propter factum illius contra quem debet agi, videtur tenere Cy. poſt Pe. in prædicta. iiij. q. in fi. ꝙ tunc non currit præſcriptio. allegat in authen. de appella. §. j. & C. de præſcrip. xxx. annu. l. malè agitur. ¶ Sed fortè põt intelligi dictum Cy. de impedimento aduerſarij prouenĩete ex propoſito vel culpa aduerſarij. & quod ſupradictũ eſt, de impedimento proueniente abſq; propoſito & culpa aduerſarij: tu cogitabis, quia ego dubito, & adde quæ ſcripſi. ĩ.
9 de appel. c. ex ratione. ¶ Tertiò nota, ꝙ cũ † agitur de ſubiectione aliquorum, agitur contra eos qui dicunt illos ſibi eſſe ſubiectos. vt. ĩ. eo. cũ olim. & xvj. q. iij. inter. & ſ. de electi. querelam. & ĩ. de cenſi. c. cũ inſtãtia. & ff. de liber. exhi. l. vlti. de quo hîc per Inno. in glo. j. & per Ber. in gl. ij. & per No-
10 uellam. ſuper dicta glo. ¶ Quartò nota, ꝙ † Epiſcopus in tota diœceſi ſua, quoad omnia quæ ſunt iuriſditionis & legis diœceſanæ fundat intentionem ſuam de iure communi: licet in aliquib⁹ capitulis, Abbates poſsint præſcribere. ¶ Dicunt quidam, Abbatem aliter non poſſe præſcribere in ſe, niſi tempore illius præſcriptionis, alij de illis iuribus reſpõderent, vel alijs ſubſuiſſent. vt. ĩ. de priuilegijs. cùm olim. & C. de fund. patrimo. l. penul. Si enim alij non ſubfuiſſet, non præſcriberet. ſ. e. cum. nõ liceat. & c. accedentes. ſecundũ Inno. ſubdit Inno. ſic. Item nos non dicimus neceſſe Abbatem alij ſubeſſe ſed capellanias, in quibus fit præſcriptio, vt hîc. & ĩ. eo. cũ olim. imò plus dicimus, ꝙ etiam capellæ & ſi nõ ſubſint alij, ea quæ Abbas ibi poſſet poſsidere, poſſet & præſcribere: puta quartam decimatum, & mortuariorum & ſimilia. ſ. eo. de quarta. & c. ex tranſmiſſa. ar. ĩ. de ſepul. certificari. Sed obedientiam vel viſitationem in ſe ipſo non poſſent poſsidere, nec præſcribere, nec capellæ per ſe, nec Abbas per ſe, niſi alij obediant: quia in ſe non poſſunt ea poſsidere: nemo enim ſibi ex neceſsitate obedit aut ſe viſitat: & ſic de conſimilibus. ĩ. c. proximo. & ff. de arbi. l. pe. ſecundũ Inno. de quo ſatis ſcripſi. ſ. eodem. c. circa primum notabile. ¶ Quintò no. ſecũdum quoſdam, ſuper verbo exceptionẽ. ꝙ ſi Abbas probauerit ſe generaliter præſcripſiſſe ius Epiſcopale, in aliquibus eccleſijs, etiam non expreſsis capitulis exemptionis, & etiam ſi Epiſcopus dicit medio tempore ſe aliqua exercuiſſe, & ſic in aliquibus interrupiſſe præſcriptionem illam, interruptionem probare debet Epiſcopus: quod colligunt quidam ex iſto textu, de quo hic per Innoc. in glo. hîc colligunt ad quod. ĩ. redibo. ¶ Item no. hic Lignanus in probationibus producendis & recipiendis, ordinem ſeruandum eſſe, & pręſcriptionem & priuilegium, ſimul ab eodem allegari poſſe: de quo dicetur. ĩ. eodẽ venieus. ¶ Præ-
11 tereà not. hic Collectarius primo ibi, *adiudicantes*. ꝙ ſic † fertur ſententia adiudicatoria pro reo, ſicut pro actore, vbi de iure rei conſtat: & remittit de hoc ad collecta ſua, de reſtit. ſpo. ex conqueſtione. ¶ Secundò notat ibi, *vacauit*. ꝙ contra eccleſiam vacantem. non currit præſcriptio: & tamen eccleſia vacans, bene præſcribit. vt not Hoſtiẽ. ne ſede vacante. c. j. & in ſumma. ſub rubrica de vſucap. circa finẽ: & idẽ de pupillo, vt patet ex lectis. & no. xvj. q. j. § poteſt. verſu is autem. ¶ Tertiò notat ibi, *& ſi per tantum*. &c. ꝙ alius eſt effectus dormitationis quem inducit tempus vacationis vel ſciſmatis. ¶ Alius verò eſt effectus propriæ interruptionis, quia in primo, priora tempora non annihilãtur, ſed cũ poſterioribus corriguntur. Sed in ſecundo, annihilantur ex toto: & ſic oportet reincipere præſcriptionem à capite: vt legitur & notatur. ſ. eodẽ. illud. ¶ Quartò notat hic *per præſcriptionem*. acquiri iura incorporalia ſicut iuriſditionem Epiſcopa
12 leni Abbati. Nunquid † ergo per præſcriptionem acquiruntur rerum dñia? Ioan. j. q. j. nullus pluribus. videtur notare, ꝙ per præſcriptionem non acquiritur rei dñium, ſed acquiſitum ſeu creatum aduocatur. ¶ Sed Archidi. videtur tenere cõtrarium. eo. ti. c. j. in fi. Super quo vide lecta & notata. xvj. q. iij. clerici. ¶ Refert Collectarius ſe audiuiſſe à doctore repetente, ꝙ dñium directum non acquiritur per pręſcriptionem: ſed bene per vſucapionem, eo ꝙ poſſeſsio rerum mobilium vilis eſt, & facilius amittitur. ff. de acqui. poſ. l. ſi rem mobilem. & quod legitur & notatur, de reſti. ſpolia. olim. & facili⁹ poteſt deperire: facit quod dicitur de curatore, quod poteſt alienare res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. C. de admini. tuto. l. ſi. ¶ Subdit tamen, ꝙ cõtrarium notatur. xvj. q. j. § poteſt. vbi probari videtur, ꝙ non acquiratur directũ, ſed vtile: cum dicitur ibi vtiliter &c. & ſic poteſt intelligi qd notatur. xviij. q. ij. ſeruitium. & quod ſcripſit Ioan. An. de regu. iur. ſine poſſeſsione. ſecundũ eum. ¶ Petrus verò de Bellaperti. & Cy. poſt eum. C. de bonis maternis. authẽ. niſi tricennalis. tenent tam per vſucapionem rerum mobilium cũ titulo & bona fide, quæ appellatur vſucapio, ſtrictè ſumpta, quã per vſucapionem rerum immobilium cũ titulo & bona fide, quæ dicitur præſcriptio longi temporis. x. annor. inter præſentes. & xx. anno. inter abſentes, & quæ etiam appellatur vſucapio largè ſumpta, quã etiam per præſcriptionem longiſsimam. xxx. vel. xl. anno. dummodo cũ bona fide, procedat, etiam ſi titulus deficiat, acquiritur directum dominium: & hoc teneas & motiua ibi videas. ¶ Et adde omnino quę de hac materia ſcripſi. ĩ. eo. c. Epiſcopum. lib. vj. in
13 j. q. ¶ Quintò notat ibi ſi conſtiterit. ꝙ † non debet admitti ad probandum, quod probatum non prodeſſet: probato enim priuilegio, interruptio non proficeret: & ꝙ vbi vnum de alio mentionem facit, oportet illud exhibere. ¶ Item ꝙ
14 † petens in genere contra ius commune, non obtinet, niſi in ſpeciebus quas probat: vt hîc. & ĩ. eo. cũ olim. & c. veniens. Et quod legitur & notatur per Inno. ĩ. titu. proxi. cũ inter. in prin. ¶ Primò opponitur contra tertium notabile, ꝙ videtur, ꝙ cũ quis vult in ſuos ſubditos vendicare, ꝙ contra eos agere debeat, quia contra illos agi debet, apud quos eſt illud ius, quod per actionem vendicatur. argu. ff. de rei ven-
15 di. l. officium. actio † enim eſt ius perſequendi in iudi. quod ſibi debetur. inſti. de actio. in prin. ¶ Quid plura, ꝙ ſubdit⁹ cõueniri poſsit, videntur textus. ff. de viuris. l. hactenus. xij. q. ij. quicunq; militum. ſ. vt lite non conte. quoniam. & ĩ. de appel. c. ad audientiam. & ſ. de elect. querelam. ¶ Inno. fatetur contrarium, & dicit, ꝙ vterq; conueniri poteſt: & idem Ber. dicens, ꝙ dum conuenitur ſubditus, conuenitur nomine ſuo. Vnde dicit Inno. ꝙ agi poteſt cõtra illum qui detinet ſubditos, & etiam contra ſuditos, qui nõ obediunt: & eſt ratio, quia qua ratiõe faciunt quo minus poſsideam eos dum mihi non obediũt, eadẽ rõne poſsidere videntur iura, quæ in eis peto, vt dicitur in confeſſoria: vt. ff. ſi vſuſfruct. pe. l. j. in prin. & ff. ſi ſerui. vendi. l. ſicuti. § ſed ſi quæratur. & l. ſi quis diuturno. in fi. ¶ Sed ipſe Vincen. videtur notare cõtrarium. ſ. de ma. & obe. inter. iiij. contra poſsidẽtes autem, conſtat ſecundum Inno ꝙ rectè agitur. vt hîc & patet in eo quod legitur & notatur. ſ. de iudi. c. examinata. ¶ Sed quid ſi ipſe qui conuenitur confitetur ſe teneri obedire, cũ alius ſit tantùm in poſſeſsione huius iuris, an mandabitur ei, ꝙ obediat huic? Reſpondet Inno. ꝙ non: ſed fiet vt dicit quod ſcripſi poſt eum in prædicto. c. inter, quatuor. ¶ Sed aduerte ſecundum Innoc. quòd aliquando quis poſsidet iura aliqua, aliquando verò non poſsidet ea. Sed in eo poſsidentur inter quæ duo, differentia eſt notanda. Verbigratia quãdoque eſt aliquis in poſſeſsione, quòd non teneatur ire ad cõſilium, vel quòd poſsit ordinari, vel benedici ab Epiſcopo, à quo maluerit & conſimilia. ĩ. eod. veniens. ¶ Qoandoque verò non poſsidet iura, ſed ab alio poſsidentur in eo, ſicut monaſterium, de quo hîc agitur, dicebat ſe habere & poſsi-

dere quædam iura, in quibuſdam eccleſiis, quæ tamen eædẽ
eccleſię non poſsidebant, nec poſsidere poterant in ſeipſis:
quia nullus poteſt in ſeipſo ius vel ſeruitutem habere, nec
mirum, quia nec in re propria. ff. de ſerui. vrba. prædio. l. in
re communi. & in hoc vltimo caſu competit actio contra
vtrunq;, contra poſsidentem: quia poſsidet: & contra non
poſsidentem, ſed poſſeſſum: quia actorem vti non patitur
iure ſuo. & ideò in tali caſu, vterq; ſcilicet tam prędicto mo
do poſsidens, quàm poſſeſſus admittitur ad defendendum
litem: & ad aſsiſtendum defendenti: & ad appellandum. vt
16 not. j. titu. j. cùm ſuper. ¶ Et eſt ratio, quia non † tantũ præ-
latorum intereſt non perdere iura quæ habent in ſubditis,
imò quandoq; ſubditorum intereſt dominos non mutare.
¶ In primo verò caſu, videlicet quando agitur cõtra aliquẽ
tanquàm cõtra poſsidentem iura aliqua vel libertatem de-
fendentem, non poteſt Prælatus talis actoris vel rei, conue-
nire vel conueniri: nec aſsiſtere conuenienti vel conuento,
nec appellare, cum nec eius interſit. ij. q. vj. non ſolẽt. Quid
enim intereſt Epiſcopi diœceſani, ſi cleric⁹ ſuus vadat ad cõ
ſilium, vel ad ſynodum alterius, dummodo ſibi nihil detra-
hatur vel ſi euincitur ab eo iuriſditio, quam diœceſan⁹ non
contendit ſuam eſſe, nec à ſe teneri ſed & ſi de hoc agi poſ-
ſet alia via, eſſet agendum vt notatur. j. de appel. dilectis. ſe-
cundum Inno. ¶ Hoſti. autem dicit ego non poſſum capere
verba iſta, nec video, qualiter poſſet eſſe, ꝙ meus ſubditus
teneatur ire ad alterius ſynodum: vel ꝙ poſsit ab alio bene-
dici, vel ordinari, vel ꝙ alius poſsit in eo habere aliquã ſer-
uitutem, quin & mihi aliquod præiudicium generetur?
¶ Et eſt ſimile, quod ſcripſit Nouella. j. de donatio. c. inter
dilectos. in fine. & de exceſsib. Prelatorum. dilecta. ¶ Marti
nus verò dicit, ꝙ Hoſti. bene dicit in iurium pręſcriptione,
in quibus præiudicaretur ſuperiori, vt ſi alius ab Epiſcopo
iuriſditionem exerceat in ſubditum ſuum. j. territorium
ſuum. ¶ Vel ſi alius Archiepiſcop⁹ vtitur pallio in prouin-
cia alterius Archiepiſcopi, ſine eius licentia, contra capitu-
lum ex tua. de autho. & vſu pallij. & idem de portatione cru
17 cis. & c. s. de ma. & obedi. c. vlti. & s. de dila. c. fi. Sed in † præ
ſcriptionibus iurium, in quibus non præiudicatur ſuperio-
ri, ſicut in præſcriptione cenſus, habet locum opinio Inno.
quia licet interſit ſuperiorum habere ſubditos inferiores lo
cupletes, tamen iſtud intereſſe eſt minùs remotum, ſecun-
dum Inno. ¶ Quid dicendum? Certè non apparet mihi, ꝙ
Martinus directè percutiat ad contrarietatem Inno. & Ho-
ſtiẽ. ſed ad vnum indubitatum caſum, quem ponit Ber. hìc
ad fi. glo. ſecundę ibi: ſed ſi petere vellet ſed ad hoc j. redibo.
¶ Secundò opponitur contra quintum notabile, quia imò
videtur ꝙ Epiſcopus onere probationis grauandus non ſit,
nam & ſi pro Abbate facit præſumptio, pro Epiſcopo facit
ius commune: quod maius & fauorabilius eſt: vnde videtur
ꝙ ſemper ſit iudicandum pro Epiſcopo, niſi in capitulis, de
quibus Abbas ſpecialiter probauerit. argu. huius decretalis.
in fine. & j. c. cùm olim. ¶ Soluit Inno. dicens, ꝙ ſi teſtes vel
aliæ probationes Epiſcopi, dicerent Epiſcopum exercuiſſe
iura Epiſcopalia, & teſtes Abbatis illud idem dicerent de
Abbate, præferrẽtur teſtes Epiſcopi, quia veriſimiliora di-
cerent: nam iuri communi conſonarent. argu. s. licet. dum-
modo paritas eſſet in aliis: verùm ſi teſtes Abbatis dicerent
generaliter Abbatem exercuiſſe omnia iura Epiſcopalia, &
teſtes Epiſcopi, tantùm probarent eccleſias ſitas in diœceſi
Epiſcopi, & ꝙ exercuiſſet Epiſcopalia, nec dicerent omnia
Epiſcopalia adiudicarentur Abbati: niſi de aliquibus ſpe-
cialiter probaſſet Epiſcop⁹: vel niſi in aliquo probaſſet in-
terruptionem, quod fortè ſufficit probare per duos teſtes.
licet Abbas generaliter probauerit per plures arg. s. c. illud.
¶ Dicit tamen poſteà Inno. ꝙ hæc ſibi non placent. ¶ Sub-
dit tamen, ꝙ prudenter faciet examinator teſtium, ſi de ſin
gulis capitulis iuris Epiſcopalis interroget teſtes Abbatis:
tunc enim non valebit Abbati præſcriptio, niſi in. c. ex pro
batis. vt hìc in fine. & j. eod. cùm olim. ¶ Potes etiam dice-
re ſecundum eum, Epiſcopum poſſe probare interruptio-
nem in capitulis hìc poſitis, quia licet Abbas probauit ſe
eadem exercuiſſe per. xl. annos, tamen Epiſcopus probauit
interruptionem, quia etiam. j. illud idem tempus Epiſco-
pus exercuit illa pluries. ¶ Dicit tamen ſe de hoc notaſſe
plenìus. j. de reli. domi. cum dilectus. ¶ Aduerte quia quod
dixi. s. in verſi. dicit tamen Innocen. &c. ꝙ illa Innocen. non
placent: quidam non habent in Innocen. ſuo, vnde Mar. di-
cit, ꝙ illa ſibi placent, quia iſti articuli ſunt diuerſi, & ſic fa-
ciunt quę leguntur & notatur. s. de teſti. ſeries. Nam ſi teſtes
Abbatis deponant abſq; excluſione Epiſcopi, patet, ꝙ cùm
depoſitiones ipſę in nullo ſibi inuicem opponantur, quęli-
bet depoſitio per ſe ſtat. Sed ſi per modum excluſionis Epi-
ſcopi, in hoc negatiuè deponunt: vt probant magis pro Epi
ſcopo, duo affirmatiuè deponentes, quàm illi qui pro Ab-
bate deponerent negatiuè: & per hoc non obſtant notata
Innocen. s. de proba. licet cautam. vbi notat teſtem Abba-
tis, bene poſſe deponere Abbatem omnem iuriſditionem
exercuiſſe. ¶ Hoſtien. autem dicit, ꝙ hæc debet eſſe cautela
aduocati Epiſcopi, contra quem teſtes producuntur: quia
18 debet † aduocat⁹ huiuſmodi, petere omnia ſingulariter ex-
primi: vt. s. de offi. ordi. conquęrente. ad hoc. j. de teſtib. c. ij.
lib. vj. & tunc non proderit præſcriptio, niſi in probatis, vt
dixi. s. poſt Innocen. Et remittit Innocen. ad notata de capel
lis mona. c. dilect⁹. ¶ Circa quod iudicio meo, ſic diſtingue
re habes, quia aut Abbas vult ſolùm deducere præſcriptio-
nem iurium Epiſcopalium in certo territorio abſq; exclu-
ſione Epiſcopi, id eſt tali modo, ꝙ concurrat cum Epiſcopo
in exercitio illorum iurium, ſi quod inter eos præuentioni
eſt locus. ¶ Aut Abbas vult ſolùm deducere excluſionem
Epiſcopi, à iurib⁹ Epiſcopalibus in territorio certo per pręſcriptionem.
Aut Abbas deducit vtrunq;, videlicet & iura
Epiſcopalia in ipſo territorio per præſcriptionem acquiſi-
uiſſe, & Epiſcopum quoque ad illa in eodem territorio ex-
cluſiſſe. ¶ In primo caſu, dum agitur in concurſu de ſola ac-
quiſitione, dico ꝙ ſi Abbas probet per duos bonos teſtes,
bene clarè ſe per. xl. annos continuos iura Epiſcopalia in il-
lo territorio poſſediſſe, ſiue probẽt, ſiue deponant generali-
ter de omnibus, ſiue in ſpecie de certis iuribus, etiam ſi Epi
ſcopus probaret per mille teſtes, eadem iura ſe exercuiſſe
præferentur probationes Abbatis, tanquàm pertinentes
& facientes ad cauſam, ac faciẽtes ad poſſeſsionis probatio-
nem & repellerentur probationes impertinentes Abbatis,
tanquàm impertinentes, & nihil facientes ad cauſam: & eſt
ratio huius, quia non agitur hìc de iure vel poſſeſsione Epi
ſcopi, ſed ſolũ de iure & poſſeſsione Abbatis. ¶ Et quia hoc
caſu probationes Epiſcopi, in nullo cõtrariantur probatio-
nibus Abbatis, & per conſequens, illa nec vincere, nec exclu
dere poſſunt, & eſt ratio huius, quia licet dominium euidẽ
rei, nõ poſsit eſſe inſolidum apud duos: vt. ff. commo. l. ſi vt
certo. § ſi duobus. iterum tamen iuriſditio vnius territorij,
poteſt eſſe inſolidum apud plures: vt. ff. de offi. cõſulis. l. vna.
& patet in Papa, legato, & Epiſcopo, in quo eſt deputatus
legatus quod non proſequor. licet exercitium nõ debeat eſ-
ſe apud plures: ſed debet eſſe locus præuẽtionis, vt patet in
his quæ leguntur & notantur. s. de foro compe. propoſuit.
¶ Caue tamen, quia ſi Epiſcopus hoc caſu allegaret contra
Abbatem, ſe per Abbatis excluſionem poſſediſſe, tunc aut
Epiſcopus proponit Abbati volenti iuriſditionem in illo
territorio exercere, ſe oppoſuiſſe & Abbatem ab huiuſmo-
di exercitio excluſiſſe. j. tempus. xl. annorum, per quod Ab-
bas prætendit ſe præſcripſiſſe: & tunc plus proſunt Epiſco-
po duo teſtes hoc probantes, quàm Abbati mille: & in hoc
ſequor dictum Martini quia ſi Abbas primò poſsidebat, a-
ctus iſte etiam ſi vnicus fuerit, naturalem interruptionem
19 operatur. iuxta ea quæ not. s. eo. illud. ¶ Poſſeſsio † autẽ quã
tuncunq; bene probata, ſi conſtet eam fuiſſe interruptam,
non iuuat ad præſcriptionem: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. quæ
vniuerſas. § j. & ij. & de vſucap. l. naturaliter. ¶ Hoc verum,
niſi Abbas

niſi Abbas probaret ſe non obſtante oppoſitione Epiſcopi,
ad exercitium iuriſditionis amiſſum fuiſſe, ac poſſeſsionem
ſuam hoc non obſtante debitè continuaſſe, quia tunc teſtes
Abbatis, præualerent: quia tunc eorum depoſitio ſolùm af
firmat: & depoſitio teſtium Epiſcopi, negatiuam includit:
videlicet in eo quod dicunt Abbatem fuiſſe excluſum ſeu
repulſum, in hoc enim negant ſe fuiſſe admiſſum. ¶ Dico
tamen, ꝙ ſi depoſitiones vtriuſq; concernerẽt eundem actũ
loco, & tempore vniformiter coarctatũ, teſtes in actu præ-
ſentes æquè poſſunt negatiuè, ſicut affirmatiuè deponere:
vt patet ex notatis Nouellæ. ſ. de elect. bonę. Et ideò in tali
caſu, cæteris paribus, præferrem in dubio teſtes Epiſcopi,
propter dubium præſcriptionis, & fauorem iuris commu-
nis. arg. eius quod ſcripſi poſt Inno. circa principium huius
oppoſitionis. ibi ſoluit Innocen. &c. & maximè, ſi Abbas eſt
actor, & Epiſcopus reus. arg. ſ. de proba. ex literis. ¶ In ſecũ-
dò caſu, cùm Abbas vult ſolùm deducere excluſionem Epi
copi. Diſtingue, quia aut Abbas nõ probat, niſi ſimplicem
poſſeſsionem ſuam quadragenariam, & tunc credo, ꝙ etiã
ſi Epiſcopus nihil probet, abſoluitur ab impetitione Abba
tis, tanquàm nihil probantis. ar. C. de rei ven. l. fi. ¶ Et eſt ra
tio, quia libertas contra huiuſmodi iure cõmune faciens pro
Ep̃o, abſq; aliquo poſitiuo facto illi iuri cõtrario ipſius prę
ſcribentis præſcribi non poteſt. ff. de ſerui. vrb. prædi. l. hęc
autem iura. ¶ Et quod ſcripſit Cy. C. de ſerui. l. ſi aquã. in ſex
ta. q. & ſcripſi plenè. ſ. eo. c. de quarta. Fallit tamen, vbi Ab-
bas ſolus in illo territorio tenuiſſet per tempus legitimum
domum, tribunal, iudicem, notarios, carceres, & alia ne-
ceſſaria pro iuriſditione exercenda vel ad iuriſditionem hu
iuſmodi exercendã. ar. diſſolutionis. l. fi. ff. de vſucap. per. l. ſi
quiſquam. ff. de diuer. & temp. præſcrip. Et faciunt optimè
quæ ſcripſi. ſ. de offi. ordi. cùm Epiſcopus. in. j. q. vbi per to-
tam q̃õnem omnino videas. ¶ Aut Abbas vltra ſimplicem
poſſeſsionem, allegat & probat poſſeſsionem Epiſcopi ex-
cluſoriam, cauſatam ab aliquo ſuo facto contrario, vt puta,
quia dicit, cùm Epiſcopus vellet in illo territorio iuriſditio
nem exercere, Abbas ſe oppoſuit, & Epiſcopus oppoſitiõi
acquieſcens, ab exercitio deſtitit, & Abbatem ſolùm iuriſ-
ditione vti permiſit; & tunc ſi Abbas probat tale factum &
poſſeſsionem quadragenariam proſequutam, & Epiſcopus
nihil probet, Abbas obtinere debet: q̃a ab illo facto cõtra-
rio, poſſeſsio & præſcriptio Abbatis inchoare debent: vt
prædicta. l. hæc autem iura. Sed ſi Epiſcopus probet, ꝙ pen-
dente prædicto tempore. xl. annorũ, ipſe in dicto territorio
ſciente & permittente Abbate, iuriſditione vſus fuerit, prę
ualent plus duo teſtes ipſius, quàm plures teſtes Abbatis: ni
ſi teſtes Abbatis ad eundem actum percutiant. Sed & tunc
adhuc in dubio cæteris paribus, teſtes Epiſcopi præferren-
tur, per ea quæ ſcripſi in ſimili ad fi. caſus proximè præcedẽ
tis. ¶ In tertio verò caſu, videlicet cũ Abbas deducit vtrun
que, diſtingue, quia aut quæritur de ſola ſimplicis iuriſditio
nis acquiſitione, abſq; Epiſcopi excluſione, & tunc dic vt in
primo caſu, aut quæritur de Epiſcopi excluſione, & tũc dic
vt in ſecundo caſu: aut quæritur de amborum caſuum con
iũctione & hîc dico, ꝙ fatuus erit iudex, qui iſta coniunget:
quia tunc ſententia, aliquam obſcuritatem haberet, quæ ta
men debet eſſe clara & certa. inſti. de actio. § curare. & C. de
20 ſententijs quæ ſine certa quãti. per totum. & † ideò prudẽs
iudex, ſingula capitula clare diſtinguere debet. vt. j. de teſt.
Raynal. & c. Raynu. arg. ff. de excep. doli. l. j. & in procemio
inſti. § igitur. & inſti. de le. § non ſolùm. ¶ Et ſi iſta vellet cõ
iungere & ſuper conceſsione Abbatis Epiſcopi excluſoria
tanquàm tali, & tanquàm ſic qualificata pronunciare, tunc
ſeruare haberet ea, quæ ſcripſi in ſecundo caſu. ſ. proximo.
quia de caſu qualificato, non tanquàm de ſimplici, ſed tan-
quàm de qualificato, & ſolùm per reſpectum ad ſuam qua-
lificationem iudicari debet, vt patet ex notatis in cle. dudũ.
de ſepul. ad fi. in glo. dicit Ioan. monachi. ¶ Tertiò opponit
contra id quod notaui. ſ. hîc audiri priuilegium & præſcri-
ptionem ſimul proponentem, quia iſtę defenſiones videntur
21 eſſe contrariæ & tamen † contraria proponens, audiri non
debet. C. de fur. l. j. ¶ Dicit Inno. ꝙ ratio propter quam ad-
mittitur, notatur. ſ. de excep. cùm venerabilis. & ſimile. j. eo.
cùm olim. de quo vide hîc, per Ber. in glo. ſcit ergo. ¶ Sub-
dit Inno. cum Ber. ſecundum quoſdam, vel ꝙ iſtas ſub diſiũ
ctione propoſuit vt alteram ſaltem probaret. C. de exce. l. ſi
quidẽ. ff. de excep. l. nemo. ff. de inoffi. teſta. l. papi. contra ve-
terani. § ſed nec impuberis. vel de vna tranſiuit ad aliam, vt
in iuribus ad hoc allegatis per Ber. &c. ſ. de teſti. ex tenore. &
prædicto. c. cùm venerabilis ¶ Sed argu. contra. C. de nõ nu
me. pecu. authen. contra qui propriam. & ff. de bo. poſ. con-
tra tabulas. l. ſi pater. ſecũdum Inno. qui non ſoluit. ¶ Super
quo vide quæ ſcripſi in prædicto. c. cùm venerabilis. & quæ
dicam. j. c. veniens. & in locis ad quæ remiſi in ſecunda ſup-
pletione prædictæ glo. ſic ergo.
¶ PRIMO quæritur circa materiam primi notabilis,
22 qualiter Abbas † iura Epiſcopalia præſcribere poteſt? Su-
per quo vide quæ ſcripſi poſt Hen. ſ. eo. in primo notabili.
23 ¶ Et aduerte, quia Inno. refert quoſdam dicere. Tunc † de-
mũ Abbates in capellis, iura Ep̃alia acquirere, quando tem
pore præſcriptionis, de illis iuribus alijs reſpõdent, vel quã
do ſubſunt alijs, vt. j. de priui. cùm olim. & C. de fun. patri. l.
vlti. lib. xj. Aliter nomine proprio, non poſſent præſcribere
contra ſuum diœceſanum. ſ. eo. cõ non liceat. & c. acceden-
tes ¶ Sed finaliter dicit Inno. ꝙ quantum ad hoc, nõ eſt ne-
ceſſe, ꝙ Abbas ſubſit alij, ſed tantùm capellæ in quibus hęc
præſcribuntur. j. c. cũ olim. vbi in fine apertè tenet Innocẽ.
Abbatem ſubditum Ep̃o, præſcribere in capellis, quod põt
poſsidere de iure Ep̃ali. ¶ Vnde etiam ſi capellæ nõ ſubſint
alteri: poteſt tamen in illis Abbas præſcribere, ꝙ poteſt poſ
ſidere, ſicut quartam decimarum, mortuaria & ſimilia. ſ. eo.
ex tranſmiſſa. & c. de quarta. & . j. de ſepul. certificari. ac in-
ſtitutionem & deſtitutionem ſaltem corporalẽ & ſpiritua-
lem: vt ſcripſi in primo notabili. tamen non poterunt Ab-
bas vel capellæ præſcribere obedientiam, vel viſitationem
nomine ſuo, quia nõ poſſunt in ſe talia poſsidere: nemo eñ
ſibijpſi de neceſsitate obedit. vel ſeipſum viſitat. & ſic de ſi-
milibus. ff. de arbi. l. penul. ff. ad Trebel. l. ille à quo. § tempe-
ſtiuum. ¶ Vnde requiritur, ꝙ non nomine ſuo, ſed alterius
cui exinde reſpondeant, & ei ſubiaceant, illa præſcribãt. Sed
& tunc neceſſarius erit titulus, ſecundum Hoſtiẽ. vt prædi-
cto. c. ſi Ep̃um. & hoc modo intelligas ea quæ ſcripſi. ſ. in ſe-
cundo notabili. ¶ Ex quibus diſtinguere potes, quia aut lo-
queris de iuribus, quæ ipſe præſcribens debet Ep̃o, ſeu quæ
in ipſo pręſcribente habet Ep̃us: & tunc ſi ſunt talia, quę po
teſt ipſe Abbas poſsidere, tunc etiam illa pręſcribere poteſt
vt patet exemplum de quarta. ¶ Sed ſi non poteſt ipſe præ-
24 ſcribẽs † talia poſsidere, vt puta, quia res eſt impręſcriptibi
lis, ſicut viſitatio, & procuratio. ſ. eo. cũ non liceat. ac ſupre-
ma obedientia ſiue ſubiectio. C. de præſcri. xxx. anno. l. com
perit. vel quia ſunt alia, quæ quis in ſeipſo poſsidere non po
teſt: ſicut iuriſditio, viſitatio & procuratio in ſeipſo, vt prę-
dicto. c. cũ non liceat. & c. ſeq. ¶ Aut quæris de præſcriptio-
ne illorum iurium, quæ habet Ep̃i in alio, quàm in ipſo prę
ſcribente: & tũc aut talia ſunt iuriſditionis, & tunc dico cũ
Mar. generaliter. & indiſtinctè, talia omnia per quoſcunq;
inferiores Ep̃o, beneficia eccleſiaſtica perpetua in titulũ be
neficij eccleſiaſtici perpetui obtinentes iure & nomine bñ-
ficiorum huiuſmodi, & poſsideri & præſcribi poſſunt præ-
ſcriptiõe quadragenaria cũ titulo & bona fide, vel ſi ſine ti-
tulo, cũ bona fide, & tanto tempore cuius initij hominum
memoria non exiſtat. vt prædicto. c. ſi Ep̃m. & ſic intelligo
not. Innoc. hîc & . j. c. cũ olim. vbi patebit ſolutio ad ea quæ
contra iſtam concluſionem opponi ſolent. ¶ Fallit tamẽ, in
caſu qui habetur. ſ. c. quia iudicante. & in caſu. c. ſup eo. j. de
parochijs Aut talia ſunt ordinis Ep̃alis, & tunc per quęcun
que alium Ep̃m in eccleſia circa intitulatum ratione eccleſię
ſuæ & poſsideri & præſcribi poſſunt: ſeruata tñ forma præ-

dicti.c.ſi Epi.arg.eorum quæ leguntur & notantur.j.de cõſe.eccleſię vel alta.c.aqua.&.ſ.de conſuetu.c.quantu.ſed per quencunq; alium inferiorem, Epalem ordinem non habentem, nec poſsideri nec præſcribi poſſunt.arg.eorum quæ leguntur & notantur in iuribus ſ.proximè allegatis. Et eſt rõ quia talia nõ niſi ratione ordinis poſsideri aut exerceri poſſunt:vt patet ex lectis & notatis in iuribus proximè allegatis. Saluo tamẽ, ꝙ quilibet etiam Epus inferior bene poteſt contra iſta iura præſcribere libertatem, & per literas commendatitias dare alienis Epis, facultatem talia eius ſubditis conferendi:ipſiſq; ſubditis talia ab alienis Epis recipiendi. Nam talis conceſsio eſt iuriſditionis & non ordinis: vt eſt caſus.j.c.cùm olim.&.c.veniens.facit.ſ.de offi.archi.c.ſignificaſti.& de temp.or.cũ nullus.lib.vj.&.ſ.de elec.c.ſuffraganeis. quãuis tamen tales præſcribere nequeant ꝙ ea valeant facere per ſeipſos.vt prædixi. ¶ Aut quæris de illis, quæ nec ſunt iuriſditionis, nec ſunt ordinis, ſed ſunt inſignia dignitatis, vt portare crucem, aut pallium, in prouincia aliena. Et hîc habet communis opinio, ꝙ talia per inferiores præſcribi non poſſunt ſiue exempti vel nõ exempti. pro quo.xciij. diſtin.c.illud.& centeſima.diſtio.contra morem.& notatur per Nouellam.de priui.Abbate.li.vj.& dixi.ſ.in primo notabili. Ex quibus clarè elicitur, quòd non procedit opinio Hoſti.quam notaui.ſ.& quam ſequitur Henricus.vt ſcripſi ſ.in primo notabili.quæ habet inſtitutionem authoriſabilem per inferiorem ab Epo, non poſſe præſcribi.Sed hoc ꝓſequere latiùs, vt ſcripſi de offi.arch.c.cũ ſatis.in.v.quæſtio.

¶ SECVNDO quæritur circa materiam tertij nota
25 bilis, & primæ oppoſitionis, nunquid† ſententia cõtra vnũ lata alij præiudicet? & videtur, ꝙ non.ar.j.de re iudi.c.cùm ſuper.&.c.ſuborta.&.ff.de libe.cauſa.l.ſi pariter. Et hoc verũ ſecundum Inno.quando contra eum agitur, ad quem ſecundo loco pertinet actio vel defenſio:& ſic loquitur prędictũ capitulũ cũ ſuper. ¶ Sed ſi ſententia eſſet lata cõtra eum, ad quem pertinet primo loco defenſio, tunc præiudicat etiam ei, ad quem ſecundo loco pertinet defenſio, ſi ſciat & nõ aliter.vt.ff.de re iudi.l.ſępe.&.j.de re iudi.c.quãuis.ſecundum Inno. ¶ Sed caue, quia dicit Martin⁹, & credo ꝙ bene, ꝙ econtrario & in caſu conuerſo, deberet loqui Innocẽ.videlicet ꝙ cõfertur ſententia contra illum, ad quem primo loco pertinet defenſio, etiam ſciente eo ad quem pertinet ſecundo loco, non nocet taciturnitas, nec præiudicat ſententia illi, ad quem pertinet defenſio ſecundo loco:ſed ſi fertur ſententia contra illum ad quem pertinet defenſio primo loco, nocet illi taciturnitas, & præiudicat ſibi ſententia & ſic etiam recitant Inno.& Nouel.licet Hoſt.recitet primo modo, & certè puto, ꝙ corrupti ſunt libri, quia re vera intellectus prim⁹ aduerſatur iuribus allegatis, & intellectus ſecundus, ex illis iuribus comprobatur. ¶ Probat etiam ratio iurium prædictorum. Ideò enim præiudicat primo ſententia lata contra ſecundum, & non econtra, quia primus poteſt prohibere ſecundo, ne agat:& ſecundus non poteſt hoc prohibere primo. prout hæc ratio videtur expreſſa in prædicta.l. ſæpe. ¶ Super quo omnino videas ea quæ ſcripſi.ſ.de teſtib.c cũ olim.in.j.oppoſitione.& in.vj.q.& dicam de hoc in.c.cũ ſuper.&.c.quãuis alle.& etiam ſtatim in qõne ſequenti.

¶ TERTIO quæritur ad quem pertinet primo loco defenſio vel actio in hoc caſu. ¶ Refert Inno.quoſdam dicere, ꝙ primo loco pertinet ad prælatum cui ſubiecta eſt eccleſia, & qui ſubiectionem poſsidet, quando agitur de ipſius eccleſiæ libertate, vel ꝙ alij ſit ſubiecta. Secũdò ad miniſtrũ illius ſiue rectorem:ſecus ſi agatur de poſſeſsiõibus. ¶ Secũdò refert alios dicere, & fortè meliùs, ꝙ hîc non dicitur primo loco pertinere ad vnum, & ſecundo ad alium. Sed plenè ad vtrunq; æqualiter pertinet defenſio. C.de libe.cau.l.principaliter. ¶ Ex quo inferre videtur, ꝙ vnius ſententia, alij non præiudicat. excipit caſum, niſi ſciuerit, & defenderit. quia tunc præiudicat.j.ti.j.quãuis.& de re iudi.ſæpe.c.vlti. Nouella verò hîc Inno. recitando omittat prædictum verbum & defenderit. ¶ Subdit Inno.ꝙ in cõpoſitione & tranſactione, videtur ꝙ etiã ſi vtroq; ſciente facta eſt tranſactio per vnum, non præiudicat alteri. Et adde omnino quæ ſcripſi de ma.& obe.inter quatuor. in vlti.q &.c.ſi.eo.ti.in trib⁹ oppoſitionibus. ¶ Quid dicendum? Certè ex verbis Innoc.
26 quicquid dicatur, finaliter colligitur, ꝙ† ſententia lata contra vnum, alij non præiudicat. & primò quia dicit ꝙ defenſio pertinet æqualiter ad vtrunq;:hoc enim eſt de iure notum, ꝙ cũ defenſio pertinet æqualiter ad vtrunq;, ſententia lata contra vnum, non præiudicat alteri:etiam ſcienti.quia non apparet tunc ratio, quare prędicaret & fac.ff.de re iudi.l.ſæpe.§ ſi.Item quia dicit Innocẽ.ꝙ vnius ſententia, alij non præiudicat:& excipit ſolùm vnum caſum, ſcilicet niſi ſciuerit & defenderit:ergo quo caſu non defenderit, licet ſciuerit, ſibi non præiudicat. ¶ Aduerte iſte punctus ſubtilis eſt, & malè examinatus. Sed pro nunc videtur ſic poſſe dici, ꝙ aut ſubditi in quibus obediẽtia per vnum poſsidetur, & per alium vt petitur aduerſus illum qui eorum obedientiam vendicat, prætendunt ſolùm cauſam contractionis ex iure, & poſſeſsione illius, qui obedientiam huiuſmodi poſsidet in eis, vt quia dicunt hanc obediẽtiam tibi præſtare nõ debemus, quia illam in nobis poſsidet talis dominus, ꝑ quẽ de iure ſpoliare nõ poſſumus. Et tunc primo loco ad illum qui obedientiam huiuſmodi poſsidet in eis, & ſecundo loco, ad huiuſmodi ſubditos pertinet defenſio cauſæ ſicut ad emptorem qui poſsidet primo loco, & ad vẽditorem à quo poſsidetur ſecundo loco, pertinet cauſæ defenſio:vt prædicta.l.ſæpe.hoc enim ius in caſu iſto, nec quoad proprietatẽ, nec quoad poſſeſsionem, pertinet ad ipſos ſubditos. ſed pertinet poti⁹ ad illum, qui tale ius poſsidet in eis:& ſi quoquo modo pertinet ad eos, tamen primò & principaliter noſcitur ad dñm pertinere. ¶ Et ideò ſi hoc caſu, ſubditi conuenti illum dñm in iudicio nominationem dicentes actionem contra eum dirigendam, forſan audiri deberent. vt.C. vbi in rem actio.l.ij.&.ſ.vt lit.non conte.q.ñ.§ quòd ſi ſuper.& ita ibi not.per Inno.vt ibi ſcripſi poſt eum. Et hoc caſu probabile eſſet dicere, ꝙ dñs poſsidens obediẽtiam in illis poſſet cauſam in ſe aſſumere:& defenſionem cauſæ illis prohibere hoc caſu. & per conſequens ꝙ ſi ſciret eos cauſam defendere, & permittendo taceret, lata contra eos ſententia ſibi præiudicaret.niſi ab ea appellaret vt prædicta.l.ſæpe aut huiuſmodi ſubditi prætendunt aliam contractionis cauſam puta eorum propriam libertatem, vel quia volunt iugũ iſtius ſuſcipere ex alia cauſa, & tunc dico, ꝙ æqualiter pertinet defenſio ad vtroſque: & ſic procedit, quod hîc notatur per Inno.& tunc dico, ꝙ nõ audiuntur ſi velint alium dñm nominare, nec illis imputatur, ſi illum non nominarint: quia de iure illius principaliter non agunt: ſed de ſuo proprio iure, in quo domini ſunt:& ſecundum iſta duo membra, verificari poſſunt ea, quæ circa hoc ſcripſi pro & contra in prę
27 dicto.c.inter.quatuor.in ſecunda quæſtione. ¶ Sed† an ſententia lata contra ſubditos, noceat dño poſſeſsio? Rñdeo, ꝙ non nocet quoad proprietatẽ, etiam ſi ſciuerit cauſam agi: quia cenſetur tunc res inter alios acta. ¶ Dico tamen, ꝙ præiudicat ſibi quantum ad poſſeſsionem, in hoc videlicet, quia eo inuito, quoad poſſeſsionem, executioni mandabitur. niſi appellauerit ab eadem:& ita intelligo.c.cũ ſuper.j.de re iudi. ¶ Sed quid econtra videlicet ſi agatur cõtra dñm obedientiam poſsidentem, nunquid ſententia lata contra eum, præiudicat ſubditis? puto ꝙ ſic.in primo caſu diſtinctionis proximæ præcedentis.quia quando ſententia fertur ad illũ ad quem pertinet principaliter, defenſio præiudicat omnibus alijs, maximè illis, qui ſuper iure illius ſuam intentionẽ fundant.vt.ff.de ino.ſ.teſta.l. Papinianus contra veterani.§ ſi ex cauſa. ¶ In ſecundo autem caſu diſtinctionis eiuſdem, puto non præiudicari, quoad proprietatem:per ea quæ ſcripſi in membro proximo. Sed dico præiudicari eis, quoad hoc, ꝙ poſſeſsio obedientiæ quam ille dñs victus habebat, in eos, transferatur in victorem.ar.prædicti.c.cũ ſup.in fi. & .ff.de eci vendi.

rei ven.l.ſi is à quo.& quod ſcripſit Inno.ſ.de teſti.veniens.
in glo.nota ſententiam.per quæ patet,ꝙ non debent audiri
de hoc quęrelantes:cum non magis interſit eorũ, hunc ha-
bere in dñm, quá aliũ. Et per hoc diſſoluta videtur iſta quę
ſtio,& præcedens. Et ſi aliquid aliud occurrerit,dicam in.c.
cũ ſuper.&.c.quãuis.qa iſta materia ſubtilis & volubilis eſt.
¶ QVARTO quæritur ſuper verbo interruptionẽ.
28 qualiter † fuit interruptio in iſtis iuribus,& alijs incorpora
libus? ¶ Rñdet Inno.ꝙ eodem modo quo incorporalibus:
ſcilicet per litis conteſtationem.vt.C.de pręſcrip.long.tem.
l.j.& alijs modis,qui notãtur.j.c.illud.& per Azonẽ in ſum
ma.C.de annali excep. ¶ Subdit Inno.ꝙ etiá fit interruptio
io his ſpiritualibus,ſi Epus etiam vna vice ſolũ fuiſſet vſus,
antequam Abbas tempus præſcriptionis compleuiſſet.arg.
C.de præſcrip.xxx.anno.l. cum notiſsimi.ſecundum Ionoc.
¶ Si ergo Archidia. præſcribit iuriſditionem Epiſcopi in
aliquo territorio per excluſionẽ Epi,&.j.præſcribendi ali-
quem vſum iuriſditionis faciat Epus in eodem territorio,
etiam per vnicum talem vſum, interrumpitur præſcriptio
Archi.ſi vſus fuit effectualiter.ſed ſi nõ præſcriberet Archi
dia.per modum excluſionis,ſecus eſſet:vt hîc patet per hãc
glo.Inoo.valde ootabilem.ſecundum Martinũ. & idem di-
cit Inno.Abbatem volentem exercere iuriſditionem,quam
præſcripſerat,per violentiam prohibuiſſet exercere. Ita,ꝙ
timore dimiſiſſet exercere iuriſditionem, ſic ꝙ interrupta
29 eſſet præſcriptio:quia † poſſeſsio ſolo animo amittit.ff. de
acqui.poſ.l.poſsideri.§ in amittenda.&.l. quẽadmodũ. Item
quia deiectus eſt.ff.de acqui.poſ.l.ſi id quod.§.vlti. ¶ Sed op
pooes,quia licet Abbas exercuerit iura Epalia, non tamen
minus cum eo Epus eadem iura poſsidere poteſt: ſicut appa
ret in viſitatione,& in excõicatione,& in alijs conſimilib⁹,
quæ non prohibentur ſimul eſſe apud plures:nam Archidi.
plebanus,Epus,&Archiepus,eoſdem ſubditos excõicare &
viſitare poſſunt.ſ.de offi.Archi.c.j.&.c.cũ ſatis.j.eod.c.j.&
j.de cẽſi.Romana.& ſic apparet,ꝙ eodem modo & Abbas,
hæc eadem iura cũ Epis, & Archiepis,& Archidiaconis,&
alijs poſsidere poteſt: nec vnus præſcribet ius alterius, licet
& ſibi præſcribat illud ius. Item quia & ſi aliud diceretur,
abſurditas ſequeretur,vt videtur:quia qua rõne præſcribe-
ret ipſe potiùs ius Archidiacooi,vel Epi,vel alterius,nõ vi-
deo. ¶ Rñdet Inno.ꝙ Abbas bene præſcribit contra ſingu-
los,& cootra omnes. Nam quicunq; fuerit ille, qui.xl.annis
non fuerit vſus iure viſitandi vel excõicandi, vel quocunq;
alio,ſiue Archiepus ſiue Epus,ſiue quicunq; alius, cõtra eũ
vel eos, omnes præſcriberet Abbas: & ſi aliquis eorum in-
terrupit aliquo modorum ſupradictorum, deinceps nõ per
ficietur contra eum præſcriptio. Cum quo dicit Martinus
coniungendas alias duas notas Inno.prima eſt de offi.ord.c.
conquęrente.& ſecunda eſt de poſtula.pręlato.c.bonæ.ij.Et
hoc bene probatur ſecũdum Inno.ex hoc.c.& ex.c.cũ olim.
30 j.eo. ¶ Qui enim petit † ius aliquod in eccleſijs aliquibus,
debet dicere quod ius petit & ex qua cauſa petit,ſecundum
Innocen.Ad quod allegat Hoſti.no.de elect.querelam.&.c.
conſtitutus.de offi.ordi.quantò.&.c.conquęrente.& de lib.
obla.c.ij.&.iij.ſecũdũ Inno. ¶ Secundò oppones,quia Inno.
de poſtu.præla.bonę.ij.& de offi.ordi.c.conquęrente.ponit
iſtam regulam,videlicet, ꝙ in præſcriptione iuris alterius
oportet illum primo perdere poſſeſsionem ſui iuris, & ita
oportet illum primò ſcire alium de facto vti iure. Scientia
enim eius in hoc neceſſariò requiritur:& etiam ſufficit illi⁹
ſciẽtia,quicunq; alius ignoret. ¶ Pone ergo,ꝙ ſolus Archid.
de.xl.annis vſus eſt iuriſditione in certo loco,eſt ne per hoc
excluſus Epus? Ita videtur per iſtam glo.Iooocen.Et tamen
in contrarium vrget oppoſitio.ſ.proxima: quia per hoc nõ
ſequitur,ꝙ Epus dimiſerit animũ poſsidẽdi ius ſuum,& ſic
nec etiam,ꝙ illius iure poſſeſsionem perdiderit: nec etiam
per hoc ſequitur,ꝙ Epus ſciuerit,ꝙ Archidia.hanc iuriſdi-
tionem poſsidere voluerit,ſeu iotenderit per excluſionem
Epiſcopi. ¶ Martinns reſpondet dicens aduertendum eſſe
ad modum vtendi. ¶ Pone, Abbas non eſt vſus,niſi iuriſdi-
tione Epali,tunc non præſcribit contra Archid.vel Archi-
pręsbiterum,quos Epus prohibere oon poteſt, vti ſua iuriſ
ditione.vt.ſ.de offi.Archi.c.ad hæc.&.c.fina.&.ſ.de officio
Archipręsbiteri.c.ſi.nec in hoc ſciẽtia Archi.vel Archipreſ
biteri eſt neceſſaria:quia nec eorum iuriſditio per Abbatẽ
tunc poſsidetur.arg.j.de reg.iur.c.ſine poſſeſsione.lib.vj. &
idem econtra. Si tamen cõiter & generaliter omnium iuriſ-
ditione indeterminatè,& per omnium excluſionẽ vſus eſ-
ſet Abbas,tũc omnibus præſcripſiſſet. ¶ Et paterent vſus,
& modus vtendi Abbatis ex verbis ipſius,vt quia Epo,Ar-
chidiacono,Archipręsbitero, & alijs omnibus ſcientibus,
dixit ſe taliter vti,& in literis ſuis patẽtib⁹ hoc ſolebat ſem
per ponere:iuxta notata Inno.in.c. bonę.allegato.& de hoc
tangit Inno.ſ.de cauſa poſ.c.cũ eccleſia. ¶ Et quod dixi de
vſu,intellige de vſu effectuali,& per hoc apparet iotellect⁹
gloſſæ Inno.hîc poſitæ quia hîc agebat Abbas,per modum
excluſionis Epi:cũ diceret eccleſias à iuriſditione Epi prorſ-
ſus exemptas,ſecundum Martinum. ¶ Sed licet ſatis bene
dicat Martinus,non tamen pertinenter quia per hoc nõ diſ
ſoluit oppoſitionem.Pone ergo,ꝙ Epus,vel Abbas,vel Ar-
chidia.ſtát poſt.xl.annos,ꝙ ſua iuriſditione nõ vtũtur, alio
eadem iuriſditione vtente per idem tempus, nunquid ille
vtens aduerſus prædictos nõ vtẽtes præſcripſit.Et hîc ſunt
duæ quæſtiones,prima quæſtio eſt,vtrum ille vtens ſic præ
ſcripſerit,ꝙ per præſcriptionem huiuſmodi iuriſditionem
acquiſiuerit abſq; excluſione tamen alterius,in illo territo-
1 poſſeſſor † malæ fidei nullo tempore non præſcribit, ſic ſententia ipſius, primò ponit conſtitutionis cauſam, ſcdò cōſtitutionem. ibi: *ſynodali*. tertiò infert ex cauſa ibi: *vnde generaliter*. quartò concludit. ibi: *oportet*. Expone literam *iudicio*. in quo ibi concordauit vniuerſalis eccleſia, in cōcilio aggregata, quæ non poteſt errare. xxiiij. q. j. pudenda. ante finem. & c. a recta. Hoſt. *nulla*. vniuerſale negatiuū omnem excludit præſcriptionem: etiam inter laicos: *quam ciuilis*. nec mireris, ſi ſuper hoc leges corriguntur. Cū generaliter, &c. ſecundum Hoſt. ſecundum quem, *dic generaliter*. i. in omni foro, & inter omnes Chriſtianos cuiuſcūq; ſint ſtat⁹, & qd ſequitur: *omnium conſtitutionum*. exponit ſiue ſit imperialis vel alia quęcunq;. nec enī pōt ſeruus contra dominum in talibus: imò ſemper recognoſcendus eſt imperator cæleſtis. xj. q. iij. Iulianus. & c. ſi *conſuetudini*. vt. ſ. de conſue. c. fi. & pacto, vel iuramento. vt in auth. ſem. nulli. coll. v. & priuil. & cuilibet vinculo. remittit Hoſt. de præben. extirpandę. ver. cùm igitur *obſeruari*. talis autem eſt illa, quę admittit pręſcriptionem cū mala fide. vnde cum illa ſublata oportet, &c. & ſic cōtinuatur qd ſequitur. *conſcientiam*. pręſcribente durante de pœ. di. j. diuortium. & nō erroneam ſecundū Vin. & de hoc in gl. Supple gl. In gl. ij. ibi, *circa*. ibi ſoluitur. & ibi, *præſcriptio*. hic negatur pręſcriptio, & ibi: *poteſt dici*. ſecundum Io. & idē Vinc. Phi. In gloſ. iij. ibi dicit Io. idem Vinc. & ibi. *quā ciuili*. Hoſt. exponit, id eſt tam eccleſiaſtica, quàm ſecularis. & ibi, *conſiderauit*. eſt ꝙ ſi no. de iureiu. cùm contingat. & ibi, *quā legi*. de hoc infra de reg. iur. in ſecunda regula. libro ſexto. vide tertium articulum, quē poſui ſuper regula poſſeſſor. de reg. iur. li. vj. & ibi: *futuris*. Idem Io. Vinc. Go. & Phi. his enim qui ante conſtitutionem præſcripſerunt. conſuletur ſcdm Vinc. ſi agant pœnitentiā & propoſitum habeāt amplius non pręſcribendi, ſed præſcripta reſtituere non teneretur. Contra præſcriptiones tamen inchoatas ſed nondū cōſummatas tēpore huius conſtitutionis, tenet Ioan. illas non interrumpi. Goſ. contra. *& in fine*. Contrarium credo per ea, quę ibi notantur, & per decretalem cū tu. infra de vſuris Nouel. In gl. vltima. ibi: *vigilanti*. idem hic Inn. ſed Hoſt. contra ad quod ſ. e. primo. in fine. & ibi: *admittere illam*. de hoc. liij. diſt. generalis. de poſtu. pręla. bonę. ij. & ibi, *cū me abſente*. facit qd ibi notatur, & xxxiij. q. ij. ſi virgo. Caueat tamen pręlatus, ne

2 † in aliquo caſu contra conſcientiam faciat, vel fieri proponat. Inn. Dicit autem Martinus ſe credere, ꝙ prælatus circa ea quę ſunt de menſa ſua, præſcribens ſi ſcit rem quam præſcribit eſſe alienam, debet eam reſtituere. Plus credit ꝙ mala fides pręlati nocet eccleſiæ: aliàs enim inter iſtas eccleſias iura iſta non vendicarent ſibi locum, quia dignitas non habet conſcientiam bonam, neq; malam, nec reperit: vt dicit, ꝙ conſcientia capituli, vel collegij in hoc ſit neceſſaria: ſicut nec conſenſus in præſcriptione eſt neceſſarius. Dicit enim pro regula eſſe tenendum, prælato in omnibus adminiſtrationem cōpetere, niſi vbi vbi reperitur contrarium iure cautū: vt. ſ. de reſcrip. edoceri. cū ibi notatis per Inn. & in fine. dic vt j. de teſti. præſentiam. li. vj.

3 ¶ PRIMO quæritur propter dicta Henrici, quot † exigātur ad vſucapionem. ad quod dic ꝙ ſeptem exiguntur. Pri-

mum eſt traditio, vel quaſi. Secundum bona fides. Tertium
iuſtus titulus, vel quòd habeatur pro iuſto titulo. Quartum
pro ſuo poſſeſſorio. hoc eſt ꝙ poſſeſſor poſsideat tanquàm
ſuum. Quintum, ꝙ non res ſit vitio affecta. Sextum, ꝙ poſſeſ
ſio non ſit interrupta. Septimum, ꝙ poſsideat tempore ſta-
tuto ad vſucapionem. Octauum, quòd res ſit mobilis. Sic er
go exigitur primò traditio vel quaſi. C. de pactis. l. traditio-
nibus. quod verum in illis titulis, in quibus ſine traditione
non transfertur dñium. vt in vẽditione, & emptione: ſed in
illis, in quibus ſine traditione transfertur dominiũ: vt in le-
gato. ff. de le. j. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. de leg. ij. l. cũ pa-
ter. §. ſundo. & de furtis. l. à Titio. ſine traditione queritur, &
transfertur ius vſucapiendi. vt. ff. pro legato. l. pe. Item exigi-
tur bona fides: vt hîc: & ſ. e. vigilanti. ſed fallit in caſibus, in
quibus præſcribens preſcribit authoritate iuris. vt. ſ. e. ſi di-
ligenti. vel qd habetur pro iuſto. Et hoc ideò dico, quia iu-
ſtus error pro titulo iuſto habetur: vt. ff. de vſucap. l. celſus.
Item quartò exigitur pro ſuo poſſeſſorio, quòd ille qui poſ-
ſidet ſibi poſsideat, non tamen vſucapit: quia non poſsidet
pro ſuo imò pro alieno: vt. ff. de vſucap. l. pignori. Item quin-
tò, ꝙ res non ſit vitioſ. ꝙ non ſit furtiua, nec vi poſſeſſa, nec
priuilegiata, vt res fiſci, & res pupilli, vnde priuilegium eſt
vitium vſucapionis. ff. de acquir. re. do. l. in bonę fidei. inſtit.
de vſucap. §. res fiſci. Exigitur enim, ꝙ nec res, nec poſſeſsio
ſit affecta vitio: nã q̃nq; cõtrahit vitium in poſſeſsiõe, q̃nq;
in proprietate: vt. ff. de acquir. poſſ. l. ſi de eo. §. fi. & de hoc vi
de quod no. ff. pro ſuo. l. vltima. Item ſextò, ꝙ poſſeſsio non
4 ſit interrupta, nam † interruptio poſſeſsionis, deducit vſuca
pionem ad ſua initia: vt. ff. de vſuc. l. ij. & l. nõ aliter. & no. ſ.
c. illud. Fallit tamẽ in caſibus, vbi vſucapitur, licet poſſeſsio
interrumpatur: vt in regul. ff. de vſuc. l. rerum mixtura. Item
fallit in hæreditate iacẽte: vt. ff. de vſucap. l. nunquã. § vacuũ.
Item ſeptimò, quòd poſſeſſor poſsideat tempore à lege diffi
nito: vt probatur per diffinitionem vſucapionis. ff. de vſu-
cap. l. ij. nec obſtat. ff. de vſucap. l. iuſto. § fi. quia ibi per fictio-
nẽ legis corneliæ filius præſumitur poſsidere. Octauõ, ꝙ res
5 ſit mobilis. quia † in immobilibus nõ habet locũ vſucapio.
inſti. de vſuc. in principio. C. de vſucap. transformãd. l. vna.
Quidam etiam addunt nouum. ſ. quòd ille qui vſucapit, ha-
beat ab eodem titulum, & poſſeſsionem. vnde ſi habeat ab
vno titulum, & ab alio poſſeſsionem. non vſucapit. ſed iſtam
ſententiam reprobare videtur glo. ff. de vſucap. l. cùm ſolus.
ſed ſic ꝙ nõ eſt vera in exemplo poſito. vnde nõ intelligas, ꝙ
cõtractus faciat titulum ſine traditione in illis ſaltem con-
tractibus, in quibus requiritur traditio: imò exigitur, quòd
ille qui vſucapit, habeat poſſeſsionem verè, vel fictè ab eo, à
quo habet titulum fictè. Verbi gratia pone, ꝙ ego lego tibi
rem aliquam, hæres meus tradit eam tibi, & tu habes à me
poſſeſsionem, & tamen hæres meus tradit tibi rem, quis hę
res eadem perſona reputatur cum defuncto, ſic debet intel-
ligi. l. alleg. cùm ſolus. & bene intellige, ꝙ ille, qui vſucapit ha
beat poſſeſsionem verè, vel fictè ab eo à quo habet titulum,
ſed non exigitur ꝙ habeat illam poſſeſsionem, de qua pro-
cedit vſucapio. Verbi gratia emi à te aliquam rem tradis
eam mihi, amitto poſſeſsionem, poſteà recupero eam, ego
vſucapio, & tamen poſſeſsionem iſtam nouam, per quam
procedit vſucapio, ego non habeo à te. ff. de vſuc. l. ſi is qui
pro emptore. §. ſi quis bona fide. admittit etiam nouum ſic,
ꝙ ille qui vſucapit poſsideat irreuocabiliter. ita ꝙ poſſeſsio
non poſsit ab eo auocari, non enim videtur poſſeſsionem
adeptam, &c. ff. de acquir. poſſ. l. non videtur. Sed contra iſtã
poſſeſsionem indebitè ego poſſum à te reuocare poſſeſsio-
nem per condictionẽ indebiti. & tamen vſucapit. ff. de con-
di. inde. l. indebiti. § ſed & ſi nũmi. Idem in pupillo, & furio-
ſo. & §. ſi à pupillo. ſed dic ſic, ꝙ ille q poſsidet, ita quòd poſ-
ſeſsio poſsit ab eo auocari vſucapiet, non vt remaneat ſibi
aut reſtituat, & reuocetur ab eo res, ſicut poſſeſsio poſſet ab
eo reuocari: vt in §. allegato. Pro hoc. ff. de donat. cauſa mor-
tis. l. ſi alienam. Et præmiſſa quaſi omnia in præſcriptione
locum habent, præterquàm de titulo, qui regulariter in prę
ſcriptione triginta, vel. xl. annorum non requiritur. qd dic
vt dixi ſupra eodem, ſi diligenti. diſtinctione quarta. & de
rebus mobilibus. in quibus non habet locum præſcriptio:
ſed potiùs in immobilibus. vide quod notat Io. xvj. quæſtio-
ne tertia. in ſumma.
6 ¶ † SECVNDO quæritur † vtrum mala fides præſcri
ptiones actionum perſonalium impedire poſsit? & videtur
quòd ſic per ea, quæ ſcripſi ſupra eo. c. ſi diligenti. in tertia
quæſtione. verſic. aut loquimur in præſcriptione actionum
perſonalium. & ver. aut quæris vbi abeſt, &c. ſ. c. ſi vigilanti.
in prima quæſtione circa propoſitionem ſecundam. verſic.
quęritur circa iſtam propoſitionem, an ꝓpoſito locum ha-
beat in pręſcriptione quę à ſola negligentia, &c. ſed in con-
trarium faciunt ea, quę ſcripſi ſupra. eo. de quarta. in. xviij.
quæſtione. Et quod ſcripſit Bar. ff. de ſerui. vrba. prędi. l. hęc
autem iura. & ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. Salua tamen
determinatione eccleſiæ ſto de præſenti, cum parte ſecun-
da non obſtante quòd Io. And. determinet contrarium ĩ eo.
c. finali. libro ſexto. Et eſt ratio huius, quia tunc actum infi-
cit mala fides alicuius cum actus ipſe procedit ab eo, in quo
eſt mala fides: & ideò dicit textus, quòd poſſeſſor malæ fi-
dei vllo tempore non pręſcribit: quia poſſeſsio talis proce-
dit ex actu, & animo malę fidei poſſeſſoris. & ideò non mi-
rum, ſi ex mala fide inficiatur talis actus ſuus. Sed cùm actus
procedit ab alio, quàm ab illo, in quo eſt mala fides, mala fi-
des non poteſt illum inficere: quia ad illum actum adaptari,
ſeu applicari non poteſt: at in propoſito talis pręſcriptio
non eſt actus procedens ab illo, in quo eſt mala fides, imò
procedit ab authoritate legis, talem vitam actioni ſtatuen-
tis, vel à negligentia illius, qui per huiuſmodi pręſcriptio-
nem ſuam actionem amittit, in quo non poteſt cauſari ma-
la fides: vnde licet debitor ex hac præſcriptione exceptio-
nem acquirere poſsit, nullus attamen actus ad pręſcriptio-
nem neceſſarius ex parte ipſius interuenit: vt patet ex his,
quę leguntur, & notantur. C. de præſcriptionibus. xxx. anno
rum. l. ſicut. & l. omnes. Vnde ſicut neceſſe eſt dicere, quòd il
la regula, quæ habet quòd ſine præſcriptione poſſeſsio non
procedit, non habet locum in pręſcriptione huiuſmodi: ma
7 ximè quia † in huiuſmodi actionibus perſonalibus, poſſeſ-
ſio non poteſt cadere: vt patet ex his, quæ leguntur, & notã-
tur. ff. quorum bonorum. l. ſecunda. & præſertim reſpectu
debitoris pro quo pręſcribitur: qui ſeruilem obligationem
qua ipſe obſtrictus eſt creditori, in ſeipſo poſsidere non po
teſt. ff. ſi vſusfructus petatur. l. vtifrui. nec obſtat. ff. de peti.
hæred. l. etiam. § finali. vbi debitor hæreditatis dicitur qua-
8 ſi iuris poſſeſſor: quia verbum † quaſi ſignat ibi improprie-
tatem contrariam veritati. ff. de vſufruct. earum rerum. l. ij.
ita neceſſarò videtur dicendum, quòd illa alia regula poſſeſ
ſor malę fidei vllo tempore non præſcribit propter defectũ
ſubiectæ materię hîc non vendicet ſibi locum: nam re vera
ille pro quo pręſcribitur non eſt poſſeſſor, nec ex poſſeſsio-
ne, aut alio actu ſuo hîc pręſcribit. Prętereà quia & ſi credi-
tor per creditorem admonitus, aut per lapſum diei ad ſolu-
tionẽ fiendã in obligatione appoſitę à iure interpellatus de
ſoluendo abſq; rationabili, & etiã fortè contra conſcientiã
propriã ſoluere diſtulerit, aut cõtradixerit, & ſic per hoc in
mala fide ſe conſtituerit: tñ illa mala fides nõ habuit pręſcri
ptionem impedire: quia ex illa mala fide, vel actu, vel facto
dilatione, ſeu recuſatione huiuſmodi malã fidẽ habentis nõ
fuit cauſata præſcriptio: ſed potiùs. vt dixi ex authoritate le
gis. & fatuitate creditoris præſcriptionem nõ interrumpẽ-
tis, cũ eam interrumpere poſſet. Fateor tamen, ꝙ per aliam
viam põt effectus huiuſmodi præſcriptionis impediri in ca
ſu ſuo: vtputa ſi peccatum debitoris in denegata reſtitutio-
ne debiti. ĩ. tempus pręſcriptionis per creditorẽ ab eo repe-
titi, cõmiſſum per creditorẽ in forma iuris denũcietur eccle
ſię: quia tunc cõpelletur debitor per eccleſiam, ad pœniten-
tiã de peccato huiuſmodi peragendã: quã pœnitentiã dignè

non põt

non poteſt peragere, donec ſoluerit debitum, in cuius ſolutione denegata peccatum cõmiſit. j. de reg. iur. c. j. li. vj. Nec fortè creditor in modum replicationis aduerſus exceptionem pręſcriptionis hoc opponere poſſet: quia tale peccatũ non eſt ſufficiens ad pariendum exceptionem, vel replicationem licet: licet denuntiationem inducat: vt patet ex le. &, & notat is. ſ. de iud. c. nouit. & pręſertim per Inn. in vlt. gl. de quo ibi ſatis ſcripſi in prima quæſtione. nec illi demum ciatiosi obſtare poteſt curſus temporis, cum tantò ſint grauiora peccata quantò infœlicem animam diutiùs detinẽt al ligatã. de conſuetu. c. finali. in principio. & probatur hîc. & ſ. e. vigilanti. & in prędicta regula poſſeſſor.

¶ TERTIO quæritur vtrum pręſcriptio iuris canonici debuerit eſſe alia, & diſtincta à pręſcriptione iuris ciuilis? vbi ſciendum, ꝙ in iſto articulo, & aliquid certum, & aliqd dubium: nam certum eſt, ꝙ præſcriptio quę currit ſecundũ ius canonicum: quia requirit bonam fidem in pręſcribente: vt in iſta regula cũm cõcor. Eſt alia pręſcriptio, quę currit ſecundũ ius ciuile, quę non requirit neceſſariò bonã fidem in pręſcribente: vt patet. C. de pręſcrip. xxx. annorũ. l. ſicut. & l. oẽs. & l. cũ notiſſimi. Aliud aũt eſt dubiũ in iſto articulo. ſ. vtrum diuerſitas pręſcriptionis inter dicta iura ſit rationabilis, ſiue vtrum fuerit rationabiliter poſita. illud autem qd facit aliquam difficultatem eſt, ꝙ ſi præſcriptio malæ fidei concordat æquitati iuris naturæ videtur, ꝙ ambo dicta iura debuerint concordare in eam ſtatuẽdo. Si verò dicta præſcriptio ſit iniqua, & contra ęquitatem iuris naturę videtur ꝙ nullum ius legale debuerit eam ſtatuere: at per conſequens dicta pręſcriptio ſicut non currit ſecundum iura canonica: ita & non curret ſecundum iura ciuilia: nec erat ſecundum antiqua diuerſitas inter dicta iura. Sciendum ergo, ꝙ dicta pręſcriptio conſiderata mẽte iuris ciuilis, eam ſtatuente eſt eſt æqua: quia concordat æquitati iuri naturę, & alio modo conſiderata mente pręſcribentis eſt iniqua: quia ab æquita-

9 te recedit, & ꝙ ita ſit apparet. Intendit † enim ius ciuile per pręſcriptionem malę fidei duplicem finem. ſcilicet negligẽtes punire, & litibus finem imponere. Et vterq; dictorũ finium iuri naturali concordat: vt ſuperiùs fuit viſum. Et ideò ex iſta parte meritò eſt dicenda æqua, & iuſta talis pręſcriptio. Item nota quòd præſcribens per eandem præſcriptionem intendit rem alienam vſurpare: propter qd meritò ex iſta parte eſt dicenda iniqua, & iniuſta. Diſcordat enĩ in hoc ab alia regula iuris naturalis, quę dicit quę tibi non vis alteri ne feceris: quæ in legę, & in euangelio cõtinetur: vt in principio decretorum: & ſic apparet per pręmiſſa, quę fuit cauſa, ꝙ pręſcriptio malę fidei, eſt à iure ciuili introducta remanet tamen dubium, quia ius canonicum in prædicta pręſcriptione à iure ciuili diſcordat. Sciendum ergo, ꝙ præ

10 ſcriptio † malę fidei partim eſt à iure etiam ciuili inducta, & de hoc nunc dictum eſt partim permiſſa. ſ. conſiderata iniquitate præſcribentis: quo reſpectu eſt iniuſta: vt prædixi: nec eſt ſecundum id à iure ciuili inducta: ſed ſolũ permiſſa: quia ius ciuile, & quodlibet aliud ius, quanuis non poſſit aliquod iniquũ, & iniuſtum inducere, aliquid tñ quandoq; permittit propter aliquod bonum, & iuſtum quod inde poteſt elicere, & ꝙ ad ipſum tale ius ſpectat magis intẽdere, ſicut in propoſito, nã permittit, ꝙ præſcriptio iſtius ex mala fide, & iniquitate ꝓcedat. vt per eam dupliciter pręfat⁹ ſeruus eliciat. hoc aũt ideò facit: qa ius ciuile tantũ facit, & intendit pro vltimo fine conſeruare ciuilem ſocietatẽ. cui ſinẽ maximè deſeruit negligentiũ punitio, & litiũ terminatio. idcirco magis debet intendere ad hoc: vt negligẽtes puniat, & finẽ litibus imponat, quã vt iniquitatem pręſcribẽtis corrigat, vel remoueat: nã magis ad ipſum pertinet ipſius duplicis finis ęquitas proſequẽda, quã ipſius pręſcribentis iniquitas corrigẽda. Ex quibus omnibus apparet immediatè, quia

11 † in pręſcriptiõe malę fidei ius canonicũ à iure ciuili diſcordat. & ſignanſ de hoc. iiij. rationes Prima quia iſta duo iura ſibi mutuò ſubueniunt, cũ ſunt fundata ſuper eodẽ iure naturali: nam ſi vnum alteri nõ ſubueniret, ſequereſ ꝙ vnum eorũ in omnibus ſufficeret, & per conſequens alterũ ſuper-

12 flueret. Cõtingit † enĩ ſępe, ꝙ ad vnũ, & eundẽ effectũ, vnũ eorũ ſine altero nõ ſufficeret: verbi gratia in puniẽdo clericũ, & tradẽdo ad mortẽ, nõ ſufficit ius ciuile, ſine canonico: quia nõ põt ipm degradare nec etiã ſufficit canonicũ ſine ciuili: quia iudex canonicus nõ põt ipm occidere: quapropter dicta iura ſe mutuò ſubueniũt & dicto caſu quẽlibet eorum exequiſ illud qd ad ipſum pertinet. Ita ergo ſuo modò eſt imaginãdum in ꝑſcriptione malæ fidei: quia in ea eſt aliqd iuſtũ, & proſequendũ, & aliquid iniuſtũ, & ꝓhibendũ, quæ duo ſatis patẽt ꝑ ſuperiora: hęc duo nõ poſſunt fieri per idẽ ius: & ideò oportet ꝙ aliud ius quã ciuile dictã pręſcriptionẽ propter malã fidẽ pręſcribẽtis ꝓhibeat: & iſto mõ dicta iura ſibi mutuò ſubuenient: nec in hoc erit cõtradictio iuri ſicut patet ex not. Nouel. j. de regu. iur. c. peccatum. li. vj. in. q. de vſur. vbi oſtendit, ꝙ vnũ non poteſt obuiare alteri per cõtradictionem, ſed per obmiſſionẽ: quia illud qd obmittitur ab vno, ſæpe aſſumitur ab altero: ſicut vtiq; nũc eſt in propoſito: nam qd mala fides præſcribentis debeat præſcriptionẽ infringere, hoc à iure ciuili obmittiſ: quia ad ipſum nõ ſpectat eã ꝓpter dictã cauſam infringere: & ideò nõ eſt cõtradictio: cũ ius ciuile dicit talẽ pręſcriptionẽ æquã, & iuſtã eſſe: ac per cõſequẽs inſtituendã. Ius verò canonicũ, dicit eandem pręſcriptionem eſſe iniquam, & iniuſtam, ac per conſequens prohibendam: quia ſic dicendo, non attenderat ad eandem cauſam: nec ad eundem finem: vbi autem eſt contradictio, oportet quòd accipiatur ſecũdum idem, & reſpectu eiuſdem. Ex his autem oĩbus poſſumus ad ꝓpoſitũ formare vnã rationẽ talem, illud qd eſt prohibendum, & à iure ciuili obmittitur, debet à iure canonico aſſumi: quia. ſ. oſtenſum eſt, ꝙ dicta iura ſibi mutuò ſubueniunt: ſed præſcriptio malæ fidei eſt prohibenda: quia iniqua, & iniuſta: ex parte pręſcribẽtis, & ſic eius ꝓhibitio debet aſſumi à iure canonico: ac per conſequẽs in dicto caſu, vnũ ius diſcordat ab altero: nec ꝓpter hoc talis diſcordia erit cõtradictio. vt. ſ. oſtẽſum eſt. Scda ratio ad idem eſt talis, illud quod ſequiſ legem euãgelicã debet diſcordare ab omni eo à quo diſcordat lex euangelica: ſed ius canonicum ſequitur legem euangelicam, & ei ſubalternatur, quæ lex euangelica à iure ciuili diſcordat in ratificando actum ſicut patet Math. quinto. omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendã eã, iam mœchatus eſt in corde

13 ſuo. Ius † aũt ciuile nititur ad ratificandum actũ exteriorẽ, q eſt ad alterũ per quẽ poſſet ciuilis ſocietas impediri, ergo & ius canonicũ debet in hoc diſcordare: ſeu potiùs ſuperabundat à iure ciuili: quia debet inniti ad ratificandũ etiã actum interiorẽ, per quẽ poſſet à Deo deuiare: ac per cõſequẽs debet pręſcriptionẽ malę fidei prohibere penitus: per quam actus interior obliquatur: ex quo etiã relinquitur, ꝙ in prædicto caſu à iure ciuili diſcordabit. Tertia ratio ad idẽ eſt talis, illa iura debẽt in præſcriptione malę fidei neceſſariò diſcordare, quorum vnum intendit conſeruare iuſtitiam propter litigia terminare alterum verò econuerſo intẽdit terminare litigia ꝓpter iuſtitiã conſeruare: ſed ius ciuile, & canonicũ ita ſe habent: quia ciuile intẽdit ſeruare iuſtitiã ꝓpter litigia terminare: nã ſuus finis principalis eſt cõſeruare ciuilẽ ſocietatẽ, quę ſeruari non poteſt, niſi litigia terminentur. Ius autem canonicum econuerſo intendit terminare litigia præterea conſeruare iuſtitiã: quia ſuus finis principalis eſt ordinare in Deum, & in legem euangelicam: vt homo gloriam aſſequatur, qui quidẽ ordo in Deum nõ habet niſi ꝙ iuſtitia ſeruetur: vt per eam actus interior quo ordinatur in Deum reguletur. Hinc eſt, quòd vno reſpectu iuris canonici, dicit ꝙ vtiliùs ſcandalũ naſci permittiſ, quã veritas relinquiſ. e. xi. qui ſcandalizauerit. quare relinquiſ, ꝓdicta duo iura debuerũt in præſcriptione malę fidei diſcordare: pꝺde rato fine cuiuſq;, quod patet per ſuperiora. Quarta ratio ad idẽ eſt talis, illa quæ ita ſe habẽt ꝙ vnũ eorum ita intendit de foro litigij, quod finaliter remittit ad forum conſcientię: alterũ verò intendit ſolùm in foro litigij, nõ poſſunt in pręſcriptione malę fidei concordare. quia prædicta præſcri-

ptio malę fidei ſecundum forum conſcientię eſt damnanda. Secundò verò forum litigij eſt inducenda: ſed ius canonicum, & ciuile ita ſe habent, quod ius ciuile ſolũ ſit in foro litigij, & ius canonicũ intẽdit de foro litigij, & finaliter remittit ad forum conſcientię: vt patet de poe. & re. omnis. ergo neceſſariò debuerunt in prę̈ſcriptione malę fidei diſcordare: quãuis talis diſcordia non ſit contradictio: vt ſuperius eſt oſtenſum: quia non eſt reſpectu eiuſdem cauſę, vel eiuſdẽ
14 finis. Et ſic patet, quod † prę̈ſcriptio iuris canonici eſt alia, & debuit eſſe alia à præſcriptione iuris ciuilis, ſecundum fratrẽ Geraldum de ſenis.

¶ QVARTO quæritur vtrum prę̈ſcriptio ſit cõtra ius naturæ: vbi ſciendum, quòd iuriſperiti videntur communiter dicere, quod ipſa ſit contra ius naturæ: quia contra naturalem æquitatem (vt dicunt) & hęc opinio manifeſtè notaſ. de vſucapione, quę prę̈ſcriptio eſt. ff. de vſucapionib. l. j. in. j. gl. & xvj. q. uj. quicunq;. etiam in gl. prima. fundamenta autem dictę opinionis ſumũtur ex regula quę habetur. ff. de reg. iur. in iure naturali. & j. e. ti. locupletari. li. vj. Conſtat au
15 tem, quod † in prę̈ſcriptione ſit prę̈ſcribens locupletior cum alterius detrimento, & iniuria: ac per conſequens videtur, quod prę̈ſcriptio ſit contra ius naturę. his tamen non obſtãtibus, videtur contrarium pro euidentia cuius videtur eſſe inquirendum, quid intelligatur per ius naturę: & quid per ius legale. Sciendum ergo quod ius omne cõſiſtit in rectitudine quadam. Intelligendum tamen eſt, quòd quãuis ius naturale, & ius legale ſint diſtincta, non tamen eorum rectitudo eſt diuerſa: imò eſt eadem rectitudo aliter, & aliter ſumpta. Nam ſi bene conſideremus, ius legale non addit ſuper ius naturale aliam rectitudinem, ſed ſpecificat illam eandẽ: ita vt verũ ſit dicere, quod ius legale eſt quædam ſpecificatio iuris naturalis, rectitudinis expreſſiua. habet enim ius legale, ſpecificare & explicare naturalis iuris rectitudinem tripliciter, ſcilicet quandoq; determinando per congruos modos. quandoq; verò eam applicando ad varios actus, quandoq; eam declarando per quoſdam euẽtus, & quòd ita ſit apparet, ſi diſcurramus per omnes iſtos tres modos. Exẽplum de primo, ius naturale vult delinquentem puniri modos punitionis non determinat quod facit ius legale vtendo rectitudine iuris naturalis, ſcilicet ſecundum qualitatem delicti. Exemplum de ſecundo, rectitudo iuris naturalis vult nemini ſubtrahi, quod ſuum eſt: ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes, ſcilicet actum furandi, rapiendi, fœnerãdi, & diſſimiles, & vltra id oſtendit quomodo vnus illorum actuum plus deuiat à rectitudine iuris naturæ, & ſecundum id maiores, & minores pœnas ſtatuit, & per metum pœnarũ prę̈ſeruat in omnibus rectitudinem iuris naturalis: & ſic non addit rectitudinem iuris naturalis: ſed illam ſpecificat. ſic in ſcientijs ſpeculatiuis, quę veritatem confuſam, & indeterminatam in generalibus ſcientijs ſpecificant in ſpecialibus cõcluſionibus rectè ſic per ius poſitiuum determinatur rectitudo iuris naturalis confuſa, & indeterminata. Nunc ad propoſitum,
16 videmus tertiò quod ius † legale aſſumit quãq; rectitudinem iuris naturalis, & eam ſpecificat declarando per quoſdam euẽtus vbi gratia aſſumit à iure naturali, quod rectum eſt neminem cũ alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem: non tamen poteſt haberi à dicto iure, vtrum ſit poſſibilis aliquis euentus. vel caſus, in quo quis poſſit locupletari cũ alterius detrimẽto, & ſine eius iniuria: & iõ ſpecificat poſteà & declarat intellectũ d. regulæ in qbuſdã caſibus in qbus aliquis poteſt locupletari cum alicuius detrimento: & ſine eius iniuria cum ſicut in præſcriptionibus, & vſucapionibus, cò quod eis infertur alicui damnum, & tamen ei non irrogatur iniuria: nam videmus manifeſtè, quod ille contra quem currit prę̈ſcriptio, quanuis patiaſ damnũ, nõ tñ iniuriã patitur: quia ipſe propter ſuã negligentiam meretur pati damnũ: & idcirco in tali caſu, quãuis ius videatur recedi ab intellectu quẽ regula prętendit ſecũdum literã, nõ tñ receditur ab intellectu, quem regula iuris habuerit: nam ſi illa in omni ad literam ſeruaretur à duobus alijs, quę ſunt de iure verè expreſſè recederetur, & quod ita ſit apparet, non tñ poteſt dicta regula in oĩ caſu ad literã ſeruari, niſi pſcriptio, & vſucapio tollanſ. Si aũt pſcriptio, & vſucapio tollanſ peccatũ negligẽtiæ qd eſt cõtra bonũ publicũ nõ puniſ: & per cõſequẽs receditur ab illa regula iuris naturæ: q dicit quodlibet delictũ, ſeu peccatũ puniri: & maximè peccatum cõtra bonum publicũ, qd dat materiam litium, & rixarum. Vlterius etiã ſi prę̈ſcriptio, & vſucapio, tollunſ, receditur ab alia regula iuris natu-
17 ræ, quę dicit, quòd publicũ † bonũ, & cõe eſt prę̈ferendum cuicunq; bono ſpeciali, & proprio, remotione autem præſcriptionis, & vſucapionis ſit totum contrarium: prę̈eligitur bonũ proprium illius qui negligit rem ſuam: & datur materia litium, & rixarum: & per conſequẽs committitur contra bonum commune, qd conſiſtit in pacifico cõitatis conuictu. Et datur materia litium, & rixarum, per rectitudinẽ veram prę̈ſcriptionis, & vſucapionis cõitatis ſtatus pacificus, perturbatur & ideò propter omnia hoc eſt notabiliter attẽ-
18 dẽdum, quod † ius naturale habet diuerſas regulas, quæ ſic ſunt intelligendę, quod vna alteri non contrarietur. Itaq; ſunt ſeruandæ, quod cùm vna ſeruatur, contra eam non ſeruatur, & licet ſatis appareat per ea, quæ dicta ſunt, tamen poſſunt ad hoc alia induci exempla. Videmus enim, quod de iure rectum eſt, quòd depoſitum reddatur: vt patet. ij. di. ius naturale. & tamen gladius depoſitus furioſo non reddetur: quia vitiareſ regula de non occidendo, & de pace inter homines ſeruanda, quarum vtraq; ex reſtitutione poſſet violari in ſeipſo, vel in alio. xxij. q. ij. ne quis arbitretur, & ſic propter rectitudinem vnius regulę iuris naturę recedetur ab altera iuris naturalis regula, quam ſequẽdo incideretur in culpam: & hoc facit circũſtantia eueniẽs: ex quib' oĩbus apparet, quod ius legale non addit ſuper naturale quandã ſpecialem, & nouam rectitudinem: ſed ſpecificat, & declarat illam eandem in qbuſdam caſus, in quibus, & ſi non ſeruetur rectitudo iuris naturalis ſecundum vnam regulam, ſeruatur tamen ſecundum aliam: vt ſupra oſtenſum eſt. vel poſſumus dicere, quòd in. talibus caſibus, licet non ſeruetur ſenſus, quem prę̈tendit ſecũdum literam, ſeruatur tamen ſenſus, quem eadem regula intendit ſecundum veram intelligentiam: propter quę omnia videtur bene dictum illud quod ſupra dicebatur: ſcilicet quod rectitudo iuris naturalis, & legalis non eſt alia, & alia: ſed eſt vna, & eadẽ, aliter, & aliter ſumpta. Poteſt hoc totum quod dictum eſt confirmari per vnam legem, quę habetur. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. dicit enim illa. l. quod ius ciuile eſt, qd nec in totum à iure naturali, vel à iure gentium recedit: nec per omnia ei ſeruit. Itaq; cũ vel addimus, vel detrahim' iuri cõi, ius proprium, id eſt ciuile efficimus. Ex verbis autem iſtius legis apparet, quòd rectitudo iuris naturalis, & legalis non eſt alia, ſed vna, & eadem, aliter & aliter ſumpta: nam ſi eſſet alia, & alia, tunc ius legale eſſet rectum ex ſua propria rectitudine: alia à rectitudine iuris naturalis, & per conſequens in totum recederetur à iure naturali cuius contrarium dicit lex præfata. Quapropter imaginari poteſt: quòd
19 † ideò ius legale recedere non dicitur in totum à iure naturali: quia ab eo ſumpſit ſuam rectitudinem. Ideò verò dicitur non per omnia ei ſeruire: quia illam rectitudinem videtur immutare, quandoq; per additionem, quandoq; per detractionem: per additionem quidẽ, quia dicit varios actus, ad quos habet applicari, vel congruos modos, per quos habet determinari. per detractionem verò quoniam aliquã videtur ei ſubtrahere rectitudinem ſecũdũ vnam regulã, quã ſibi cõſeruat ſcdm aliam: nec per hoc qd diciſ, quod eadẽ eſt rectitudo vtriuſq; iuris, ſequiſ, quod vtriuſq; ius ſit idẽ. vel ij quod ius naturale ſit iuris menſura. quia quoad primũ, quãuis rectitudo ſit eadẽ, ſunt iura diuerſa, propter diuerſas cauſas: prima qa illa vnica rectitudo habet duplicẽ vim dirigẽdã in humanis, vna eſt indeterminata quantũ pertinet ad ius naturale, alia diſtincta. & indeterminata, quantùm pertinet ad ius legale: vt ſupra dixi de puniendo delinquentes: & ſic quia aliter, & aliter ſumpta, habet aliam, & aliam vim directiuã, ergo creare poteſt iura diſtincta, & ſeparata: quia ius

noo dicit

non dicit rectitudinem abſolutè,ſed prout habet vim di-
rectiuam in humanis.Secũda cauſa,quia rectitudo iuris na-
turalis omnibus eſt nota,ſed ius legale paucis peritis:& ſic
reſpectu notitię licet ſunt vnius rectitudinis,tamen ſunt ri
ra diſtincta De ſecundo etiam dicitur non inconueniens,
ꝙ vnum & idem diuerſimodè ſumptum ſit ſui menſura nõ
habens maiorem certitudinẽ vno modo,quã alio:ſic ſeipſo
notius,& certius dici poteſt:& ſic ſui ipſius eſt menſura . cũ
ergo vt nunc dixi,vno modo ſit notius quã alio . Item vno
modo diſtinctius,quàm alio nullum incõueniens,quã diuer
ſo reſpectu habeat rectitudinem regulę,& menſurę , & re-
20 gulati,& menſurati.Declaratis ergo his oibus , ꝙ † pręſcri-
ptio concordet iuri naturali probatur.iiij . rationibus . Pri-
ma talis eſt illa iura,quę habent eandem rectitudinẽ,vnum
eorum non poteſt alteri contrariari:ſed ius naturale , & ius
legale de pręſcriptionibus habent eandem rectitudinem . er
go &c.maior patet per ſe,minor verò ꝓbatur ex dictis . Se-
cunda ratio ad idem poteſt eſſe talis . illud ius quòd habet
congruam,& rationabilem cauſam concordat iuri natura-
li:ſed ius de pręſcriptionibus eſt huiuſmodi,ergo &c.maior
videtur ſatis nota,quia quicquid eſt congruum,& rationa-
bile concordat naturali rationi:& per conſequens naturali
iuri,minor eſt vera.Tertia ratio ad idem eſt talis , illud ius
legale qđ punit negligẽtes,aliâs peccatum negligentiæ quod
eſt contra bonum publicum concordat iuri naturali,ius de
præſcriptione eſt huiuſmodi,ergo &c.maior videtur nota,
quia iuris regula eſt vera,ꝙ peccans puniatur,& maximè cõ
tra bonum publicum:minor etiam apparet:quia ille qui ne-
gligit repetere rẽ ſuam tam longo tẽpore maximè peccat cõ
tra bonum publicum,quia dat materiam litium,& rixarũ,
quę non poſſunt facile terminari:& per conſequens de iure
naturæ æquum eſt, quòd puniaꝛ.ius autem pręſcriptionis
punit ſic negligentes:vt patet in pręſcriptione ſuperius di-
cta.Quarta ratio ad idẽ eſt talis,quia illud ius legale qđ im-
ponit finem litibus,quæ non videntur poſsibiles terminari
maximè concordat cum iure naturali,ius legale de pręſcri-
ptionibus eſt huiuſmodi,ergo maior videtur vera:quia bo-
num publicum maximè impeditur per lites,quæ non termi
nãtur facilè:& ideò eſt ius legale,qđ imponit finẽ litibus ta
libus,maximè congruit bono , ac per conſequens maximè
concordat iuri naturali:minor etiam apparet , quia.l.fi.ff.ꝓ
ſuo loquens de pręſcriptionibus,dicit ꝙ eſt ius finẽ litibus
imponẽs.& etiam quia lex illa ſuperius allegat.ff.de vſucap.
21 l.j.dicit,ꝙ † vſucapio eſt introducta propter bonum publi-
cum:& pari ratione,& præſcriptio.Ex quibus aũt,& præ-
ſertim ex iſtis duobus vltimis rationibus apparet,ꝙ quãuis
pręſcriptio videatur cõtra ius naturę ſecundũ illam regulã,
quę dicit,ꝙ nullus debet locupletari cũ alterius detrimẽto,
& iniuria , reuocatur tamen ad ius naturæ ſcdm alias duas
regulas,quarum vna dicit,ꝙ qui peccat debet puniri . Alia
autem dicit,ꝙ debet finis litibus imponi:propter qđ etiam
patet vlterius,quomodo tollitur fundamentum contrariæ
opinionis,quã gl.tenẽt:nam licet ſit ęquũ ſimpliciter nemi
nem ditari cum alterius detrimento,& in tali tñ caſu , quo
currit pręſcriptio,nõ eſt ęquum:quia iretur contra duas aľs
regulas iuris naturalis.Nec valet illud qd inducebatur in cõ
trarium.l.hac lege.C.de pact.cõuen.quæ dicere videtur , ꝙ
aliud eſt bonum,aliud ęquum:quia non eſt intentio dictę le
gis, ꝙ aliquid ſit bonum,& nõ ſit æquũ.Nã quantò aliquid
recedit ab ęquitate tãtũ etiam recedit à bonitate . quapro-
pter eſt dicta lex intelligẽda hoc modo.ſ.quia aliquid eſt,qđ
apparet bonum ſcdm vnam regulã,quod non apparet æquũ
ſcdm aliam.vel poteſt dici alio modo,ꝙ aliquid eſt,qđ appa
ret bonũ ſcdm vnam regulã,iuxta verã intelligentiam,quod
tamen non apparet æquum ſecundum eandem regulã intel-
lectam apparenter ad literam.Intelligendum eſt tamen , ꝙ
circa totum qđ dictũ eſt.ſ.ſic diſtinguere poſſumus, præſcri
ptionẽ iuri naturę cõcordare poteſt intelligi dupliciter,vno
modo,ꝙ ita concordet iuri naturæ,ꝙ ſit directè ab eo exor-
ta:& iſte intellectus eſt falſus:quia tunc nulla regula iuris na
turę ei obuiaret aliquo modo.Cuius tamen contrariũ eſt
oneroſum ſuperius:quia ei obuiat illa regula iuris,quę dicit
iuris naturæ æquum eſt neminem cum alterius detrimẽto,
& iniuria fieri locupletiorem.Iſta enim regula obuiat pręſ-
criptioni,ſaltem quantùm ad ſenſum,quẽ pętendit ſcdm
literã:& hoc fortè eſt,quod mouet iuriſtas ad dicendum , ꝙ
pręſcriptio eſt cõtra ius naturę.& propter hoc intelligũt eã
etiam contra ius,qđ ſi intelligunt eã eſſe contra ius naturæ:
quia non directè ab eo eſt exorta,poteſt tolerari eorum opi
nio.quáuis ſimpliciter loquendo,non ſit bene dictum,quia
magis eſt verũ eã concordare iuri naturæ,quã eſſe contra
ius:cõcordat etiam iuri naturæ iuxta ſecundum intellectũ,
qui modo ponitur.Dico ergo,ꝙ ſecundo modo , poteſt in-
telligi pręſcriptionem concordare iuri naturę eò ꝙ licet ſit
directè ab eo exorta , eſt tamen ad ipſum inducere reducta.
& iſte intellectus eſt verus,quia oſtenſum eſt.ſ̃.ꝙ licet præ-
ſcriptio videatur directè deuiare à iure naturę ſecundũ vnã
regulam:reducitur tamen ad ipſum indirectè per duas alias
regulas:imò ꝙ plus eſt,iſta reductio poteſt fieri ſecundum
vnam & eandem regulam:vt.ſ̃.eſt oſtenſum , propter quæ
omnia debemus dicere,ꝙ ipſa nõ ſit contra ius naturę imò
magis concordet iuri naturę ſecundum fratrem Geraldum
de ſenis.& Nouellam in pręallegato.c.poſſeſſor.
22 ¶ QVINTO queritur vtrum † pręſcribens mala fide cẽ
ſeri debeat idem cũ raptore,vel in qua ſpecie peccati ſit locã
dus?pro quo ſciendum,ꝙ differentia eſt inter furtum , vſu-
ram,& rapinam:quę tamen ordinatè ſe habent:quia furtũ
ſe habet in plus quàm rapina:& rapina,in plus quam vſura.
De ratione autem furti ſunt duo,primum rei alienę vſurpa
tio,ſecundum vſus occultatio,& per primum extẽditur ad
rapinam,& per ſecũdum diſtinguitur à rapina.infra de fur-
tis.c.ij.xiij q.v.pœnale.de ratione autẽ rapinę ſunt tria.Pri-
mum rei alienę vſurpatio,per qđ collocatur ſub furto . Se-
cundum eſt huius manifeſtatio,per quod diſtinguitur à fur
to,& extenditur ad vſuram.xiiij.q.iiij.ſi quis vſuram capit,
rapinam facit.Tertium eſt violentia,per quod diſtinguitur
ab vſura.De ratione autem vſuræ ſunt tria,videlicet vſurpa
tio,manifeſtatio,& conſenſus coactus,ſeu extortus ratione
mutui,quo conſentiens aľs timet carere.& ſic non eſt peni-
tus voluntaria,nec penitus violenta.xv.q.prima.meritò , &
per hoc diſtinguiꝛ à rapina.his ſuppoſitis ad quæſtionem
23 deſcendẽdo,dico † pręſcribentem propriè mala fide non cẽ-
ſeri cum fure,nec etiam cum raptore:quia peccatũ furis,vel
raptoris,propriè conſiſtit in rei alienę cõtrectatione,& vſu
capione,nõ in rei alienę detẽtione:nã ipſa detentio magis
concurrit ibi:vt circunſtantia aggrauãs peccatum furis,vel
raptoris:ideò licet furi,vel raptori imponatur pœna à le-
ge:quia peccatum eius non ſolũ lędit conſcientiam eius,ſed
etiam rẽpublicam:quia aľs pauci,vel nulli res ſuas poſsidere
poſſent.Ad cuius tamen conſeruationem principaliter lex
inſiſtit,tñ mala fide pręſcribenti lex non imponit pœnam:
quia licet huiuſmodi peccatum conſcientiam lædat , tñ rẽ-
publicam nõ maculat:quia nullius ſtatum,vel quietem per-
turbat:imò ille cõtra quem pręſcribitur,de ſua negligentia
conquęratur.vnde lex illud relinquit diuinę prouidentiæ
puniendum.Dicit enim Auguſt.de libero arbitrio , lex iſta
quę regendis ciuitatibus fertur,multa concedit,& impuni-
ta relinquit,quę per diuinam prouidentiam vindicanꝛ.Di-
ci tamen poteſt,ꝙ indirectè,& interpretatiuè idem cenſe-
tur cum fure,& raptore,quia in eo,qđ conſciẽtiam propriã
lædit , rempublicam quoad Deum offendit.Et quia non li-
cet quoad exteriorem actum:tamẽ quoad interiurẽ affectũ,
fur,& raptor verè dicitur.& ſic loquitur.xxiiij.q . prima.ſi
quid inueniſti.licet enim inueniens , & non reddens , non
ſit raptor propriè,& directè quoad actum exteriorem:quia
per violentiam non abſtulit:& tamẽ raptor interpretatiuè,
& indirectè quoad actum interiorem,puta quoad affectum
infectum,ad quẽ Deus plus reſpicit,quam ad actũ , & ideò

quantùm ad peccatum cõſcientię ęquipollet furi,& rapto-
ri:& eget ratificatione,& purificatione conſcientię ſicut il-
lij.de reg.iur.peccatum.ſicut ergo illi non poſſunt rem ſine
peccato defendere,nec à peccato ſine reſtitutione liberari.
Sic nec iſte:vt prędicta regula peccatum.ſcdm fratrẽ Geral-
dũ de ſenis.& Nouellam in prędicto.c.poſſeſſor.Collect.ve-
24 rò primò dicit,ꝙ† in præſcriptione,vel vſucapione nõ ex-
cuſat ignorantia iuris.inducit not.Hoſt.in ſumma.& Ber.ſ̄.
e.ſi diligẽti.ſed debuiſſet tex.allegare.in.l.nunquã.ff.de vſuc.
&.ff.de iuris,& facti ign.l.iiij.&.l.vij.e.ti.Secundò dicit bo-
nam fidem pręſumi in ſucceſſore ſemper:& etiam in ipſo,
qui pręſcriptionem inchoauit:niſi ius cõe,vel pręſumptio
faciat cõtra ipſum,inducẽs lecta,& not.Archid.ĩ.e.c.j.libro
vj.& notata Inn.de iote.reſt.c.ij.& aliorum.ſ̄.e.vigilanti.&
ĩ.de iure pa.c.cura.& an vniuerſalis ſucceſſor rem furtinã,
vel vi ablatam vſucapere poſſit?remittit ad not.Ber.& Ho-
ſtiẽ.de reſti.ſpo.cũ ad ſedem.in gl.pe.Tertiò ad finẽ gl.remit
tit ad not.de capel.monach.dilectus.xxij.di.de conſtantino.
& per Arch.de teſti.præſentium.in gl.patet.Et ſubdit,ꝙ ſe-
cundũ omnes completa præſcriptione,res eſt effecta mea:
& ideò non teneor facere conſcientiam,ꝙ ſit aliena:vt.ſ̄.e.
vigilanti.& per Hoſt.in ſumma.e.ti.§.j.& ſcripſi.ſ̄.e.auditis.
in quinto notabili.Collect.& pleniſsimè.ĩ.e.c.j.li.vj.in.j.q.
Quartò recitat opinionẽ Io.And.in.c.poſſeſſor.allegato.ꝙ
qui pręſcripſit.xxx.vel.xl.an.ſi ſuperuenit ei mala fides,non
poteſt rem retinere:quia tenetur eam reſtituere:vt.c.pecca-
tum.allegato.&.xxiiij.q.vj.ſi res.Et videtur ſibi placere iſta
opinio,quia non iuuat præſcriptio,cùm habet peccatũ an-
nexum.Et quia licet ius ciuile in odium negligentis illã in-
duxerit,tamen inquantum reſpicit pręſcribentẽ illã,nõ in-
duxit:ſed permiſit.ſed de hoc ſcripſi.ſ̄.e.ſi diligenti.in tertia
quęſtione.

¶ PRIMO quærit Lignanus quid ſit præſcriptio,de quo
ſatis ſcripſi.ſupra eodem.vigilanti.in prima quæſtione.

25 ¶ SECVNDO quęrit† quot ſunt genera pręſcriptio-
num,& dicit ꝙ quædam inducuntur mero fauore:vt vſuca-
piones,in quibus requiritur titulus,& bona fides,ac poſſeſ-
ſio triennalis in mobilibus,&.x.anni inter præſentes.&.xx.
anni inter abſentes in immobilibus.Quidam propter merũ
odium:vt pręſcriptio malęfidei tricennalis,vel quadragena-
ria inducta ſolùm in odium negligentium.quædã verò par
tim ob fauorẽ,& partim ob odium,vt in.xxx.vel.xl.annorũ
pręſcriptionibus cum bona fide ſine titulo.Item quædam
perpetuę.vt.xxx.vel.xl.aut centum annorum.quędã tempo-
rales,vt.x.vel.xx.annorũ.quędam cõuentionales.ff.de min.l.
Aemilius.quędam legales,& harum quædam inductę à.l.
municipali.de in integ.reſti.conſtitutus.quędam à.l.genera-
li.vt per totum hunc titulum.

¶ TERTIO quę requiruntur in pręſcriptione:ſed de hoc
ſatis ſcripſi.ſ̄.eo.c.in.j.q.&.ĩ.c.primo.libro ſexto.in ſecunda
quęſtione.& in remiſsionibus ibi datis.

26 ¶ QVARTO qualis† titulus in præſcriptionibus re-
quiratur.Et dicit ꝙ talis,ꝙ ſi eſſet verus cũ traditione tranſ
ferret dominium.ff.de vſucap.l.celſus.ſed proſequere latiùs,
vt ſcripſi.ſ̄.e.ſi diligenti.in.iiij.q.&.ſ̄.eodẽ.c.j.libro ſexto.in
octaua quęſtione.& in remiſsione ibi per me data.

¶ QVINTO quærit an bona fides neceſſariò ſit proban
da?remittit de hoc,& ego remitto ad ea,quæ ſcripſi de hoc
ſ̄.e.de quarta.&.c.vigilanti.& cum vobis.& auditis.&.c.ſi di
ligenti.in.ij.q.&.ĩ.e.c.j.li.vj.in.vj.q.Addit iſtud videlicet,ꝙ
nõ debet articulari,ꝙ pręſcripſerit:quia teſtes nõ poſſent ſu
per illo deponere,quia iuris eſt.

27 ¶ SEXTO quęrit quis† eſt effectus pręſcriptionis & an
acquiratur ex ea dominiũ?de quo latè ſcripſi.ĩ.e.c.primo.li-
bro ſexto.in prima quęſtione.

¶ SEPTIMO vtrum pręſcriptio oppugnet iuri natura
li?de quo tamen ſatis dixi.ſ̄.e.c.in quarta quęſtione.

¶ OCTAVO vtrum pręſcribens mala fide cenſeri de-
beat cum fure,& raptore?de quo ſatis ſcripſi.ſ̄.e.c.in.iiij.qõ.

28 ¶ NONO quæ ſunt illa† quæ impediunt præſcriptio-
nem,vel ipſam dormire faciant,aut impediant.Super quo
vide,quę notat per Bert.& quę ſcripſi.ſ̄.eo.illud.&.c.ex trãſ
miſſa.& in remiſsionibus quas dedi in.iij.qõ.huius domini.

29 ¶ †DECIMO an† mala fides ſuperueniens,completa
pręſcriptione pręiudicet.de quo ſatis ſcripſi ſupra eodem.ſi
diligenti.in tertia quæſtione.& cum his ſum expeditus de
toto commẽto huius domini:quia re vera ipſe valdè ſuccin
ctè tranſiuit,& ego bene latè proſequutus ſum in locis præ-
allegatis.

De ſententia, & re iudica-ta Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Sententia à qua non appellatum fuit ſumere nomen rei iudicatæ.
2 Sententiam iudicis ſecularis latã in eccleſia,vel cemiterio nõ valere.
3 Sententias aliquas eſſe quæ nunquàm tranſeunt in rem iudicatam,& quare.
4 Sententias poſt decem dies,regulariter tranſire in rem iudicatam.

QVa ciuili acquiſitione videlicet per pręſcriptionem examinata in titulo pręcedenti,reſtat aliam ciuilẽ acquiſitionem,quæ fit per ſententiã nũc examinare.Vel aliter expedito tractatu proceſſus iudiciorum ad ſententias,quæ finem imponunt litibus,accedamus ſe-
1 cundum Goff.Et quia ſententia à qua† non appellatur,ſu-
mit nomen rei iudicatę.Submittit etiam in rubrica de re iu
dicata.licet largiùs dicatur res iudicata,etiam à qua appella
ri poteſt:vt notatur.ff.eo.l.prima.&.C.de appellat.l.litigato
ribus.Ad materiam.ij.q.vj.§.diffinitiua.cum verſibus ſeq.
xxxv.q.ix.per totum.v.q.iiij.in princi.iij.q.ix.per totum.xj.
q.tertia.quomodo ſacerdos.cum decem quęſtionibus ſequẽ
tibus.xxx.q.vltima.§.his itaq;.vſq; ad finem.& repetitur in
vj.& in clemen.Conuenit autem rubricę.ĩ.de conſtitutio-
nibus.c.eccleſia.de conſuetudine,ad noſtram.de renuncia-
tione,in præſentia.de officio Archid.dilectus.de procura-
toribus.querelam.cum duobus capitulis ſequentibus.de re-
ſtitutione in integrum.cùm ex literis.&.c.ſequenti.de iudi-
cijs.at ſi clerici.de cauſa poſſeſsionis,cùm olim.&.c.finali.
de teſtibus.Albericus.de fide inſtrumento.accepimus.de ex-
cept.c.penultimo.& infra de vi.& honeſtate clericorum.c.
cùm ab omni.in fine.& qui filij ſint legitimi.per venerabi-
lem.ver.prętereà ducatus.& de accuſationib9.qualiter.ij.ad
finem.de hæreticis.excommunicamus.§.credentes.de crimi-
ne falſi.c.ſecundo.de purgatione canonica.ex tuarum.de
purgatione vulgari.c.ſecundo.de verborum ſignificatione.
in literis.Item ſequũtur aliqua dicta ad materiam tituli fa-
cientia.Primum eſt,quòd non valet ſententia ſenatoris Ro
mani aſſumpti contra decretalem fundamẽta.de electione.
libro ſexto.verſicu.& ne talis.Secundum eſt,quòd exceptio
excommunicationis impedit executionem ſententiæ,de
exceptionibus.pia.§.penultimo.libro ſexto.Tertiũ eſt.quòd
de re iudicata per iudicem eccleſiaſticum opponitur co-
ram ſeculari.& contra de exceptionibus.c.ſecundo.libro ſe-
2 xto.Quartum eſt,quòd† non valet ſententia iudicis ſecu-
laris lata in eccſia,vel cemiterio.de immu.ec.c.decet.ad finẽ.
li.vj.Quintũ eſt,ꝙ valet vnica ſnĩa lata in curia ꝓ petitore,
pro beneficijs:vt fiat ipſius ſequeſtratio.de ſequeſtra.c.vno.
in cle.Sextum eſt,ꝙ proſequutio appellationis deſertæ non
impedit effectũ rei iudicatæ:vt.ĩ.de app.ſi appellationẽ.in
cle.Septimũ eſt,ꝙ ꝓcedẽs ſimpliciter,& de plano ferre põt
ſententiam

ſententiam ſtans.& non emiſſo peremptorio:vt clem.ſępe.
ver.ſententiam.de ver.ſig.Octauũ eſt ſcd̃m Hoſt.ſ.de elect.
3 c.cũ dilecti.in fine.q; ſniarum † quędam quędam quę nũquã
tranſeunt in rem iudicatam.l.qñ eis ſeruatis,ſequeretur ani-
mę periculũ:vt.j.e.lator.&.c.tenor.&.c.conſanguinei.&.j.
de frigi.c.fraternitatis.Quandoq; ſtatim tranſeunt in rem
iudicatam,& excõmu.j.de ſenten.excom.per tuas,& de ap-
pel.paſtoralis.& quæ ſit ratio,ibi no.tñ circa hoc,vide qđ di
cam j.e.conſanguinei ſuper vltima gl.in fine.& dũ inſignes
latrones,vel ſeditionum concitatores,vel duces factionum
damnantur.ff.de app.conſtitutiones.& idem in raptore vir
ginis.C.de rap.virgi.l.vna.§.quibus.Idem etiã in homicidia-
rijs veneficis,maleficis,violentis,& adulteris ſi ſponte con-
feſsi ſunt.Secus ſi coacti,vel cõuicti.ij.q.vj.§.ſunt quorũ.C.
quorum app.non recipi.l.ij.Idem ſecundũ quoſdam in inge
nuitate,& libertate.arg.ff.de ſta.ho.l.ingenuum.& de regu.
iur.l.res iudicata.ſed in libertate contrarium eſt.C.de libe.
cauſa.l.ſi is quem.ff.quando app.ſit.l.ij.§.ſi is.Quidam tamẽ
4 tenent contrarium:hæc autem eſt regula,quòd † ſententiæ
tranſeunt poſt.x.dies in rem iudicatam.Si prius non fuerit
appellatum.ij.q.vj.anteriorum j.e.quod ad conſultationem.
Alia hîc addere poſſes ex his,quę dicam.j.e.c.j.poſt Innoc.
Si autem velis ſcire plenius,vide de materia continuationis
huius rubricę.& quid hîc dicatur ſententia,& quot ſint ſen
tentiæ ſpecies,& qualis,debeat eſſe ſnia,& quis debet ſentẽ
tiam proferre,& qualiter proferri debeat,& quãdo,& quis
ſit effectus ſententię,& quo remedio ſententia retractetur,
vide Hoſt.in ſumma.e.ti.Item ſi vis ſcire circa materiã mul-
ctæ,quid ſit mulcta,quis mulctare poſsit,& inquantum,&
pro quibus,& quis ſit effectus,& vtrum remitti poſsit.vide
Hoſt.in ſumma.e.ti.ſub rubricella,de mulcta.Item ſi vis ſci-
re circa materiã rei iudicatę.Quid dicatur res iudicata quan
ta ſit authoritas rei iudicatę.Quibus noceat,aut nõ noceat
res iudicata.Quid iuris ſit,ſi ex falſis inſtrumentis,vel teſti-
bus fuerit iudicatum.Quę ſit pœna iudicis male iudicãtis.
Quæ ſit pœna litigatoris,iudicem corrumpentis,quãdo,&
à quibus,& per quos,& in quibus rebus,& poſt quod tem-
pus res iudicata ſit executioni mandãda.vide Hoſt.in ſum-
ma.e.ti.ſub rubricella de re iudicata.& ea,quę circa ſingulos
articulos ſupradictos.dicam j.in proſecutione huius tituli,
& in iſto volumine,& in ſexto.& in cle.in locis proprijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra ius lata quando eſt nulla,& ex quibus defectibus.*
2 *Teſtamentum eſſe ſententiam.*
3 *Sententiam quæ ipſo iure nulla eſt,non confirmari per appellationem*
4 *Forma ſententiæ,quæ à iudice profertur pro actore,& quid ſi pro reo.numero.5.*
6 *Fructuum nomine quid reſtituendum veniat.*
7 *Iudex qui tulit ſententiam ipſo iure nullam,an aliam ſuper eodem negotio ferre poßit.& quid in delegato,num iterum exequi poßit,quod non tenet.nu.8.*
9 *Facere quòd ſit nullum,& non facere æquiparari.*
10 *Gratias de natura ſua perpetuas eſſe.*
11 *Eccleſia an debeat eſſe melioris conditionis,quã ſit priuatus.*
12 *Præſcriptionem non currere contra eccleſiam,niſi centenaria.*
13 *Feuda eccleſijs quo modo conceſſa fuerint.*
14 *Interpretationem pro eccleſia debere fieri bene largam.*
15 *Donationem interpretandam eſſe,ſecundum conditionem donantis.*
16 *Principem donando aliquid,videri donare omnia illa,quæ ſequuntur ex illo de natura ſua.*
17 *Regem ſcire,& pati videri ſcientibus,& patientibus illis per quos rex regitur.*
18 *Quæ ab eccleſia tenentur eidem ſæpè reuerti.*
19 *Dominum fidelitatem vaſallo pro ſeruitio rependere debere.*
20 *Sententiam latam ſuper crimine de quo notorium eſt aliquem non potuiſſe committere non valere.*
21 *Ignorantiam pro ſcientia haberi,cum agitur de lucro captando,& inter eos qui periti eſſe debent.*
22 *Sententia ſi feratur cõtra defenſorem,executionem fieri contra dñm.*
23 *Sententia lata à non iudice quare ratificari non poteſt.*

CAP. I.

SEntentia. Breue eſt,& ideò diuiſio-
ne non eget. Expone literã
ſententia.quæ dicitur iudicialis diffinitio con
trouerſię.ff.de re iudicata.l.j.contra leges ca-
nonibus,qui ſunt eccleſiaſtici fori.ſ.ti.pro-
ximo.c.finali.*ſubſiſtere*.tamen ſi taliter condemnatus ſoluit,
non repetit.ff.de cõdi.inde.Iulianus.Vinc.Opponitur quia
lex prohibet ſniam ferri contra iuſtitiã partis,& tamen lata
tenet:dummodò non ſit ſine app.reſcin.l.j.Item quia lex ꝓ-
hibet appellari ſub conditione,& tñ ſententia lata ſub con-
ditione tenet.ff.quando appellandum ſit.l.iij.§.biduum.So-
1 lutio,ſi quęras vtrum,& quãdo † ſnia contra ius lata eſt nul-
la,vel non.Diſtingue ſecundum Henricum,quia aut eſt de-
fectus in ſolennitate eſſentiali,quæ ſubuertitur,vel peruer-
titur:vt quia deficit ſcriptura,vel locus competens tribuna-
lis,& his ſimilia,& tunc nulla eſt ſentẽtia:vt.C.de ſen.ex bre
ui.re.l.vltima.& ff.de ſentẽ.& interlo.om.iud.l.cum ſenten-
tiam.j.e.ti.& ff ſententia.§.ſi.l.i.vj Nam ſic eſt in teſtamen-
to,quod nullum facit defectus ſolẽnitatis.C.de teſta.l.teſta-
mentum.&.ff.de teſta.l.quęramus.& rectè procedit ar.argu.
2 quia † teſtamentum eſt ſententia:vt.ff.de teſtamentis.l.j.er-
go,&c.Aut eſt defectus in ipſa ſubſtantia,quæ ſubuertitur,
vel præteritur,vt quia non continet condemnationem,vel
abſolutionem,vel æquipollens.j.de verb.ſignificat.in his.&
tunc ſimiliter eſt nulla.ff.de re iudi.l.j.&.C.de ſent.& inter-
lo.omnium iud.l.pręſes.Aut eſt defectus in ordine eſſentia-
li proceſſus iudiciarij,qui ſubuertitur,vel præteritur,& tũc
refert,aut ſubuertitur ordo proceſſus iudiciarij eiuſdem cau
ſæ in ſe,vel quia proceditur lite nõ conteſtata.§.vnico.vel
quia ante litẽ cõteſt.ſunt recepti teſtes.ſ.vt lite non cõteſt.
per totum.& tunc ſententia eſt nulla,vt in iuribus allegatis.
&.C.de ſentẽtijs,& interlo.om.iud.l.prolatã.ſecundũ Hen-
ricũ.Sed caue,quia licet teſtium receptorum ante litem cõ
teſtatã receptio,& examinatio ſit nulla,tamen non ideò
ſequens ſententia eſt nulla:quia non eſt lata contra ius cõſti
tutionis,ſed ſolùm contra ius partis.arg.ff.quę ſen.ſine app.
reſcin.l.j.Aut ſubuertit̃ ordo actionũ,ſeu cauſarũ diuerſarũ
inter ſe,vt quia ꝓceditur primò ſuper petitorio,quàm ſu-
per poſſeſſorio,contra legem ordinarij iuris.C.de rei ven.l.
ordinarij.C.de interdict.l.incerti.ſ.de reſti.ſpo.c.ſolicitè &
per totum tunc ſententia valet,& eſt appellandum:nec talis
ordo cauſarum eſt eſſentialis propriè.vt de app.l.j.& dic vt
ibi.&.ſ.de reſtitu.c.cum dilecta.ſecundum Henricum.Qđ
intelligo verum,niſi ſuſpenſo petitorio in eo procederetur:
quia tunc proceſſus in petitorio factus eſſet nullus:vt pa-
tet ex his,quæ leguntur,& notantur,& quę ſcripſi de cauſa
poſſeſ.c.paſtoralis.&.cle.vna.e.tit.Aut eſt defectus ex parte
iuſtitiæ,quæ ſubuertitur,& tunc aut fertur ſententia con-
tra ius conſtitutionis,aut contra ius litigatoris.In primo ca
ſu ſententia eſt nulla:vt hic:& infra.e.inter cæteras.&.c.cũ
inter nos.in fi.ij.q.vj.§.diffinitiua,ver.idem ſi ſententia.&
ff.de app.l.ſi expreſsim.&.C.quando prouo.non eſt neceſſe.
l.ſecunda.primo rñſo.In ſecundo caſu ſententia eſt aliqua,li
cet ſit locus appellationi:vt in dicta.l.ſecunda.ſecundo rñſo.
& in dicto.c.cùm inter vos.in fine:ſed fallit in cauſa matri-
monij aliquoties:vt dicam.j.e.c.lator.& in cauſa beneficia-
li certo modo.Quod dic,vt dicam infra de conceſſione
præbendæ.c.j.& quot modis ſententia dicatur nulla,vide
per Hoſtien.in ſumma eodem titu.§.qualis.verſ.iuſta.vſq; in
fi.&.§.qualiter.per totum.& per Petrũ de ſamp.& Abbatẽ
hîc.&.G.in Spe.ti.de ſentẽtiæ prolatione.§.iuſta.& per Gul.
de mõtelaud.extra de ſequeſtra.poſſ.c.j.ſuper verbo de nul-
litate.in cle.& qualiter retractet̃,vide.xxxv.q.ix.in ſumma.
& j c.cũ inter vos.& de act.qualiter & qñ j.& de purg.vulg.
c.ij.& in Speculo.titulo de ſententiæ prolatione.§.finali.&

per Card. ſ. de except. c. pia. §. ſed ſi poſt. ſuper verbo impe-
diet. libro ſexto. vt ibi dixi, & quis habet cognoſcere de nul
litate, vide per Accurſium. C. de accuſa. l. iiij. gl. penul. & di-
xi ſupra de offi. deleg. in literis. vbi de hoc per Henricum in
prima diſtinctione. Et vide Bar. Brix. in quęſtione domini-
cali, quę incipit quęritur ſi appelletur à ſententia, vbi dicit
3 q † ſententia, quę ipſo iure nulla eſt, nõ cõfirmatur per appel
lationem. & vide omninò hic Ber. cũ ſuppletionibus, quas
dabo ad gloſſas.

¶ PRIMO quæritur occaſione gloſſę Inno. poſitę ſuper
rubrica, & pro illius ſummatione de eo, de quo ſępe dubita
ri conſueuit, videlicet, qualiter iudicari, & pronuntiari de-
beat contra reũ, qui cadit à poſſeſſione rei, ſuper qua eſt cõ-
uentus. Et primò quid ſi ante litem conteſt. &c. Inn. dicit, q
ſi ante litem cõteſt. cadit à poſſeſſione cauſa mutandi iudi-
cij: puta voluntariè, locum habet contra ipſum actio ex illo
edicto de alienatione mutandi iudicij cauſa facta. vt. ff. de
alienatione mutandi iudicij cauſa facta. & co. ti. C. per totũ.
Subdit etiam, q ſi ille erat in poſſeſſione malæ fidei, vel in
mora reſtituendi tenet etiam ſi res pereat. vt. ff. ſi cer. pe. l. qđ
te. & l. periculum. & ff. de condi. furti. l. ſi pro fure. §. penul. &
finali. & l. ſequenti. Et idem ſi ſe liti obtulit, cùm non poſſi-
deret: vt. ff. de peti. hæredi. l. qui ſe obtulit. ſecundum Inn. ni-
ſi & actor ſciret illum non poſſidere: quia tunc à ſeipſo de-
ciperetur actor, & ideò reus eſſet abſoluendus: vt. ff. de rei
vend. l. is qui ſe obtulit. cũ duabus. l. ſequentibus. ſcdm Hoſt.

¶ SECVNDO quęritur quid ſi poſt litem conteſta
tã conuentus à poſſeſſione huiuſmodi deciderit? Reſpõdet
Inn. quòd tunc in perſonalibus actionibus nulla vis eſt, an
ſine culpa ſua à poſſeſſione ceciderit: quia tũc perſona, & nõ
res obligata eſt: & ideò contra ipſum ad ſententiam ſemper
proceditur. ſed in realibus diſtinguitur, vtrum culpa ſua, an
ſine culpa ſua poſſeſſionem amiſerit. Si eñ in realibus poſt
litem conteſtatã culpa ſua poſſeſſionem amittat, vel aliâs
promiſſum ſeruare non poteſt, procedetur contra eũ, & ad
litis æſtimationem, vel intereſſe, mediante iuſtitia, condẽ-
nabitur. vt. ff. ad exhi. l. de eo. §. ſi poſt iudicium. & ff. de euic.
l. ſi ſeruus. §. finali. in principio. Si autem ſine culpa deſierit
poſſidere, tunc actor inuito reo, & etiam ecõtrario reus in-
uito actore, poteſt petere, quòd procedat ad diffinitiuã ſen-
tentiam propter fructus, & expenſas, ac intereſſe: ac alia ac-
ceſſoria, & propter ſtipulationem de euict. ſi interceſſerit.
vt. ff. de rei ven. l. vtiq;. & l. prędicta. & ff. de euict. l. ſi ſeruus.
& ff. iudicatum ſol. l. ſi ſeruus. & C. quomodo, & quando iu-
dex. auth. qui ſemel. ſecundũ Inn. Sed quõ tunc pronuncia-
bit iudex? Reſpondet Inn. dicens, q pronunciabit hoc mo-
4 do: quia † inuenimus q reus eſſet in cauſa condemnationis,
ſi poſſideret. ideò condemnamus eum ad fructus, & expen-
ſas. Sed quia non poſſidet, nec dolo deſijt poſſidere rem pe-
titam: ideò abſoluimus eum tantùm, quoad rem petitã ab
impetitione actoris. Dicit tamen Innoc. quòd prius faciet
ipſum reum pręſtare actori cautionem de re actori reſtituẽ
da, ſi ad reum peruenerit. ff. de rei ven. l. ſi verò. ff. de euicti.
l. ſi ſeruus. §. finali. ff. de ędil. edict. l. redhibero. §. ſi. Subdit ta-
men. q per hanc ſentẽtiam, licet reus ſit abſolutus, quia nõ
poſſidebat, habet regreſſum de euictione, contra vendito-
rem: vt infra de empt. & vẽdi. c. finali. & hęc vera, ſi pro acto
5 re ſententia ſit ferenda. Sed quid ſi † pro reo ferenda ſit ſen-
tentia, qualiter tunc pronunciabit iudex? Reſpondet Inno.
dicens, quòd tunc iudex in pronunciando dicet ſic, abſolui-
mus reum ab impetitione actoris, & condemnamus ei acto
rem ad expenſas. Subdit etiam, quòd actor per hanc ſñiam
habet regreſſum de euictione contra eũ, qui ſibi vendidit
rem in qua ſuccubuit, ſi ſine culpa ſua cecidit à poſſeſſione:
vt. ff. de euict. l. ſi rem. §. fi. & l. edicta. & l. quod dictũ. in prin.
Refert eñ Inn. alios dicere, q iudex in primo caſu debet ſem
per ſententiare ſuper re, quæ petitur, nõ q dicat ſimpliciter
condẽnamus reum ad reſtitutionem rei. ſ. quando eam habe
bit, vel pronunciabit rẽ petitam eſſe actoris. arg. ff. iudi. ſol.
l. ſi ſeruus. ſed primum dictum magis ſibi placet. Subdit ta-
men ſe nõ negare etiam quin iudex aliquãdo ex cauſa poſſit
differre huiuſmodi diffinitiuam ſententiam, quia fortè ſpe
ratur, q reus cito poſſit rem recuperare: & tunc tantũ abſol
uet reũ à termino aſſignato. Et ſi reus poſteà rẽ recuperaue-
rit, procedet in cauſa cœpta mediãte iuſtitia. Itẽ ſubdit Inn.
q poteſt etiã iudex reũ abſoluere nõ à petitiõe rei, ſed ab in-
ſtantia iudicij, & tunc ſi reus poſteà recuperauerit rem, po-
terit actor de nouo, ſuper eadem re contra reũ agere, nouũ
iudicium implorando. ſ. de except. c. pe. Sed quando abſol-
uitur reus ab impetitione rei, tunc prouidetur actori per
cautionem de re reſtituenda: vt dixi. ſ.

¶ TERTIO quæritur, quia dixi. ſ. reum etiam qui poſt li
tem conteſtatam, culpa tamen ſua cecidit à poſſeſſione, ad
fructuũ reſtitutionem condemnandum eſſe: quæ ſunt illa,
quę hoc caſu fructuum appellatione continentur. Reſpon-
6 det Inn. q † nomine fructuũ, debet reſtituere quicquid ob-
uenit ſibi de re petita, vel occaſione ipſius rei, Vnde videtur
q debet ei cedere actiones occaſione eiuſdem rei ſibi com-
petentis, ſicut ſunt actio legis Aquilię, actio furti, & interdi
ctum vnde vi. & conſimiles. vt. ff. de rei ven. l. Iullianus. ſi ho
minem. cum quinq; legibus ſequentibus. & ff. de peti. hære-
ditatis. l. q ſi Iulianus. §. in diem. & §. ſequẽti. vſq; ad finem le-
gis. & l. Iulianus ſcribit actorem. cum. l. ſequenti. & ff. de pig.
act. l. ſi pignore. ff. de ędil. edicto. l. bouem. §. ſeruus. ij. Sed op-
pones contra pdicta. de. ff. de petitione hæreditatis. l. ac vbi
vi deiectus. ff. locat. l. is qui rẽ. C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. pe.
ſed reſpondet Inn. dicens, q prędictę leges loquuntur in eo
caſu, quando cõmodum poſſeſſionis pertinebat ad aliquem
& ideò ſi fraudetur poſſeſſione rei, iuſtum eſt q habeat pœ-
nam furti, & conſimilium: nõ autem ſic eſt in interdicto, qđ
ex re tantũ prouenit. ar. ff. de peti. hęredi. l. ſi quod ſi in diẽ.
§. ſi. Vel dic ſecundum eum, q ſi bonę fidei poſſeſſor, prędi-
cta obtinuerit, antequã res euinceretur ab eo, illa fecit ſua,
& ideò ipſa reſtituere non tenet, vt in contrarijs. Sed ſi nõ-
dum obtinuerit, tunc tenetur cedere actiones: vt in primis
concor. Et habẽt hæc locum ſecundum Inn. in fructibus, &
expenſis, quę poſt litem conteſtatam contingunt. & ideò of
ficio iudicis mercenario veniunt in condemnatione. vt. ff.
de ædil. edicto. l. ædiles. §. item ſciendum. ſecus enim de his,
quę ante litẽ conteſtatã accidunt, quia in illis non ſit con-
dẽnatio niſi illa petita fuerunt ſpecialiter in libello: vt præ-
dicto. §. item ſciendum. & ff. de vſuris. per totum, quãquàm
bene fateatur Inn. q ex natura actionum bonęfidei, & ſtri-
cti iuris, pdicta veniũt: ſed nõ, niſi petant. vt. ff. de act. empt.
l. datio. & l. Iulianus. §. ex vendito. & C. de act. emp. l. iiij. & l.
fructus. ſecundum Inn. Remittit Hoſt. de materia expenſa-
rũ. ad no. ſua de dolo. & contumacia. ſub rubricella de contu
macia. §. qua pœna afficiatur cõtumax. ſub. §. punitur etiam
contumax, vel doloſus & ſequẽti, de quo ſcripſi pleniſſimè.
ſ. de dolo. c. finẽ. de intereſſe verò plenè not. p Hoſt. in ſum-
ma. e. ti. ſub rubrica de ſñia. §. quis ſit effectus. ſub. §. ſed quia
aliquoties. & ſequenti. dicã infra de ſent. exc. ſacro. vbi ple-
nè de hoc per Inno. & ſpeciales rubricas de his habes in Spe
culo. ad finem ſecundæ partis.

¶ QVARTO quæritur propter notata hîc per Inno. in
7 glo. ij. nunquid † iudex qui tulit ſententiã ipſo iure nullam,
aliã ſñiam ſuper eodẽ negotio primã reuocãdo ferre poſſit?
Inn. verò quoad hoc inter ordinariũ, & delegatũ ſic diſtin-
guit dicẽs, q ſi iudex ordinarius fert ſententiam, quæ ſit nul
la ipſo iure, ipſe põt illa reuocata ferre aliã. C. quõ, & qñ iu-
dex. l. pręſes. & C. de accuſationibus. l. iiij. Sed ſecus in delega
to, quia ille in pronũciando functus eſt officio ſuo. & ideò
ſententiam ſuam ampliùs reuocare non poteſt: vt. C. quõ, &
quando iudex. l. ſi vt proponis. Super quo remittit Nouella
ad notata ſua, infra de accuſationib⁹. qualiter. j. ſuper prima
gloſſa. de quo ſcripſi. ſupra de officio delegati. c. in literis. in
ſecũda, tertia, quarta, & quinta oppoſitionibus, & in quinq;
oppoſitionibus ſequẽtibus. Et idẽ videt in eligẽtibus, q fece
runt

runt electionem nullam:remittit Inn.ſupra de elect.conſi-
derauimus.&c.c.auditis.in principio.Huſt.de ſupplenda ne-
gligentia prę latorũ.c.ſi.Scripſi de hoc plené.ĵ.de elect.ſi cõ-
promiſſarius.libro ſexto.Idem videtur in alijs.ſ̃.de reſcript.
inter cæteras.cum concordantijs.Arguit etiam ipſe Inn.ꝙ
8 †vbi non tenet ipſo iure,quod fecit delegatus ductus erro-
re probabili.iterum exequi poterit,exemplum ponit in exe
cutore,qui prouidit de præbenda Martini , qui communi
opinione reputabatur mortuus:ſed viuebat:vt poſteà com
pertum eſt,ex hoc errore probabili poterit demum de alia
prouidere.arg.infra de ſecundis nupt.dominus.C.de iuris,
& facti ignorantia.l.error.Si verò prouidit de prębẽda,quę
vacabat de iure,non de facto.prouiſus autem renuit proſe-
qui ius ſuum,execrans forſan lites de verb.ſignificatione.c.
ij.libro ſexto.vt de alio dicam.ĵ.de præben.relatum.ſibi im
putet,qui ius ſuum non defendit.arg.de peti.hęred.l.illud.
nec prodeſt ignorantia facti quoad poſſeſſionem , quę non
eſt talis de iure prouiſionem potuerit impedire ſecundum
Inn.licet ſit contra.de conceſſ.pręben.cum noſtris . Sed ibi
ſoluitur ſecundum Hoſtien.Quid ſi errauit in iure,dicit In-
nocentius,quòd nec tunc poterit prouidere.Ponit Hoſtié.
exemplum,cum diſpenſatiuè prouidit Epiſcopus de paro-
chiali eccleſia,conſtitutionem in minoribus tantùm execu
tor credens ipſum diſpenſare non poſſe contulit illam,tan-
quàm vacantem ,errans in iure . ſupra de ętate,& qualitate.
præterea.Sed ipſi Huſt.non placet hoc dictum,qui tenet,ꝙ
licet delegatus errauerit in iure.Ex quo tamen apparet , ꝙ
prouiſio fuit nulla,debet iterum de alio beneficio prouide-
re illi,pro quo fuit ſcriptum:remittit ad notata.ſupra de of-
ficio delegati.ſignificaſti.vt beneficia principum habeant
9 ſuum effectum:nec illis illudatur:& quia non † facere,& fa-
cere,ita quòd ſit nullum æquiparantur de tranſla.c.ij.vbi cõ
cor.& de cleri.non reſi.tuę.& de materia gloſſę.vide.ſ̃.de of
ficio delegati.in literis.Scire debes,quòd Hoſt.hîc.& Pe.ĵ.
e.cum cauſa proſequitur nouem modos,quibus dicitur ſen-
tentia nulla,ſcilicet ratione iudicis litigantis,loci,quantita-
tis,temporis,proceſſus.modi,manifeſtę iniquitatis,& con-
ditionis.& vide hoc pleniùs,in Speculo de ſententi ę prola.
§.iuxta propoſitionis. Notat etiam ipſe,Pe.quędam alia,ad
quę remittam ſuper gl.Pro prædicta verò opinione Hoſti.
quæ habet quòd executor,qui ex errore iuris nulliter proui
dit,poteſt iterum prouidere.Bene facit capitulum primũ,
& capitulum ne capitulum.de conceſſ . præben.libro ſexto.
& pro prouiſo facit,quia tractat de damno vitando.argu.ff.
de iuris,& facti ignorantia.l.regula.&.l.iuris ignorantia . &
infra de reg.iuris.c.non pręſtat.lib.ſexto . Facit etiam quia
aliter ex factu executoris nulliter prouidentis,gratia totali-
10 ter expiraret.quod non videtur eſſe dicendum : quia † gra-
tię de natura ſua perpetuę ſunt.de officio delegati . ſi ſuper
gratia.libro ſexto. Et quia ſecundum Martinũ de ſalua , iſte
non videtur eſſe modus gratiam perimendi.ſuper quo vi-
de,quę ſcripſi in prædicto capitulo in literis.in decima op-
poſitione.& in tribus illationibus inde ſequentibus.& in di
ſtinctione Henrici:vbi etiam ſcripſi qualiter iudex põt ſen-
tentiam ſuam interpretari.

¶ QVINTO quæritur pone ex commiſsione regis,& ca
mere Computorum ſententiauit Balliuus Rothomageñ.
acquiſitionem factam per quendam Abbatem,de re feuda-
li monaſterio à vaſallo ipſius ſic valere,quòd monaſterium
ad inſtantiam:procuratoris Regij,rem non tenetur ponere
extra manum:nec propter hoc regi facere aliquam indem-
nitatem.quęritur nunquid prędicta ſententia fuerit iuſtè la
ta:quę quęſtio tangit eccleſiam Aureleñ.mihi cõmiſſam,&
fuit per vicarium meum hodie mihi miſſa.Pro monaſterio
verò videlicet,quòd prędicta ſnĩa fuerit iuſtè lata . Inducit
quidam practicus rationes quæ ſequuntur.Prima ratio eſt,
quia licitum eſt perſonis eccleſiaſticis in feudis ſuis liberè ac
quirere,& acquiſita retinere:ſecũdum legales,& canonicas
ſanctiones de iure communi:niſi in odium eccleſiæ contra-
rium reperiatur fuiſſe ſtatutum:nõ allegat.Sed fortè voluit
allegare leges,quæ volunt cõtractus iuriſgentium omnibus
eſſe communes,inter quos eſt contractus emptionis,& ven
ditionis.C.de actioni emp.l.ſicut.C.mandati.l.in re manda-
ta.C.de iure deli.l.nec emere.cùm ibi notatis.C.de contra-
hen.empt.l.dudum.cum ſimilibus.modò in odium eccleſię
de iure ciuili,vel canonico,non reperitur contrarium ſpe-
cialiter fuiſſe inductũ:nec immeritò:quia eccl'ia nõ debet
eſſe deterioris conditionis,quàm priuatus.C.de ſacroſanct.
eccl.l.j.ff.de reli.& ſump.fune.l.ſunt perſonæ.in auth.de re.
11 ec.non ali.§.nõ minus.coll.ij.imò † debet eſſe melioris cõdi-
tionis,quàm priuatus.C.de ſacroſanct.ec.l.vt inter diuinũ.
in princi.Gaudet enim etiam vltra priuatos multis priui-
legijs:vt.l . proximè allegata.& eodem titulo.l.placet.& . l.
l.neminem.&.l.priuilegia.&.C.de epiſco.& cleri.l.j.&.ij.&
l.omni.cum infinitis,quia cùm acquirit non detrahit im-
perator ratione lucratiuę deſcriptionis quintam partem.C.
de ſacroſanct.ec.l.pe.& quia donationes factę eccleſijs abſq;
inſinuatione valent:vt.C.de ſacroſanct.ec.l.illud.q.l tñ intel
lige:vt ibi no.per Cy.in.ij.q.Et vide omninò ibi Guhelmũ
de cugno.& Baldum de peruſio.Item quia nec traditio in
tranſlatione dominij in eccleſiam faciendi,eſt neceſſaria cõ
tra communẽ tñ legem:vt prædicta.l.vt inter diuinum.iun-
12 cta.l.traditionibus. C.de pact.cùm ibi no.Item quia † præ-
ſcriptio non currit cõtra eccleſiam,niſi centenaria de iure
antiquo:vt prædicta.l.vt inter diuinum.vel hodie,niſi qua-
dragenaria.vt.C.de ſac.ſanct.ec.auth.quas actiones . &.ſ̃.de
pręſcript.c.de quarta.&.c.ad aures.&.c.ſi diligenti.&.e.ti.c.j.
li.vj.Et de hoc videtur eſſe caſus ĵ.de immu ec.c.quia nõnul
li.§.vlti.li.vj.& facit bene.c.eos qui.e.li.ſed dubito , ꝙ magi-
ſtri camerarum perlamenti,& cõputorum.hanc rationẽ ita
generalem recipere nollent,quia ordinatio regia eſt in con
trarium,circa acquiſitiones factas per eccleſias extra .xl.an-
nos,eò ꝙ manum eccleſię reputant mortuã. Secunda ratio
13 quia illi † ,qui donauerunt,vendiderunt,ſeu quocũq; titulo.
conceſſerunt feuda eccleſijs,illa cũ omnibus iuribus,liberta
tibus,pertinentijs,& euentibus,ſeu aduenturis,& ſicut ipſi
conceſſores,ea tenebant ipſis eccleſijs conceſſiſſe cẽſentur:
quia res cũ omnibus acceſsionibus ſuis tranſire cenſef.ff.lo-
cati.l.quęro.in prin.ff.quorum legatorum.l.ij.in prin.cũ cõ-
cordantijs ibi ſignatis,in gl.ij.Et hoc verũ,cũ donatio ſit à
principe:vt.C.de iure fiſci.l.ſi qn.& præſertim cũ fit in ec-
cleſia:vt prædicto.§.ſi minus.vel dum fit motu proprio:vt ĵ.
de præben.c.ſi motu.cũ ſimilibus.& eadem ratiõe,cùm prin
ceps confirmat donationem ab alio factam:quia tunc in ſui
pręiudicium generaliter,& quoad omnia confirmaſſe cen-
ſetur:vt prędicta.l.ſi quando.& facit bene quod notat Inn.
de donat.cùm dilecti.in fine.quia confirmatio aliquid adde
re debet:præſertim cum ſit ex certa ſcientia:vt.ff.de leg.pri-
mò.l.ſi quando.& extra de priuilegijs.ſi Papa . libro ſexto.
Ex quibus apparet euidenter,quòd ſicut donator laicus po-
tuiſſet in ſuis feudis acquirere,ita eccleſia poteſt &c.Tertia
ratio,quia tam cõcedens,quã res confirmans,ſcire poterant
vel debebant omnia,quæ modò petit Rex caſibus emergen
tibus,ad regem peruenire poſſe:& ex natura,& conditione
feudi debere ad eccleſiam peruenire . Sciebant q; conditio-
nem eccleſię,ac libertatem,& naturam eius : igitur fienda
14 † eſt interpretatio pro eccleſia bene larga:quia imputari de-
bet illis,qui iſta pręuidere debuerunt,& non præuiderunt.
ff.locati.l.ſi quis domum.& extra de ſeruis non ordinandis.
15 c.vnico.cum his.quæ ibi notan.Facit:quia ſecundum † con
ditionem donatam,donatio eſt interpretanda : vt extra de
iure patronatus.capitulo ſi laicus.§.vltimo.libro ſexto . vbi
de iſta quæſtione in ratione videtur eſſe caſus . Quarta ra-
tio,quia eccleſia in feudis ſuis ab extraneis acquiſita,etiam
per regem repetere poteſt:ad hoc non allegat . quia forſan
hoc ſupponit notum ex conſuetudine regni.Ex lege tamen
Federi . imperiali.c.primo.de prohibita feudi alienatione.
per Federicum alienatio feudi facta domino nõ conſentiẽ-

te,eſt nulla:& competit domino vendicatio feudi:vt ibi &
de conſuetudine eccleſiæ Auincieñ.& ſui comitatus malla-
uiç habet in ſpeciali,ꝙ ad inſtar rei emphiteuticariæ.Si va-
ſallus velit vendere rem quam tenet ab eccleſia,debet requi
rere Epm.vt laudet contractum,& inueſtiat emptorē alio-
quin res cadit in commiſſum,& ad eccleſiam:& tunc eſt in
optione Epiſcopi rē retinere pro pretio,aut laudare,& lau
dimiū recipere ab emptore,iuxta lecta,& no.C.de iure em
phi.l.vltima.Ex quibus ſequitur,quòd eccleſia ſuper his per
regem inquietari non debet:allegat ille,quia eccleſiæ retra-
henti daretur actio,etiam contra regem,ergo regi ab ea vē-
dicanti fortiori ratione datur exceptio:arg.ff.de ſuperficie.
l.prima.§.quod ait.verſ.planè.&.ff.de euictio.l.vendicantē.
Facit:quia hoc venit ex natura feudi , igitur rex donando,
vel confirmando feudum eccleſiç,iſtud donaſſe,ſeu confir-
16 maſſe videtur:quia† princeps donando , vel confirmando
aliquid videtur donare , vel confirmare omnia illa quæ ſe-
quuntur ex illo de natura ſua.argu.ff.de procuratoribus.l.ad
rem.&.l.ad legatum.&.ff.de officiis eius cui mandata eſt iu-
riſdictio.l.prima.§ finali.extra de officio delegati.præterea.&
c.prudentiam.§.ſexta.cum,ſimilibus . Et hæc ratio in facto
eccleſiç Auincienſi videtur eſſe fortiſſima:quia Rex Fran-
ciç prędeceſſor moderni Regis , qui donauit pedagium
ſaluitatis de quo agitur,Epiſcopo,& domino montiſlauri,
pro dictis partibus ordinauit,quòd dominus montiſlauri
teneret in feudum ab Epiſcopo partem ſuam,quam partē
emit poſteà Epiſcopus à domino montiſlauri ,& pro illa
parte petit nunc indemnitatem,&c.¶ Quinta ratio,quia ec
cleſia à tempore de quo non eſt memoria,& etiam à funda-
tione ſua,liberè,& abſq; contradictione aliqua acquiſiuit
talia in feudis ſuis ſcientibus,& patientibus gentibus domi
ni Regis:igitur pro conſtituto haberi debet : vt.ff.de aqua
pluuia arcenda.l.prima.§.in ſumma.&.§.finali.& . ff.de aqua
17 quoti.& æſtiua.l.hoc iure.§.ductus aquæ . Scientibus† enim
& patientibus gentibus Regis.per quas Rex regitur , Rex
ipſe & ſcire,& pati videtur.quia Rex ipſe regitur per eos in
partibus illis,& ideò eum repręſentare videntur:vt . ff . de
condi.& demon.l.municipibus . cum concordantiis ibi ſi-
gnatis.¶ Sexta ratio,quia aliâs per Reges Francorū præde-
ceſſores regis moderni factæ fuerunt certç ordinationes de
modo acquirendi per eccleſias in feudis regis,& militū nul
la facta mentione de feudis eccleſiç,videlicet,quin eccleſiæ
in feudis ſuis,liberè acquirere poſſent . igitur iſte caſus per
conſtitutionem regiam non diſpoſitus iuris communis do-
minus in feudis ſuis acquirere permittentis diſpoſitioni re-
linquitur.arg.ff.de condi.ob.cauſam.l.ſi extraneus.ſo.ma.l.ſi
cōſtante.in principio.de lib.& poſthu.l.commodiſſimè.de
reſcript.c.ſtatutum.cum concordantiis.¶ Septima ratio,qa
nō poteſt nec debet dici noua acquiſitio:ſed magis eſt redin
tegratio,ſeu retractio feudi. Vtilitas enim feudi , quam ha-
bet vaſallus à directo domino , penes eccleſiam exiſtente,
ſeparata iuxta ea,quæ habentur in feudis,in quibus cauſis
feudum amittatur.c.obertus.§.imprimis.debet reuerti de fa
cili ad naturam directi dominii penes eccleſiā exiſtentis:vt
ff.de pact.l.ſi vnus.§.pactus.Rex enim ordinando , ꝙ ille ab
eccleſia res huiuſmodi teneret in feudum,videtur in eccle-
ſiam directum earum dominium tranſtuliſſe:vt.C.de dona.
l.quiſquis.Et mirabile videretur vnum,quod ex contrario
ſequeretur,videlicet ꝙ ſi eccleſia habens plures terras , eas
particulariter diuerſis hominibus daret in feudū , quòd eas
non poſſet ad ſe reuocare,ſi illas ab hominibus eas tenenti-
bus alienare contingeret contra æquitatem legis in emphy-
teuta meliorationes ſuas alienante,& in domino eas retine
re volente loquentis.C.de iure emphyteutico.l ſi.¶ Octaua
18 ratio,quia in multis caſibus ea,quę† ab eccleſia teneť,ad ec-
cleſiā reuertuntur,videlicet ſi tenens non ſoluat pēſionem
per biennium,termino ſtatuto ſic poteſt eccleſiæ dimittere
qd ab eccleſia tenet:vt patet ex lectis,& not.j.de loca.c.po-
tuit.& de feudis.c.j.&.ij.quod ſępe cum magno damno ec-
cleſię contingit:vtpote ſi tenens rem ab eccleſia,pro magno
pretio eccleſiæ dictam rem dimittat:& idem inconueniens
patet ſi decedat ille,qui rem huiuſmodi ab eccleſia tenet ꝑ
magno pretio,abſq; hęrede . Itē patet idē in caſu foreſactu-
ræ.Ex quibus apparet euidenter,quòd ſi eccleſia in ſuis ſeu
dis non poſſet retinere,& liberè ſine impedimento caſibus
contingentibus acquirere omnia feuda eccleſię tēpore pro
cedēte eſſent extra manum eccleſię:quod eſſet ſummè incō
ueniens,& abſurdum.¶ Nona ratio,quia ratio ſtatuendi,ꝙ
eccleſia in feudis regis,& militum nō poſſet acquirere , ſine
regis,& militum conſenſu,fuit iſta:quia illud quod eſt alie-
num,& in alieno feudo,ſeu dominio conſtitutum,ſine vo-
luntate domini, cuius eſt,nec acquiri , nec retineri poteſt.
Sed iſta ratio in feudis eccleſiæ ceſſat , quia eccleſię totum
fuit,& ſemper remanſit apud eccleſiam,ſaltem quoad dire-
ctum dominium:& ideò non immeritò poteſt reuerti ad
eccleſiam.Facit illud vulgare , quòd ceſſante ratione legis
debet ceſſare lex.ff.de iure patro.l.adigere.§.quāuis.& quòd
ceſſante cauſa debeat ceſſare effectus.extra de appellat.cum
ceſſante.cum ſimilibus.¶ Decima ratio,quia aliquæ perſo
nę eccleſiaſticę ad quas feuda huiuſmodi pertinent pro feu-
dis ipſis magna ſeruitia,magnaſq; redeuantias faciunt regi,
quę facere bono modo non poſſent niſi in ſuis feudis,liberè
19 acquirere poſſent:facit,quia† etiam dominus vaſallo fideli-
tatem pro ſeruitio repēdere debet:vt in feudis.qualiter do.
proprie.priua.debe.c.vno.¶ Vndecima ratio,quia & ſi finā
tia iſta ab eccleſia illo iure iniquiſſimo debeatur , credendū
eſt gentes regis , pro prima primi feudi acquiſitione finan-
tiam petiiſſe,& etiam habuiſſe:argu.ff.de probationibus.l.
cum de indebito.in fine.Item credendum eſt illam finan-
tiam talem fuiſſe,etiam pro toto feudo ,& omnibus parti-
bus,& acceſſionibus,ac vtilitatibus ipſius feudi,& ſic etiam
pro omnibus euentibus,ſeu aduenturis , & reditibus , qui
de cętero ex ipſo fundo obuenire poſſent:qa iſta & debent,
& poſſunt non immeritò pręnideri:vt dixi ſupra . Igitur ſi
modo compellerent iterum finare de hmōi nouiter acqui-
ſitis,iam idem bis exigetur,quod bona fides non patitur.ff.
depoſi.l.bona fides.Supple gloſſas.In gl.prima,in fine.& po-
teſt etiam poni exemplum in exemptis,& in cauſa fidei . vel
ſecundum Hoſt.cùm Archiepiſcopus de ſpeciali mandato
Papæ deponit Epiſcopum.In glo.ij.ibi,*ſi expreſſi*.& vide in
Spe.de ſentētię prolatione.§.iuxta propoſitionis.ver.ſed qd
ſi eſt ſnīa nulla,& dicam.j.de confirmatione.c.j.& an ſentē-
tia pronunciata nulla neceſſe ſit.j.e.ad probandum.Itē quod
hîc notat Abbas,an recipiatur talis libellus,peto talem ſen
tentiam latam contra me pronunciari nullā & ſi eſt aliqua,
eam reſcindi per beneficium appellationis,vel in integrum
reſtitutionis:de quo tetigi.de in integ.reſtit.conſtitutus . &
tangā.j.de app.dilecto.& de re iudi.Abbate.li.vj.& ibi licet,
& hoc tenuit olim Tā.per hęc iura.ſed ipſe poſt mutauit,&
ibi conſtet.Tenet etiam ſnīa,quoad ipſum procuratorē: vt
ff.de re iudi.l.iiij.in prin.& ſic ſoluit Bar. Brix.in quęſtione
venerabili.quę incipit quęritur.ſi appellatur à ſentētia.*& in
fine*.proteſtantur hodie appellantes ſe per appellationem nō
recedere à beneficio nullitatis.Collect.more ſuo tractata ali
bi repetens,primò dicit quòd iudex nō debet vti verbo pię
teriti tēporis dicendo cōdēnauimus,vel priuauimus ſcdm
Inn.& Car.j.e.c.ij.li.vj.in verbo priuamus.quia verba eſſent
teſtimonialia ſolùm.nec obſtat.c.Abbate.e.ti.qa illa loqui-
tur in confirmatoriis.inducit tamen in contrarium.j.eo.c.
inter.ſ.de cauſ.poſ.c.j.&.c.cū eccleſia.de reſti.ſpo.c.olim.de
fide inſtru.c.inter.iiij.cum Ioannes.de except.c.cum inter.
&.c.cum venerabilis.tangam in prædicto . c.ij . ¶ Secundò
20 dicit,quòd non† valet ſentētia lata ſuper crimine cōtra eū
de quo notorium eſt ipſum nō potuiſſe cōmittere ſcdm Pau
lum in cle.paſtoralis.e.ti.vbi dicā:quia notorietas habetur
loco erroris expreſſi.¶ Tertiò dicit,ꝙ iudex nulliter pronū
cians,fortè quia dominico iterū pronūciare nō pōt.ſi dele-
gatus eſt.inducit not.in Spe.eo.ti.§.qualiter.verſ.quid ergo.
licet ſecus

licet ſecus in ordinario, per notata in prædicto. c. in literis. ¶ Quartò dicit quòd abſoluit delegans à ſentētia lata p ſuū delegatum, niſi in totum commiſerit. argu. ff. de iudic. l. iudicium ſecundum Specu. vbi ſupra. ¶ Quintò dicit, quòd ſi commiſſio executionis non tenet propter errorem facti ipſe iterum prouidet ſecundum Innocen. remittens ad notata Archidiaconi, & Cardinalis de conceſſ. præbend. ne captandæ. & de præben. Si tibi. & c. beneficia. eo. lib. & p Inn. in prædicto. c. in literis. licet ſecus ſi errasſet in iure, ſecundum Innocē. ¶ Sed Hoſti. & Nouella contra. Sed primū tu
21 tius, quia † cum agitur de lucro captando, & inter eos qui periti eſſe debent, ignorantia habetur pro ſcientia. vt no. j. de regulis iuris. ignorantia. ¶ Sextò dicit, quòd tunc dicitur ſententia nulla, quia contra ius lata, cùm in ea expreſsè ponitur error iuris: licet ius taceatur. puta dicendo, licet ſis minor xiiij. annis, pronuncio te poſſe facere teſtamentum aut in iudicio ſtare poſſe: ſic. j. eod. cum inter. Secus autem, ſi non obſtante exceptione, de minoritate ætatis oppoſita, pronunciaret illum non poſſe teſtari & cætera ¶ De ætate tamen, in ſententia mentione non facta, quia tūc eſt ſolùm contra ius litigatoris. ij. q. vj. § item ſententiam. ſecundum Hoſtien. in ſumma. eod. titu. § qualiter. ¶ Septimò dicit, quòd non valet ſententia lata cōtra conſuetudinem, dummodò non dicatur condemno te contra conſuetudinem. & in hoc eſt differentia contra ius ſcriptum, & non ſcriptum ſecundum Compoſt. de conſuetudine cap. finali. x. diſtinct. in his quæ differentia non placet Nouellæ in prædicto cap. finali. quia etiam in iure ſcripto, eo modo diſtinguitur. j. e. cùm inter. & vide notata de purg. vulga. ſignificantibus. dicam. j. eod. Cum inter. ¶ Octauò dicit, quòd licet ſecundum legiſtas in rei vendicatione pronuntietur ſuper declaratione dominij, & non ſuper reſtitutione, de hoc canoniſtæ non curant remittens ad Collecta de fide inſtrumen-
22 torum. cap. inter. ¶ Nonò dicit, quòd † cùm fertur ſententia contra defenſorem, contra dominum fit executio, & nō contra defenſorem: ſecundum Specu. de ſententia § ſequitur verſic. ſed pone. Sed non loquitur de voluntariè ſe offerente. Sed de dato per iudicem, vel ſuperiorem eccleſiæ vacanti, aliâs facerent contra notata. j. de capell. monacho. cùm dilectus ¶ Sed contra fideiuſſores, qui promiſerunt reo, iudicio ſiſti, mandatur ſententia abſque alia pronunciatione executioni vt in Speculo. tit. de executione ſentētiæ. & hoc verum ſi in iudicio fideiuſſerint. Secus verò ſi in contractu. ¶ Super quo vide Collecta de fideiuſſ. conſtitutus. & quæ ſcripſi in quodā conſilio meo, ſup hoc ſpecialiter formato.
23 ¶ Decimò dicit, quòd † ſententiam latam à non iudice, iudex ratificare non poteſt, propter nullitatem ex defectu authoritatis ¶ Et idem ſi ex defectu ſolennitatis, vt in Specul. eod. titu. § ij. & per Ioan. nona. q. prima. capitulo primo. & per Innoc & alios, de officio delegati. prudentiam. & de conſuetudine. cap. cùm conſuetudines. ¶ Vndecimò dicit, quòd licet habet conteſtatio ſcripta non reperiatur in actis, tamen ſi de ea aliâs conſtare poteſt, iudex poteſt ferre ſententiam, & ſi poſtea propter poc de hoc vertatur dubiū, iudex & notarius ſuper hoc poterunt eſſe teſtes. Super quo vide Collecta ſupra de arbitris. c. ij. & de probatio. quoniā. ¶ Duodecimò notat, quòd ſententia petitur pronunciari nulla iudicis officio: ſecundum Innocen. de appellationib⁹. ſæpè. circa finem ſecundæ columnæ.

SVMMARIVM.

1 *Lites vt celeriter terminentur conuenire tam rigori quàm æquitati.*

2 *Beneficiorum cauſas debere & cito groſſo modo expediri & terminari.*

3 *Beatus Petrus ſi veniret, non ſuſtineret tot litigia, nec tam longa ſicut ſunt hic.*

4 *Celeriter fieri dicitur quod fit intra triennium.*

¶ CAP. II.

Vrgantium. Breue eſt, & fuit hoc exordium alicui⁹ ſententiæ vel fortè inſtructio alicuius iudicis. ¶ Expone literam *celeri*. interdum deſideratur celeritas, & interdum renouatur. de quo j. de electione. cap. quoniam. libro ſexto. Super verbo *celeritate*. & de locato cap. potuit. § emphiteuta. ſuper verbo celeri æquitati. de hoc ſupra de tranſactionibus. cap. finali. per Hoſtien. vbi de hoc ſcripſi, & per Cyn. C. de iudi. l. placuit.
1 ¶ Primò nota qualiter tam † rigori, quàm æquitati conuenit quòd lites celeriter terminentur. ¶ Propter quod Petr. Iacob. in ſumma libellorum, ſub rubricella de ſtatu romanę curię contra romanam curiam loquitur inuectiuè dicens, quòd cauſæ in curia romana nimis prolongantur, & ſunt quaſi immortales, & in iure condendo multùm volnuntur & reuoluuntur quatuor iura. ſ. de electione de reſtitutis. & de appellationibus. & de prębendis. nec propter hoc abbreuiantur lites: ſed magis prolongantur: & tot ſunt ibi mōſtruoſitates & anfractus, quòd aduocati ex inde magis lucrantur, & eccleſię magis damnificantur. ¶ Deberent
2 ergo cauſę beneficiorum † citò ac groſſo modo expediri & terminari: & potiſſimè quia pars quę beneficium non obtinebit, magis videtur exonerata quàm damnum paſſa. vt patet in eo quod notatur. ff. de minoribus l. aut pętor. in principio, & ideo quilibet deberet eſſe contentus breui & groſſa diffinitione ſecundum eum. ¶ Subdit ſe credere,
3 quòd ſi † beatus Petrus veniret ipſe non ſuſtineret tot litigia, nec tam longua ſicut ſunt hîc. ¶ Item Quod hîc dicitur de celeritate, non intelligas de maturæ deliberationis, ſed de cauillationis excluſiua, per quod tollitur contrarium formatum in gloſſa ſecundum Lignanum. ¶ Supple gloſſas in glo. prima ibi: *properandum*. per hanc legem & per hoc capitulum ſimul iuncta arguit Vincentius hei i celeri-
4 ter, † quod fit infra triennium. & ibi: *Cum apud*. & C. de pœnis. l. ſi vindicari. Sed ibi non tardatur ſententia, ſed executio, & ibi vt dicitur. & adde quod ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Iure ſuo neminem priuari debere ſine culpa.*

2 *Infamem fieri epiſcopum ſi remoueatur vel expellatur & ineligibilem fieri.*

3 *Papam omnia ardua facere cum conſilio cardinalium.*

4 *Sententiam multorum epiſcoporum non valere, niſi omnes ſint concordes.*

5 *Epiſcopos plures requiri, in ſolenni depoſitione ſeu degradatione.*

6 *Degradationem actualem, eſſe executionem ſententiæ depoſitionis.*

7 *Epiſcopos & eorum officiales, audire cauſas criminales ſuorum clericorum de conſuetudine.*

8 *Epiſcopum ſolum poſſe clericum ſeu præſbiterum excommunicare.*

¶ CAP. III.

NOn poteſt. Breue eſt, & ideò nec ſummatur nec diuidit & incipe conſtructum ibi *concors ſacerdotum*. & cætera ¶ Expone literā, *poteſt*. qualiter de iure multiplex eſt potentia vide notata. ſ. de reſcriptis. capitulo ſuſcitata. *Sacerdotali*. largè ſumitur hîc ſicut infra de cohabi. clericorum. capit. ſi quiſquam. *Cauſis*. vnde non poſſent illum deponere, pro eo quòd nimis obnixè proſpexerint mulierē ſecundum Abbatem. nullus enim
1 † ſine culpa priuandus eſt iure ſuo, lxvj. diſtinctione. Satis peruerſum. ſ. de conſtitutionibus. capitulo ſecundo Hoſti. Strictiùs tamen ſumitur verbum Sacerdos. j. de hęreti. cap. primo. libro ſexto. ¶ Quęritur hîc generaliter qui & quot iudices eſſe debent in cauſis clericorum ciuiliter vel crimi-

naliter conueniendorum,& vtrum omnes debeant in vnã ſententiam concordare. Circa quod diſtingue ſecundum Henricum,quia aut quęris de Papa.& illum nemo iudicat vt xix.diſtinct.q.iij. nemo. & capitulo aliorum. niſi ſe alicujus iudicio ſubmittat.vt.vij.quæſtio.vij. nos.ſi incompetenter.& in cauſa hęreſis.xl.diſtinctione.ſi Papa. Quod dic vt ibi & ſupra de electione. licet. Aut de cardinali & illum papa iudicat & deponit. Quod dic vt legitur & notatur.j.de ſciſmaticis.cap.vno.libro ſextu.& hoc finaliter videtur tenere Hoſtien.& infra de cleric.non reſiden.cap. ſecundo.& expreſſe hoc tenent Hoſtien. & Ioan.and.j.de prębendis.cap.dilectus.dicentes quòd cardinales vnà cum Papa iudicant omnes:nec poſſunt iudicari ab alio quàm à Papa & collegijs ſuis,vt in cap.allegato, nemo aliorũ. Aut quęris de cauſis aliorum,& tunc aut de cauſis archiepiſcoporum,aut de cauſis epiſcoporum,aut de cauſis aliorum inferioris ordinis clericorum. ¶ In primo caſu,dic quòd Papa eſt iudex: nam cauſę archiepiſcoporum ad Papam ſunt referendę.vt j.de prębend.cap.graue. in fine.vbi hoc notant Innoc.& Hoſtien.in principio.Idem Archi.xj.q.j. cap ſi cleric⁹.aduerſus ſuper verbo ad cõſtantinopolitanũ. ¶ In ſecundo caſu refert aut agitur de cauſa merè ciuili,& dic,quòd archiepiſcopus ſuus eſt iudex.vt.ſ.de officio ordinarij.paſtoralis &.j.eo.titu.c.Romana.lib.vj.Si autem archiepiſcopum vel alium ſuperiorem non habeat,niſi Papã iudicat eum ſolus Papa:ſicut patet in Epiſcopo Auicienſi. qui nulli ſubeſt archiepiſcopo,ſed ſoli Romano põtifici.& ideò ab illo ſolummodò iudicatur. ¶ Aut agitur de cauſa criminali, & tunc aut non agitur quantum ad depoſitionem, ſiue priuationem ab ordine vel beneficio, & tunc idem vt in iuribus allegatis.paſtoralis.romana & in cap.alleg.genere.in verſic.ita vt qui.poſt primam.¶ Aut agitur ad depoſitionem ſeu priuatione ab ordine vel beneficio.& tunc aut quęritur quis poterit audire & examinare dictam cauſam,& circunſcripta ordinatione Papę:dic quòd ipſum concilium prouinciale:vt.iij.q.vj.cap. quamuis liceat.&.c. multùm ſtupeo.& cap.dudũ & in clerici auditione,examinatiõe,vel cognitione,neceſſarij ſunt.xij.epiſcopi,pręter archiepiſcopum qui in his nõ computat.vt.iij.q.viij.c.primo & ij.&.xvij.q.vij.fœlix. Et dic,quòd iſte numerus epiſcoporum, eſt neceſſarius non ſolùm in criminali accuſatione epiſcopi.Sed etiam cum ciuiliter agitur vel excipitur de crimine contra ipſum,ad hoc vt remoueatur ab epiſcopatu, poſt confirmationem xxiij.diſt.illud.xxiij.diſt.quorundam

2 nam poſt † amotionem talem,vel repulſionem adeò remanet infamis,quòd ineligibilis ſit.vt ſupra de electione.ſuper eo.vt hoc notant Ioan.Philip.Bernar.Hoſtien.& Io.an.in c.alleg.ſuper his.in fine.& Inno.& Hoſtien.in cap.allegato graue.& Ioan & Archidia.in cap.alleg.illico.xxiij. diſtinct. Et dic,quòd iſti.xij.epiſcopi,ſunt neceſſarij in proceſſu,ſcilicet in libelli oblatione.ſ. de libe.obli.cap.primo.in litis conteſt.in præſentatione teſtium, in cõmiſſione facienda illis,quibus receptio teſtium committetur.C. de fide inſtrumentorum.in authentica apud eloquẽtiſſimum.& in additione allegationum,& potiſſimè,in relatione, quæ Papæ eſt facienda. argu. in eo quod legitur & notatur.infra de appell.intimaſti.ſecundum Innoc.& Hoſtien.in cap.allegato. graue.¶ Et licet quidam dicant hunc numerum epiſcoporum eſſe neceſſarium,etiam ſi ex delegatione Papæ procetur.argu.iij q.vj.hæc quippe Inno.tamen & Hoſtien.in.c. allegato graue.non credunt hoc de neceſſitate,licet honeſtum ſit propter excellentiam cauſæ,quæ ita ſit.Et idem tenet Archidia.in cap.alleg in gloſſ.ſua penultima. ¶ Quod intelligo ſiue Papa committat ſolam cognitionem,ſiue ſolam commiſſionem, ſiue vtrunque ſimul ¶ Aut quæris quis poterit terminare,ſeu diffinire dictam cauſam,& dic, quòd ſolus Papa.vt in iuribus allegatis.& ſupra de tranſla. epiſcopi.cap.inter corporalia.in principio.verſic.epiſcopi quoque vbi de hoc per Hoſtien.& cap.quanto.& cap.final.

3 ¶ Decet tamen,quòd † hoc faciat cum conſilio cardinalium,ſicut & alia ardua facta.¶ Et dic de hoc vt notatur per Cardinalem infra de hæreticis.libro ſexto ¶ Aut ergo Papa de cauſa huiuſmodi determinat & diffinit, & tunc non eſt dubium. ¶ Aut eam committit alijs,& tunc idem, quia vnus ſolus non poteſt vni ſoli diſſentire,vt legitur & notatur ſupra de arbitris.cap.primo,aut pluribus,& tunc non valebit ſententia,niſi omnes concordauerint.vt ſexta q.iiij.cap.primo.& cap.ſi quis epiſcopus criminaliter.Eſt tamen ſpeciale in cauſa epiſcopi propter excellentiam dignitatis,ne concuſſis columnis,corruat ædificium.j.de accuſ. cap.qualiter.& quando.ij. in principio. ſecundum Ber.& Hoſtiẽ.hic.Idem notat Archidiaconus.ij.q.vj.§ diffinitiua.

4 verſi.Item ſi plures.& ita † quòd non valebit ſententia eorum,niſi fuerint concordes,ſiue fuerit condemnatoria ſiue abſolutoria per ea quæ not.ij.q.vj.accuſatus.licet Hugo. aliter notauerit.xij.q.j.præceptis.Si quæris de cauſis aliorum inferioris ordinis clericorum, tunc refert vt prius. ¶ Aut agitur de cauſa ciuili & tunc epiſcopus ſuus regulariter eſt iudex.C.de epiſcu.& cleric.in authentica.cam,quæ fit cum monacho.& in authentico.clericus autem & ſupra de foro compet.cap.primo & ſecundo.& cap.ſi quis contra clericum.&.x,q.iij.cap.quia cognouimus.¶ Aut agitur de criminali,& tunc aut agitur ad depoſitionem non ab ordine,ſed a beneficio,aut agitur ad depoſitionem ab ordine, & officio.¶ Aut agitur aliâs,quàm ad depoſitionem ab ordine vel beneficio.¶ In primo caſu ſolus epiſcopus cum ſuo clero eſt iudex:vt ſupra de iudic.at ſi clerici de cohabi. cleric.& mulie.cap.ſicut.& cap.ſi autem.& ſic intelliguntur.xviij.q.ij.ſi quis Abbas.vbi hoc notat Archi.&.xvj q. vij.in nũcium.ij.q.j.notum.ix.q.iij.ſi quis epiſcopus damnatus.lxxxvj.diſt.ſi quis de quocunque.cum multis ſimilibus,quia in talibus nihil debet ſine conſen ſu ſui capituli facere.j.de his quæ fiunt à prælat.cap.nouit.hoc idem notant Ioan.& Archidia.xv.q.vij. in ſumma ¶ In ſecundo caſu ſcilicet quando agitur ad depoſitionem ab ordine vel officio,refert: nam quędam eſt depoſitio verbalis ſolum,abſque ſolenni degradatione ſubſequenti, ſeu per quam non tenditur ad degradationem actualem,de qua in iuribus,infra proxime ſequentibus,& de tali cauſa,epiſcopus cum capitulo cognoſcere poteſt:& decidere ſeu deponere abſque aliorum epiſcoporum præſentia:vt infra de clerico excommunicatu miniſtrante.cap. ij.&.c.latores.ſ.de iudic.cap.at ſi clerici.lxxxvj.diſtinct.ſacerdos.& cap.optimum.& infra de ſimo licet hely.& ita intelligit Ioan.Fabri.xv.q.vij.in ſumma.& Inno.& Hoſtien.in cap.allegato graue ¶ Aut eſt depoſitio actualis,& ſolennis,quæ propriè dicitur degradatio de qua.in.d.c.degradatio.§ j.& tunc aut agitur de crimine hęreſis.& tunc ſolus epiſcopus cũ ſuo clero ſeu capitulo poterit cognoſcere & deponere ſeu degradare:vt infra de hæretic.cap.primo libro ſexto & dic vt ibi. ¶ Aut agitur de alia cauſa,& tunc aut agitur de depoſitione actuali clericorum,in minoribus ordinibus conſtitutorum, qui etiam degradari poſſunt.xj. q.iij.epiſcopus.in fine.&.xxv. qõ.j.ſi quis epiſcopus.& in dicto capit.degradatio.ij.reſponſo.ibi minores.&c.ſecundum Ioan.and.ibi in Nouella & Spec.de accuſatio.§ ſecundo loco.verſi.ſcias.& tunc ſufficiet ſolus epiſcopus,cum ſuo capitulo.Ita intellige.xv.q.vij.cap.ſi autem.ibi,*vel quorum*.verò clericorum.animus &c.cum not.ibi per Ioan & Archidia.& in cap.allegato.cum non ab homine.ſ.de offic ordin.cap. primo.& . cap . licet epiſcopus.& cap.irrefragabili.& eſt caſus,in dicto cap.degradatio.ſecundo reſponſo.licet Specu.in verſi alleg.& ſcias.dicat, quòd

5 in † ſolenni depoſitione ſeu degradatione, plures epiſcopi ſunt neceſſarij in minoribus ſicut in maioribus conſequant. ¶ Aut agitur de depoſitione clericorum in ſacris ordinibus conſtitutorum,& tunc aut agitur de depoſitione ſeu degradatione preſbiterorum,& tũc requirũtur ſex Epi illius prouincię conuicinę vnà cum Epo diœceſano,aut agitur de depoſitione

poſitione ſeu degradatione diaconorũ,& tunc requiruntur tres epiſcopi illius prouinciæ ſi ſint:aliàs cõuicinæ cum ipſo Epiſcopo diœceſano:vt plenè legitur, & notatur xv.q.vij. cap.ſi quis timidus capitulo.felix.& cap.ſi autem. Et quod dictum eſt in diaconis ¶ Idem intellige in ſubdiaconis,qui hodie eodem gaudent priuilegio,arg.ĩ.de ſeruis non ordi. capitulo. miramur. ſecundum Hoſtien. hic per hoc, ſi de ætate & qualita à multis.& .xxij.diſtinct erubeſcant.& cap. finali licet Ioan. fabri.& Hugo. xxviij.diſtinct.cap.ſolùm. & xxv.q.vij in ſua cõ.xquent eos clericis in minoribus conſtitutis, & idem ſentit Hug.xv.q vij.cap.ſi autem.& malè ſecundum Ioan.& Arch.Hug.ibi & Ioan.andr.ĩ.de hæreti. cap.primo.libro ſexto de quo in Specu.in dicto.§ ſecundo loco.per totum.&.§.quarto.& per Ioan.an.in dicto cap degradatio.in princip.ſuper verbo iure.in Nouella.vbi dicit, quòd de numero Epiſcoporum, à canonibus diffinito, de quo ibi loquimur, cùm de verbali loquimur degradatione, nec ibi poſtea reperitur cùm de degradatione loquiť actuali,quare approbari videtur, quod dixit Specula in prædicto .§. ſecundo loco.verſu.eſt notandum vbi dicit, quòd
6 † actualis degradatio eſt executio ſententiæ depoſitionis. & Epiſcoporum præſentia,quæ neceſſaria eſt in ſententiæ prolatione,non eſt neceſſaria in hac executione. ¶ Et poſt multa allegata dicit,quòd ex iuribus prædictis,quæ de iſto numero loquitur,patet,quòd iſti epiſcopi habẽt examinare audire,diſcutere,diffinire,& ſententiare criminales cauſas, talium clericorum:& iſta conueniunt bene verbali degradationi & ſecundũ hoc.c.j.ĩ.de hæreti libro ſexto.intelligitur de degradatione verbali.& ad cap. Epiſcopus.xj q.iij.vbi dicitur,quòd iniuſtè deiecti recipiunt ornamenta iſta,de manibus epiſcoporum:ergo videtur,quòd de manibus epiſcoporum fuerint ſibi ſubtracta. ¶ Reſponde per id quod not. Specu.in dicto.§.ij. verſi.Sed nunquam tot.vbi dicit,quòd vbi ſententia depoſitionis tenet,tunc eſt in arbitrio Papæ qui ſolus reſtituit tales,vbi verò non tenetur, epiſcopus etiam ſolus de hoc cognoſcere & reſtituere poteſt. ¶ Dicũt tamen Ioan.fabri.xv.q.vij.in ſumma.& Specu.in prædicto
7 .§.quarto † q̃ de cõſuetudine epiſcopi per ſe,& per officiales ſuos audiunt cauſas criminales clericorum ſuorum,facit.ĩ. de officio vicarij.licet libro ſexto.& pro hac conſuet.facit ſupra de iudic.at ſi clerici. & cap.cùm non ab homine.de foro competen.poſtulaſti.ĩ.de hæreti.ad abolendam.§.primo.&.§.verò.& in fine de clerico excomun.mi.lator.de crimine falſi ad audiẽtiam.ſpeciale.ĩ.de conſuetu.nõ eſt libro ſexto.& de officio ordina.cap.primo.verſ.niſi aliud.& cap. vt litigantes in fine.eodem libro ſecundum Ioannẽ and.ibi. ¶ In tertio caſu, ſcilicet quando agitur ad depoſitionem ſeu priuationem ab ordine,vel à beneficio,tunc ſolus epiſcopus diœceſanus cognoſcere & deponere poteſt:vt ſupra de officio ordina.cap.primo.ĩ.de conſuetudi.cap. non eſt.libro ſexto.vnde ſi agatur per modum exceptionis,ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere.vt infra de accuſationi.ſuper his.
8 ¶ Item ſolus epiſcopus † poteſt clericum.ſeu præsbiterum excommunicare vt.ĩ.de cohabita.clericorum.& mulierum c.clericos.& etiam ſuſpendere ad tẽpus & in perpetuũ,ſine quibus alijs Epiſcopis.vt.ij.q.v.c. præsbiter ſi à plebe.xv.q. viij.hi qui.&.ĩ.de cleric. excommu. miniſt. cap. latores & cap.ſecundo. ¶ Supple gloſſas.in gloſſa prima ibi:*tuum*.hoc quod dicit gloſ.hic de tribus & ſex epiſcopi intelligit Goſfred.in caſu ſtatim allegato,præter proprium epiſcopum. ¶ Et idem Guil.in ſpeculo de accuſatio.§. quarto.in principio. Et quod hic & ibi dicitur,de diacono, habet locum etiam in ſubdiacono,ſecundum Hoſtien.hic & Specu.in fine prædicti.§.& ibi.*Sex ad minus*.fallit in caſu.ĩ.de hæreticis. cap.primo.libro ſexto.& ſic non ſint epiſcopi in prouincia, vocabuntur vicini vt notatur:iij.q viij.ſubgero. & ibi per Papam:quia aliter ſententiare non poſſet de hoc.ij.q iiij. nulla etiam abſoluendo:licet Hoſtien.contra de hoc.xij.diſtinctio.præceptis.iij.queſtio.vj.accuſatus.& etiam quando Papa delegat cauſam, videtur quòd debitus numerus debet interuenire,vt noeat.iij.qõ viij.in fine ſummæ.

¶ CAP. IIII.

A quæ. Breue eſt,& fuit forſan exordium alicuius ſpecialis confirmationis ¶ Expone literam *iuſte*.quia nõ cõtra ius ſcriptum,& rationabiliter quia non contra ius litigatoris.*diffinita*.non interpoſita appellatione,nec petita reſtitutione.ad idem.vj.q.iiij.qđ bene ¶ Tu dic idem,ſi ſit appellatũ ſi exponas,vt prædixi. Quoniam iſta decretalis non reſpicit principaliter materiã huius tituli,ſed potiùs materiã titu.de confir vti.vel inutil. ĩ.ſequẽtis.Ideò circa eam non inſiſto ¶ Supple gloſſ.primã ibi,*cognitione*.ſupra ius tribuit,& tunc bene ſequitur in glo, & nõ poterit &c. Et hic videre potes repetitionẽ cuiuſdam Azonis de ciuanichis ſuper.c.ſicut.ij. q.j.

SVMMARIVM.

1 *Executor merus ſententiæ coram quo excipitur,quòd non cognoſcat de fraude.*
2 *Quæ ſunt meri imperij,quòd delegari non poſſunt.*
3 *Executorem ad executionem procedere debere, ſi percipit quòd coram ſe malitioſè opponatur exceptio falſi.*
4 *Executio mera & mixta quomodo differant.*
5 *Mandati formam inſpiciendam & obſeruãdam,cum apparet de illa.*
6 *Crimen perſonæ,non reddere gratiam ſurreptitiam,aut nullam.*
7 *Executor ſententiæ quòd probationes recipere non debeat,vt iudicet ſuper principali.*
8 *Executor qualiter poſſit aſſumere cauſæ cognitionem.*
9 *Sententia merus & mixtus executor quis dicatur.*
10 *Merus executor qualiter debeat exceptiones recipere, & cauſa cognitionem in ſe aſſumere, & quid de mixto imperio.*
11 *In executione non quæri, an iuſte ſit pronunciatum.*
12 *Magiſtratum minorem non poſſe cogi exſequi ſententiam latam à maiori.*
13 *Coram executore opponi interdum exceptiones, concernentes iuſtitiam vel iniuſtitiam.*
14 *Executionem non valere, ſi non habeat executor poteſtatẽ exequẽdi.*
15 *Sententiam à iudice ſuo latam,facere ius inter partes.*
17 *Executor datus ad procedendum, an debeat exceptiones oppoſitas admittere.*
18 *Sententia cum petitur executioni mandari, an debeat dari libellus.*
19 *Nouatio an fiat per ſententiam.*
20 *Sententia lata in corporalibus, dum pro quo lata eſt, ſtatim poſſe poſſeſſionem intrare.*

¶ CAP. V.

1 Ecæterò. Caſus. † Merus executor ſententiæ coram quo excipitur,de fraude non cognoſcit,ſed remittit. Et adde hic omnino quæ ſcripſi poſt Hoſti.ĩ. de except.c pia.lib.vj.in.xiiij.notabili. ¶ Expone literam *à nobis*. Secus ergo ſi eſſet ſentẽtia lata ab alio, ſecundum Tancre.& Vincen. Vnde dicebat Goffr.quòd ea
2 † quæ ſunt meri imperij non poſſunt delegari,vt miſſio in poſſeſſionem.vt.ff.de iuriſdi.om.iudic.l.iubere cauere.Sed nõ eſt verum quòd ſit meri,imò eſt mixti imperij talis miſſio,vt eo.titu.l.imperium.§.j.prout apparet ex his quæ ſcripſi in materia mixti imperij ac iuriſditionis,ſuper rubrica de officio iudicis.in.xij quõnibus. Et præſertim in ſexta ſeptima &.viij quõnibus. ¶ Vnde ſecundum leges licet committatur miſſio ex primo decreto,non tamen ex ſecundo,vt.ff. de offic.eius cui mand eſt iuriſdi l.penult.ver.vt poſſeſſio. Sed ſecundum canones committuntur ea,quæ ſunt meri,& etiam quæ ſunt mixti imperij.vt ſupra de offic.deleg.c.fina. vbi dixi de hoc,& ſuper rubrica prælibata. ¶ Martinus verò de his quæ ſunt ordinis,remittit ad lecta & notata, de cõſecra eccle.vel alta c.aqua.&.ĩ.de foro compe.c.ſignificaſti.& in cle.j.de priuile.& in.c cum nullus.de temp.ordi.li. vj.&.ĩ.de pœ.& remiſ.c.omnis.vbi ſcripſi,de hoc propriè loquendo,ea quæ ſunt ordinis,nõ ſunt delegabilia,licet quãdoq; de alterius prælati licentia. Ex propria tamen clauium

poteſtate exequentis, quis ea quæ ſunt ordinis in non ſubditis exequatur, quæ tamen ſine huiuſmodi licentia, aliàs exequi non poſſet, vt in iuribus proximè allegatis. ¶ Dicit etiã
3 Goffre.† quòd ſi executor percipit q coram eo malitioſè opponatur exceptio falſi. videlicet cauſa differendæ executionis, ipſe executor debet procedere ad executionem: ipſa falſi quæſtione ſalua remanente. vt C. de falſis. l. ij. & puniri poteſt opponens. C. de executione rei iudica. l. ſi longis. *fraus.* i. quæſtio fraudis, ſcilicet, quòd ſententia ſit lata per falſa inſtrumenta: vel quòd aliàs circa principale negotium habita dicatur fraus. ¶ Secus ſi circa commiſſionem dicatur fraus habita, vel etiã circa executionem ſecundũ Inno. vt patet ex his quæ addam infra. in prima ſuppletione primæ gloſſę. *interuenerit.* i. interueniſſe dicatur. Similis expoſitio de fide inſtr. cap. ſecundo. AEgi *de toto.* i. de aliqua parte negotij. ſi ſit merus executor. ĩ. eod. ſicut. Iſte enim nihil audiet tanquàm iudex, & ſi ſummariè poſsit audire exceptionem falſi. ff. de re iudica. à diuo pio. non vt pronunciet, ſed vt cauſam inſtructam referat. ĩ. de appellatio. conſtitutus. ſecundum Hoſtien. *ſed differri quoad diffinitionem.* nam examinatio fit quòad inſtructionem. ¶ Mixtus verò & ſi non cognoſcet de toto, tamen cognoſcit de precũ qualitate. vt in. l. & ſi nõ cognitio. quã alleg. gloſſ. vt ibi dicam ſecundum Hoſtien. *quæ inciderint.* i. coram executore propoſitæ fuerint ſecundum Hoſtien. *ad ſedem apoſtolicam.* quæ dederat executorem. ¶ Primo opponitur de prædicta. l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. canonizata. xxv. q. ij. vbi dicitur, quòd & ſi non cognitio, ſed executio mandetur de veritate precum inquiri oportet: vt ſi fraus interuenerit de omni negotio cognoſcatur. ¶ Innoc. dicit quòd hoc capitulum locum habet, cum ſententia lata eſt à principe. Contrarium verò, cùm lata eſt ab inferiore iudice: tunc enim licet executori de quæſtione falſi cognoſcere. arg. C. de executio. rei iudi. l. ſi longis. & C. ſi ex falſis inſtrumentis. l. finali. ¶ Et ſi obijcias de incõuenienti, quod inde ſequeretur, quia ſic quilibet poſſet executionem impedire iuſtæ ſententiæ iuxta id quod ſcripſit Nouella. ſ. de reſcript. ſuper literis. poſt gloſſ. verſi. ſed dices. Reſpondet Inno. quòd ex quo de hoc apparuerit, ſcilicet quia excipiens in probatione defecerit, punietur. vt in prin. l. ſi longis. & ĩ. de pœnis. c. calumniam. ¶ Refert tamen Inno. alios dicere, quòd etiam ſi à minori iudice feratur ſententia, tamen executor de falſo non cognoſcet ne tali prætextu impediatur, vel differatur executio ſententię. ¶ Sola enim appellatio impedit executionem in authen. vt iudices non expectent ſacras iuſsiones. colla. ix. per quam tollit. l. & ſi non cognitio. vel exponatur taliter, quòd non contradicat. & ad hoc. C. de falſi. l. ij. ¶ Item refert, quòd tertij diſtinguũt inter executio
4 nem † meram & mixtam, & meram dicunt, quę nullam habet conditionem ei admixtam, puta cùm proferens ſententiam mandat, ſeu committit ipſius executionem. Tunc enim cùm ſcribat de facto ſuo, non eſt credendũ, quòd ſit falſum illi ſuggeſtum. ar. de reſcript. ab excõmunicato. & ideò ſuper hoc falſo non eſt alicuius probatio ad retardationem executionis ſententię admittenda: & ſic intelligit hoc capĩm cum ſuis cõcordantijs. & vide. ĩ. de priuil. cùm olim. in glo. idem curſorem. & ſ. de offi. dele. cùm poſt. in. ij. glo. Mixtam dicunt, quando non is qui tulit, ſed alius committit executionem ſententiæ. Potuit enim cõmittens decipi in facto alieno. ff. pro ſuo. l. fin. & talis ſuper exceptione ſuggeſtionũ falſi, probatiões admittet, & recordabit executionem. vt in. l. & ſi nõ cognitio. Id autem incũctãter dici poteſt, quòd ſi nõ opponatur latam ſententiã per ſuggeſtionem falſi, ſed quòd lata ſit per falſa inſtrumenta, vel per falſos teſtes, de tali exceptione non habet ſe intromittere executor: ſed illi qui delegauit eſt cognitio reſeruanda: cùm nec intendat ſuper hoc aliquid delegare. Et ſic etiam poteſt intelligi, quod hic dicitur cum ſuis concordantijs. ¶ Eſt & alia executio, quæ dici poteſt mixta, quia pro parte eſt mera, & pro parte habet cauſæ cognitionem annexam: vt ſi mandetur alicui, quòd prouideat Petro de tali præbenda ſi vacat, hæc enim executio habet cauſæ cognitionem in hoc, vt executor inquirat, & cognoſcat an vacet, priuſquàm de ipſa prouideat. ſed poſtquàm ei conſtiterit de vacatione mera, remanet executio quoad prouiſionem: quæ non habet cauſæ cognitionem. Vnde ſi quis vellet obijcere in perſonam executoris vel etiã illius, cui prouidendum eſt, non eſſet excipiens audiendus. vt notatur infra de conceſſio. præben. propoſuit. vt vide de electione. c. dudum. in glo. & hoc patet ar prędictæ. l. & ſi nõ cognitio. & ſ. de reſcriptis: cùm dilecta. ſecundum Innoc. ¶ Hoſtien. autem dicit ſic, iura & noua ſunt quæ in hac parte audio, aut ipſa non intelligo. Certum eſt enim, quòd quando Papa ſcribit pro aliquo beneficiando, admittuntur exceptiones propoſitæ & contra beneficiandum, & contra reſcriptum, & contra executorem: vt patet in eo quod legitur & notatur ſupra de reſcriptis. ad aures. & cap. cùm adeò & cap. poſtulaſti. & cap. ſi proponente. & de offic. deleg. cap. paſtoralis. § quia verò cum multis alijs iuribus. Subdit tamen Hoſtien. ſe neſcire, ſi Innoc. hoc ſuum dictum intendat eſſe intelligendum, vbi papa certo iudicio pro certa perſona de certa præbenda præciſè vel ex certa ſcientia ſcribit, exprimens ſufficienter in ſua litera, quòd non vult contra hoc mandatum ſuum aliquam exceptionem admitti. Sic enim poſſet ſaluari, quod præmiſi, & vix hoc contingeret: cùm etiam Papa dicat, quòd nec ſe nec anteceſſores ſuos credit hoc expreſsiſſe: quod dic vt legitur & not. ſ. de officio deleg. c. ij. ¶ Poſſet etiam eſſe ratio dicti ſui, videlicet quando Papa alicui ſibi noto beneficium vacans confert, & mandat per aliquem executorem in poſſeſsionem beneficij talem poni: tali enim executor non habet prima facie exceptionem admittere: quod dic, vt legitur & notatur. ſ. de exceptionibus. cùm eccleſiaſticę. & de cauſa poſſeſſio. cap. penulti. & ĩ. de accuſationibus. accedens. ¶ Marti-
5 nus autem de ſalua dicit, quòd imprimis forma† mandati eſt inſpicienda, & cùm de illa apparet, ſeruanda: de reſcript. cùm dilecta. de reſtitutio. ſpolia. Piſan. de pręben. cũ de nõ. lib. vj. hoc autem ceſſante tenetur cõiter ſecundum eum, quòd executor ſi vult, poteſt recipere partes iudicis, vt not. Inno. ſ. de præſumptio. dudum. & glo. Ioan. and. in clemen. vna. de officio. dele. ¶ Sed ad hoc non tenetur, vbi nullus ſe opponit: vt notatur per Innocen. & per gloſſ. in locu proximè allegatis. & hoc verum, ſi beneficium, de quo petitur prouiſio, à nemine poſsidetur. Secus enim ſecundum quoſdam, ſi per alium poſsidetur: licet enim tale beneficium poſſeſſum cõferri, imò etiã acceptari poſsit, licet gratia de poſſeſſione non loquatur vt colligitur ex notatis Inno. de conceſsio. præbend. propoſuit. & Archid. de præbend licet. libro ſexto, tamen antequam amoueatur poſſeſſor à beneficio, vocandus eſt, vel ordinarius monendus, quòd faciat illam poſſeſsionem dimittere. ¶ Super quo vide Compoſtel. ſupra de reſcriptis. cap. capitulum. & licet hoc etiam ante prouiſionem obſeruari ſecurum ſit. arg. ĩ. de conceſsio. præbend. cap. cum noſtris. & c. literas tamen re vera ante prouiſionem non eſt hoc neceſſarium: quia ſi non eſt hoc neceſſarium in prouiſione ordinaria, vt prædicto cap. licet. nec in apoſtolica. eadem ratione, videlicet, quia neutro caſu fit præiudicium per prouiſionem poſſeſſori, vt notatur per Innocen. de præbend. cap. de multa. Secus tamen in impetratione certi beneficij, in qua oportet facere mẽtionem de poſſeſsione facti colorata: quod dic vt legitur, & notatur per Ioan. calde. poſt Hoſtien. in princip. cap. licet. Faciunt notata Innoc. de reſtitu. ſpolia. accepta. & Archidiac. de officio ordina. cap. ordinarij. & cap licet. allegato ¶ Et ideo à proceſſu executoris, in quo mandatur poſſeſsionem dimitti infra ſex dies ſub pœna excõicatiõis, nõ adiecta clauſula, niſi cauſam &c. iuſtè appellatur. quia mandatũ eſt iniuſtum ex forma, quòd menti tene. Vbi verò aliquis ſe vellet opponere pręueniendo, audiendus eſſet: Saluis tamen notatis Innoc.

tis Innoc. in prædicto cap. propoſuit. quia hoc verum, quo-
ad gratiam vel prouiſionem ſeu poſſeſsionis traditioné im
pediendam, propter obiectum in formam. Secus enim ſi
contra perſonam ad impediendam poſſeſsionem oppone-
rentur obiectus, niſi cum hoc etiam opponeretur infa-
mia per lecta, & notata in præallegato. cap. accedens. &. ſ.
de cauſa poſſeſsio. & proprieta. cùm olim. &. j. de appella-
tionibus. conſtitutis. ſecundum eum. Item ex gloſſ. Innoc.
poſita in capitulo. accedens. de mente concludit, quòd
6 † tamen perſonæ non reddit gratiam nullam, aut ſurrepti
tiam: de quo notatur in cap. paſtoralis. § quia vero. allegato.
& aliquid per Hoſtien. j. c. quod ad conſultationem. ¶ Cō-
cludit autem ex verbis Ioannis de lignano, licet ipſius non
meminerim, per eum recitari, quòd vbicunque committi-
tur executio, videtur mandata cognitio circa legitimas ex
ceptiones audiendas, vt mandatum reducatur ad ius com-
mune. de reſcript. c. ij. & cap. cauſamque. niſi quandocūque
forma mandati haberet contrarium. de officio delegati.
cap. finali. & ſic intelliguntur notata ibi per Inno Et hoc ve
rum, etiamſi cognitione non præcedente, mandata eſt exe-
cutio in defectum cognoſcentis exequi non valentis. vt
quia cognitor fuit arbiter vel aliâs talis, qui nō poteſt ſuam
ſententiam exequi: imò & hoc ceſſante, adhuc idem ſi ſint
talia quæ ſpectent ad ordinem executionis. ff. de re iudicat.
l. à diuo § ſuper his. Sed ſecus, quoad concernentia vires præ
cedentis cognitionis, aut iuſtitiam negotij principalis, niſi
quòd executor talia audire poteſt vt ſe informet, & refe-
rat iuxta, notata hîc per Innocen. Et hæc vera, niſi execu-
tor eſſet nudus miniſter ſicut ſeruiens, vel curſor Papæ. Il-
los verò, qui ex diſpoſitione legis habent poteſtatem exe-
quendi, compræhende ſub membro ſecundo, & executores
cum iuriſditione vel cenſura, comprahende ſub membro
iij. & de ſecundo membro, poteſt intelligi. l. ſi prætor. § Mar
cellus. ff. de iudic. ſecundum eum. ¶ Secundò opponitur
contra lecta & notata hîc in gloſſ. de. l. ſi prætor. ff. de iudic.
vbi dicitur, quòd coram executore poteſt probari dolus
illius, qui in ſententia obtinuit, & falſitas inſtrumentorum
per quæ ſententia lata fuit. ¶ Solutio, verius eſt, quòd nun-
7 quam executor † debet aliquas probationes recipere, ad hoc
vt iudicet ſuper principali, vel determinet ſiniam mandādā
eſſe executioni, vel non. Nam ſi talis ferretur ſententia, præ
iudicaret principali, & ſententiæ iam latæ, quæ non poſſet
mandari executioni, obſtante exceptione rei iudicatę: & ſic
ſententia lata inutilis remaneret: tamen ad inſtructionem
ſuam poteſt aliquas probationes recipere: vt ſi inueniat ali-
quid quod eum moueat, executioni ſuperſedeat, & nego-
tium totum ad ſuperiorem remittat. ¶ Verumtamen in
hoc iudicare debet, & hoc expreſſè ſonare videtur hęc lite-
ra, & l. præallegata ſi prætor. ¶ Sed quæres ſi Papa confir-
mauit aliquem in prælatum aliquo familiari ipſius Papæ
hanc confirmationem ex pacto forſan, & ex certa pecu-
nia ſimoniace procurante, vtrum coram metropolitano
ſuo poſſit accuſari de hac ſimonia taliter confirmatus. Et
videtur quòd ſic, dummodò agitur ad pœnam: de pactis.
nec petatur infirmari. quod factum eſt per Papam, quia in
examinatione illius cauſæ metropolitanus iudex ordina-
rius eſt, vſque ad ſententiam depoſitionis, quam non poteſt
facere romano pontifice inconſulto. ij. q. vj. accuſatus. & c.
ſequenti. ¶ Si verò quæris de confirmatione, vtrum fuerit
iuſta, vel iniuſta, de hoc non poſſet agi, niſi coram illo, qui
confirmauit. argumen. j. de confirmat. vti. cap. primo. & ij.
non per modum querelæ, ſed per modum appellationis,
argumen. infra de appellationibus. conſtitutus. ij. & libro
ſexto. de electione. ſtatuimus. ¶ Et idem eſt, vbi quis ſen-
tentiam à ſuperiore latam, aſſerit nullam: hoc enim tan-
tùm coram eodem iudice, qui tulit ſententiam, dicere po-
teſt quod obtinet, etiamſi ille qui tulit ſententiam, ſit in-
ferior iudex à Papa. C. de accuſationibus. l. iij. & . xxxv quę-
ſtione. ix. quod quis commiſit. & cap. ſententiam. ſecundum

Innocen. ¶ Et patet in eo quod notatur ſupra eod. cap. pri-
mo. Et vide quod dixi. ſ. de officio delega. ſuper eo ſuper
iij gloſſa. Nouella ¶ Quod autem dixi, quòd de hoc agen-
dum eſt coram iudice tantùm, qui tulit ſententiam, ſubau-
di, vel corā ſuperiore ſuo, ſi ad ipſum delata fuerit. ſ. de of-
ficio ordina. ad reprimendam & cap. duo ſimul. & de hoc
ſatis. j. titu. primo dilecto & coram Papa. etiam ſine appel
latione, per querelam. cùm ipſe ordinarius ſit cunctorum.
ix. q. iij. cuncta per mundum. & capitulo. per principalem.
& etiam coram legato ſuo, in prouincia ſibi commiſſa. ſ. de
offic. legat. capitulo primo. ſecundum Hoſtien.
¶ PRIMO quæritur ad declarationem primi ſolùm
8 qualiter † executor poteſt aſſumere cauſæ cognitionem. Su
per quo vide quæ ſcripſi de in integrum reſtitutione. cap.
ſuſcitata in ſecunda oppoſitione: & in remiſsionibus ibi da
tis, & de officio delega. cap. paſtoralis. § ſi verò in ſecunda &
quarta quæſtionibus. & eod. titu. cap. cùm in iure. in tertia
quæſtione & . ſ. eod. cap. in expoſitione, ſuper verbo de to-
to. & in prima & ſecunda oppoſitionibus. ¶ Item etiam vi-
de notata Bernardi in princip. cap. paſtoralis. § quia verò.
in gloſſa ad intelligentiam &c & Ioan. ij. q. iij. § ſunt quo-
rum. verſ. ſicut ab executore. & verſu. & ſi non cognitio. &
etiam notata Bartoli. ff. eod. l. à diuo Pio. in principio. in
vij. quæſtionibus in § primo. & in omnibus § ſequentibus.
vſque ad finē. quia omnia illa ſunt dicta notabilia. & valde
bene faciunt ad materiam huius decretalis, & totius tituli.
¶ SECVNDO quæritur magis in ſpecie, propter
9 declarationem præceditium, atque ſequentium quis † dica
tur merus, & quis dicatur mixtus ſententię executor? Dic,
quòd ille dicitur merus ſententiæ executor, cui abſque qua
cunque cauſæ cognitione, executio ſententiæ committitur.
vt quando ille, qui ſibi committit executionem, tulit ſenten
tiam: quia veriſimile eſt, quòd ceſſet tunc omnis falſi ſug-
geſtio: quia non eſt credendum, quòd in facto ſuo erat, vt
prædicto cap. excommunicato ¶ Et ideò non eſt veriſimi-
le, quòd committens voluerit committere articulum ſubre-
ptionis: nec eſt veriſimile, quòd voluerit ſibi committere
cognitionem cauſæ principalis: quia de vna & eadem cauſa
bis cognoſci non debet, ne lites ex litibus oriantur. Et ideo
mera executio abſque cauſæ cognitione tunc videtur eſſe
commiſſa ſecundum Innoc. & Hoſtien. ¶ Sed mixtus execu
tor ſententiæ dicitur ille, cui committitur executio ſenten
tiæ cum aliqua cauſæ cognitione admixta, de quo infra exē
plificabo. ¶ Sed pone quòd ille qui committit executionē,
non tulit ſententiam, ſed ſententiam alterius mandat exe-
qui, nūquid talis cenſetur merus executor. Innocē. & Hoſt.
hîc videntur velle dicere, quòd non ſed quòd dicatur exe-
cutor merus mixtus, per principium l. & ſi non cognitio.
¶ Henricus tamen circa hoc ſic diſtinguit, quia aut mandans
ſignificat ſe audiuiſſe ſententiam, vt ſi officialis Aurelienſis
qui ſententiam tulit, mittit ſententiam vnà cum proceſſu
officiali Pariſienſis rogans illum in iure ſubſidium, vt illam
ſententiā executioni demandet, contra reum nouerit ſe pa-
riſios transferentem, aut bona ibi habentem iuxta lecta, &
notata. ſ. de foro competenti. cap. poſtulaſti &. j. de foro
competenti. cap. romana. § contrahentes libro ſexto. &. ff.
de bonis authoritate iudicum. poſ. l. cùm vnus. § is qui. Qui
officialis Pariſienſis mandat cuidam ſeruienti, quòd illam
ſententiam de qua fidem plenam aſſerit ſibi factum exequa
tur. & tunc cenſetur merus executor, & nō mixtus, arg. no-
tatorum in princip. cap. ab excommunicato. Nam ſufficit
iudici fidem facere, abſque eo quòd fiat executori. vt. ff. de
probatio. l. quinquaginta ¶ Aut mandans non dicit, nec ſi-
gnificat ſe vidiſſe illam ſententiam, ſed forte mandat eam
prout iuſte lata eſt executioni mandari, vel mandatum pro
executione dirigens fundat ſe principaliter ſuper aſſertio-
ne ſeu narratione partis executionem petentis ſeu procurā-
tis, & tunc eſt mixtus executor, quia tunc dubium eſſe po-
teſt, vtrum talis ſententia ſic lata fuerit: argu. eorum quæ le

guntur & notantur, in prędicto.cap.ab excommunicato.&
in prædicto cap.cum in iure.& quia mandans in facto deci
pi potuit alieno.argumẽ.ff. pro ſuo.l.finali.& ſic procedũt
notata hic per Innocentium & Hoſtienſem.
10 ¶ T E R T I O quæritur in ſpecie, qualiter merus † execu-
tor ſententię debet exceptiones recipere,& cauſæ cognitio
nem in ſe aſſumere. Super quo omnino videas ea, quæ ſcri-
pſi.j.eo.c.quod ad conſultationẽ.&.j.titu.primo.c.nouit.
&.s.de officio delega.c.ſuper quæſtionum.&.c.paſtoralis.
& in clementina prima infra de re iudicata.¶ Circa quod
Henricus ſic diſtinguit: quia aut quæritur, vtrum hoc poſ-
ſit facere in & ſuper eo, quod ſibi committitur exequen-
dum, aut contra eos, qui ipſum impediũt exequi quod man
datur. ¶ In primo caſu, refert aut videtur ſibi probabile,
quod allegatur, aut non, ſi ſic, tunc aut ſententia eſt nulla,
aut eſt iniuſta, aut eſt anullanda: ſi nulla, vt quia a non ſuo
iudice lata eſt, vt ſupra de conſuetu. ad noſtram.& de iudic.
c.at ſi clerici. vel authoritate falſarum literarum lata, vt in-
fra de crimine falſi.cap.primo & ſecundo.¶ Et hoc opponi
tur coram executore mero,& tunc certe non cognoſcet ip-
ſe de hoc, imo ſuperſedebit executioni, remittendo nego-
tium ad ſuperiorem, vt hic,& argu.s̃.de officio delega.cap.
ſi quando.talis enim ſententia non eſt exequenda, vt.ff.de
iudic.l.ſi prætor.j.titulo primo.ſuper eo.& xxv.q.ſecunda.
& ſi non cognitio ſecundum Bernard.& Hoſtien.& Abba
tem.in.§.allegato.§.quia verò.¶ Quod intellige fore verum
ſi opponens exceptionem nullitatis vult eam probare incõ
tinenti.arg.ff.vt in poſſeſſionẽ legatorum.l.ſi is à quo.aliâs
non.vt.C.ad legem corneliam.de falſis.l.ſatis aperte.& hoc
ſatis innuit Ioan.in.§.allegato.& ſi non cognitio.in gloſſa
non ab ipſo.in fine.ibi ad hoc dicas, quòd ſi euidens &c.
hoc etiã notat Bernard ſupra de reſtitutione in integrum.
cap.ſuſcitata.& Ioan.& clarius Archidiaconus.ij.q.prima.
cap.ſicut.ſiue in gloſſa ſua penultima.& in hoc ſatis concor
dat, quod notat Goffred.hic & Abbas.in.§.quia vero.alleg.
dicentes, quòd ſi executori videatur, quòd malicioſe propo
natur, nihilominus exequitur.argu. C.de ferijs.l.ſecunda.
de edict.diui adria.tollen.l.vltima. Et maxime quia ius par
tis remanet ſaluum coram ſuperiore & quod differtur, non
aufertur.ff.de iudicijs.l.ſi debitori.xxxij.q.ſecũda.ancillam.
¶ Si dicatur iniuſta.i.contra ius litigatoris lata, ex odio vel
per imprudentiam iudicis,& ſimilia.j.eodem titulo.cum
inter vos.& de emptione,& venditione.cap.finali: ff.de coi
ctio.ſi per imprudentiam. Et hoc coram executore oppo
natur, nõ reuocabit ſententiam, nec de ea cognoſcet, qui nõ
eſt cognitor, ſed executor: vt in prædicto.§.quia vero.imo
11 eam exequitur, etiam ſi ſciat iniuſtam. In † executione enim
non quæritur, an ſit iuſtè pronunciatum, necne. vt in.l.alle-
gata.ſi prætor &.C.de executio rei iudicatę.l.ſi vt propo-
nis.¶ Si verò dicatur anullanda, puta quia lata eſt cõtra cõ-
tumacem, poſtea probantem iuſtam cauſam abſentię. Quo
caſu ordinarius debet illum in integrum reſtituere: vt j.eo.
titu.c.cum Bertholdus.& in.l.allegata.ſi præto.§.Marcel-
lus.ff.de iudicijs. vel ſi alia de cauſa eſſet retractanda ſenten-
tia quam tulit,& tunc ſi eſt ordinarius. qui tulit, poſſet eam
reuocabit eam amplius: quia verò qui tulit ſententiam, non
retractare, vt ibi: delegatus funct⁹ eſt officio ſuo ff.de re iu
dicata.l iudex.s̃.de officio deleg.in his literis. Et tunc ſi hoc
opponatur coram executore, refert, quia aut ille qui ſenten
tiam exequitur, eſt maior illo, qui ſententiam tulit: vt ſi ar-
chidiaconus tulit ſententiam,& Epiſcopus qui iure ordina
rio ad hoc tenetur, illã exequitur,& tunc executor põt re-
uocare, qđ reuocandum fuerit, iure ordinariæ poteſtatis. vt
in prædicta.l.ſi prætor.§.marcellus.¶ Aut ille qui eã exequi
tur, eſt minor illo, qui tulit, vt quia delegatus Papæ tulit ſen
tentiam, qui in cauſa ſibi commiſſa eſt maior omni ordina-
rio.xcij.diſtinctione.cap.vltimo.&.xciij.diſtinctione.cap.
primo.s̃.de officio delegati.cap.ſanè.quia & ordinarius de
mandato ſuo eam exequitur: & nunc non poteſt cogno-
12 ſcere: nec reuocare: ſed tantùm exequi tenetur, quia † mi
nor magiſtratus non poteſt cognoſcere de ſententia lata a
maiori.ff.de minoribus.l.minor.& ita loquitur.§.allegat⁹.
quia verò.vbi Petrus de ſanip.& Abbas ponunt iſtam di-
ſtinctionem, excepto ſecundo membro, qđ ſtatim ſequitur.
¶ Si non videtur executori probabile, quod allegatur, ſed
percipiat hoc opponi malitioſè, cauſa morandæ executio-
nis, tunc fiet executio ſalua quæſtione falſi C.de falſis.l.ij.&
punietur opponens.C.de executione rei iudicatæ.l.ſi lon
gis.ſecundum Goffredum & Hoſtienſem.j.eodem.quod
ad conſultationem.& Abbas in.§.allegato.quia verò.¶ Si
quæris, vtrum executor poſſit cognitionem aſſumere,&
iuriſdictionem exercere contra illos, qui impediunt ipſum
exequi quod mandatur. Dic quòd ſic vt probatur.s̃.de offi
cio delegati.ex literis patriarchę.in fine.vbi Hoſtien.no-
tat, quòd nedom delegatus Papę etiam ad certum articu-
lum datus, ſi etiam merus executor coërtionem recipit
contra opponentes ſe ſibi iniuriantes., etiam illos, quos
mittit pro expeditione articuli ſibi commiſſi. Et nota, quod
licet merus executor non poſſit cauſę cognitionem aſſume
re, pro eo quod ſibi exequendum mãdatur, vt ſuper illo iu-
dicet, vel vt iudicet ſententiam mandandam executioni, ad
ſui tamen inſtructionem, poſſet recipere probationem ali
quam, vt ſecundum eam vel exequatur, vel remittat nego-
cium ad ſuperiorem: & hoc expreſſè innuit hęc litera.&.ff.
de iudicijs.l.ſi prętor.quę eſt aliàs contra Innocentium &
Hoſtienſem hic,& Cardinalem.j.de exceptionib⁹.cap.pia.
in gloſſa.etiam in cauſa appellationis.in fine.libro ſexto ſe-
13 cundum eum.¶ Aduerte, quia quandoque coram † execu
tore opponuntur exceptiones concernentes iuſtitiam vel
iniuſtitiam, ęquitatem vel iniquitatem, efficaciam vel nulli
tatem ſententię exequendę,& tunc habent locum, ea quę
ſcripſi ſupra poſt Henricum. ¶ Quandoque opponuntur
exceptiones coram executore, quę concernũt rem, in qua
executor vult facere executionem,& tunc executor debet
exceptiones huiuſmodi admittere: & ſi poteſt eas ſumma-
riè expedire, debet hoc facere. Et ſi non poteſt eas ſumma-
riè & breuiter expedire, vt patet ex lectis & notatis: ff.de
re iudicata.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.¶ Quandoque ve-
rò opponuntur exceptiones, reſpicientes ipſam executio-
nem fiẽdam, vt eſt exceptio compenſationis,& tunc execu-
tor poteſt illas recipere,& ſuper illis cauſę cognitionem aſ
ſumere: & ita procedunt ea, quę ſcripſi ſupra circa primã
oppoſitionem, poſt Lignanum & Martinum.¶ Quando-
que opponuntur exceptiones, concernentes perſonas iudi-
cis vel actoris executionem petentis, vtputa excommuni
catio &c.& tunc executor tenetur tales exceptiones reci-
pere: & ſuper illis poteſt cauſę cognitionem aſſumere: quia
illæ exceptiones etiam reſpiciunt executionem: & patet ex
his quę ſcripſi de exceptionibus.cap.ſignificarunt.in pri-
ma & tertia quęſtionibus ¶ Quandoque autem opponun
tur exceptiones reſpicientes poteſtatem exequentis, vtpu-
ta falſitatem vel ſurreptionem reſcripti, aut alium defectũ
iuriſdictionis,& tunc ſi exceptiones ſunt aliâs de iure effica
ces, executor debet eas admittere & ſuper illis cauſæ cogni-
tionem aſſumere: & aliâs nõ. quia tales reſpiciunt perſonã
14 iudicis & vires executionis, quia † ſi nullam haberet pote
ſtatem exequendi, executio non valeret.C.ſi à non compe-
tenti iudice.per totum.ſupra de iudicijs.cap.at ſi clerici.de
officio vicarij,cap.ſua.de iure patronatus.c.quòd autem.
cum ſimilibus.¶ Pręmiſſa autem vera, quãdo iudex qui tu
lit ſententiam cum cauſæ cognitione præcedente commit
tit ſuo ſubdito illam exequendam, ſi autem committeret al
teri non ſubdito, infra continens territoriũ ſentẽtiam exe-
quẽdam,& ille onus executionis in ſe aſſumeret adhuc idẽ,
quia ſic faciendo, faceret ſe illius ſubditũ infra illius territo
rium contrahendo.s̃.de foro competenti.cap.finali.& præ
dicto.§ contrahentes.¶ Sed ſi extraneo & infra alienũ terri
torium committeret executionem in ſuo territorio pro ſe
latæ in

lat e, nullo alio territorio, per illum alium fiendam, & tunc
licet illi poſsit, & debeat petere ſibi fidem fieri legitimè de
ſententia, & proceſſu iuxta lecta & notata. in. c. cùm in iure.
allegato. & de renuncia. c. in præſentia. & per conſequens
exceptiones concernentes hoc admittere: tamen doctri de
his ſufficientes exceptiones de iniquitate. ſententiæ non de
15 bet admittere, quia † ſententia à iudice ſuo lata facit ius in-
ter partes. ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum &. ff. de regul.
iur. l. res iudicata. &. ȷ̄. eo. c. inter monaſterium ¶ Sed tamē
exceptiones de nullitate ſentētiæ debet omnino admittere,
quia ſententia nulla non debet executioni mandari. vt dixi
ſupra, niſi eſſent tres vt infra eo. c. j. in clemē. ¶ Saluo, quòd
ſi ex actis appareret manifeſta iniquitas, forte nō teneretur
talis contra ſuum ſubditum, talem ſentētiam manifeſtè ini-
quam executioni mandare: quia hoc eſſet contra rationem
naturalem, & reductiuè contra ius gentium & dominium
arg. s. titulo proximo. c. fin. & c. cauſamque. & ſupra de con
ſuetu. c. fin. quia talis ſententia reducta ad acta, videtur con-
tinere errorem. argu. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate.
l. fin. & ſic non exequēda. argu. ff. quæ ſenten. ſine appella. re-
ſcind. l. j. & infra. de ſenten. excom c. per tuas ¶ Quod tamē
examinādum relinquo. Et idem ſi propter defectum illius,
qui ſententiam tulit, alter exequatur: vt. ff. de re iudica. l. ait
prætor. §. primo. eadem ratione. Et adde hîc remiſsiōes, quas
dedi ad finem quæſtionum proximè ſequentium.

16 ¶ QVARTO quęritur quid de ſententiæ † executo
re mixto qui habet cauſę cognitionem annexam? Dic quòd
talis habet, & poteſt aſſumere cauſæ cognitionem, & exce-
ptiones debet admittere, & ſic procedunt quæ ſcripſi in
prima oppoſitione. verſi. Hoſtien. autem dicit, per lecta, &
notata de reſcript. c. ij & c. ſi quando. & c. cùm adeò. de ęta-
te & qualitate. accepimus de. officio deleg. ex parte ij. xxv.
q. ij. & ſi nō cognitio ¶ Vnde Guliel nazo. & Nouella. ȷ̄. de
accuſa. meminimus dixerunt, quòd ille cui Papa abbati vel
abbatiſſæ benedictionem committit, exceptiones debet ad-
mittere: non enim eſt merus executor, cùm habeat examina
tionem. xxiij. diſtin. laicis ¶ Super quo vide Hoſtiē. & Hen-
ricum. ȷ̄. eod. quod ad conſultationem. Et omnino adde hîc
quæ leguntur & notantur in remiſsionibus, quas dedi infra
ad finem proximæ quæſtionis. & ſupra de officio delegati.
c. paſtoralis. §. quia verò.

¶ QVINTO quęritur quid de alijs executoribus ad
alia negotia, quàm ſententias exequenda deputatis? Circa
hoc ſic diſtinguit Henricus, quia aut in literis committen-
tis ponitur clauſula ſi eſt ita, vel clauſula partibus vocatis
& auditis &c. vel clauſula ſi tibi conſtiterit. aut alia ſimilis
clauſula cauſæ cognitionem importans, de quo plenè per
Hoſtien. Henricum, & per me. s̄. de iudicijs. exhibita. & tūc
eſt mixtus executor, & habet cauſæ cognitionem: & debet
executiones admittere argumen. prædicti cap. exhibita. &
ff. de officio proconſu. & legati. l. ne quicquam. §. primo, &
ij. q. iij. §. notandum. & ſupra de reſcriptis. c. olim ex literis. in
fine. & de foro competenti. c. conquæſtus. ¶ Et idem ſi talis
clauſula vel conditio inſit de natura rei vel negotij, quod cō
mittitur vt ſi Papa mandat rem alicui reſtitui, tāquam ſuā.
Et idem ſi mandat beneficium alicui dari vel conferri, nam
coram tali proponuntur & ad mittuntur exceptiones legi-
timæ quantumcunque mandans ſcribat abſolutè. vt ſupra
de reſcriptis. c. ex parte. ij. ¶ Et ita reuera loquuntur iura ſu
pra per me allegata, circa princip. quæſtionis proximè præ-
cedentis. & ea quæ ſcripſi ſupra eo. c. in prima oppoſitione.
ver. Hoſtien. autem dicit. ¶ Aut non opponitur talis verſ.
niſi ſit clauſula cauſæ cognitionem importans, nec ineſt de
natura rei, & tunc non eſt mixtus executor, ſed merus: nec
habet cauſę cognitionē, nec debet per conſequens exceptio
nes admittere, niſi quemadmodum diximus ſupra de mero
executore ſententię: & de tali loquuntur iura infra titulo. j.
c. cum parati: & infra de ſententia excom. c. ſi clericos libro
ſexto. ¶ Et in hoc concordat Abbas. de offic. delegati. c. pa-
ſtoralis. §. quia verò. Et vide circa hoc, quod notatur in Spe
culatore. in tit. de ſententię execu. §. nunc dicendum. verſi.
vt autem in hac materia. & quas exceptiones merus execu-
tor tenetur admittere, vide per Cardinalem infra. de excep.
c. pia. in gloſſ. etiam in cauſa appellationis. lib. ſexto & quod
ibi ſcripſi poſt Hoſtien in decimoquarto notabili ¶ Adde
autem omnino ad pręcedentia, ea quę ſcripſi infra eo. cap.
quòd ad conſultationem. in prima quęſtione. & quę ibi no-
tantur per Bernardum in gloſſa vltima & quę ibi ſcripſi
in ſuppletione dictę gloſſę vltimę ¶ Supple gloſſas in gloſ-
ſa prima ibi: *inſtrumenta*. Secus ſi dicatur fraus commiſſa cir
ca commiſsionem factam ipſi executori, vel circa executo-
rem ſecundum Innocentium, qui hoc habuit à Goffredo.
qui dicit quòd talis executor ſententię ſiue ſit executor Pa-
pę, ſiue ſit alterius, ſiue merus, ſiue mixtus, ſi ſibi videbitur;
non obſtante exceptione exequetur: aliâs dicit quòd exe-
qui non poſſet argu. s̄. de officio delegati. ſignificantibus.
& ibi: *& ſi non cognito*. vbi plenè de hoc Et adde quę ſcri-
pſi ſupra eodem capitulo in duabus oppoſitionibus, & quin
que quęſtionibus, & quę addam ſtatim in dictis Collecta.
Vltimò accedo ad dicta Collectarij & quęro, quid velit di
cere ibi de toto negotio? dic ſcilicet pronunciando exequen
dum eſſe vel non exequendum, ſummariam tamen infor-
mationem facere & recipere poteſt: vt ſic ſuperſedeat: vel
referat. Et vide ad idem, de exceptionibus. pia. per Cardina-
17 lem. Vtrum executor † datus ad prouidendum debeat exce-
ptiōes oppoſitas admittere? vide Collectarium. de pręſum
ptionibus. dudum Sed quid ſi plura, petij in libello, lata eſt
ſententia ſuper quibuſdam, nunquid debet differri execu-
tio ſuper eis, donec ſuper alijs fuerit iudicatum: videtur
quòd ſic. ff. quę ſenten. ſine appel. reſcind. l. j. § fina. Sed Vin-
cen. dicit ſecundum Ion. Andr. de ordine cogni cum dile-
ctus. quòd hoc nō eſt verum, niſi cum aduerſarius impedit
quòd ſuper alijs non feratur ſententia, nec obſtat infra eo-
dem cum. I &. A. quia ibi remotus eſt Abbas dilata corre-
18 ctione capituli. ¶ Vtrum cùm † petitur ſententia executio
ni mandari, debet dari libellus. Innocen. & Hoſtien. notant
quòd ſic de exceptionibus. cùm venerabilis. quia ad eā exe-
quendam, competit actio in factum, vel iudicis officium lo
co illius & ſic neceſſaria eſt litis conteſtatio, & per conſe-
quens libellus ¶ Ipſi tamen not. contrarium de libelli obla-
tio. c. primo. Et hoc communiter obſeruatur hîc Archidia-
conus. ij. quęſtio. j ſicut & capitulo Adam. ſecundum Colle
ctarium. Sed probabiliter poſſet dici, quòd ſi petitur execu
tionem fieri, non eſt neceſſarius libellus nec litis conteſta-
tio. Secus ſi agatur ad executionem actione in factum quę
oritur ex re iudicata, per ea quę leguntur & notantur. ff. de
minoribus. l. minor. xxv. annis cui fideicommiſſum. & im-
putet ſibi habens ex officio paratam executionem. ſi pro
executione actionem intentat. ¶ Nec obſtat, quòd officiū
iudicis ponitur loco actionis. ff. de minoribus. l. quòd ſi mi-
nor. quia illud verum, cùm principaliter & loco actionis in
tentatur ibi ſecus verò cum acceſſoriè, ad executionem ſen
tentię atque actionis, & non eius loco, nec in eius defectum
ſed ad illius executionem mercenariè proponitur vt hîc.
Et vide Cardinalem. de reſcriptis in rubrica, vbi notatur.
quòd ad executionem competit actio in factum vel offi-
cium Quod intelligit Speculator. de executione ſententię.
in. § nunc dicendum circa finem. quando petitur executioni
mandari ab eo qui ſententiam tulit, quia ſi ab alio ſolum
competit actio in factum quod menti tene. ¶ Quid ſi bo-
na fide in ſolo tuo ædificaui, & condemnatus ſum tibi ad
reſtitutionem, & non oppoſui exceptionem expenſarū nun
quid in executione opponere potero? ¶ Martinus. dicit q
ſicut qui dicit dandam ad eas vtilem actionem. ff. de condi
tionibus indebitis. ſi in area. in fine. Sed ſcundum Specula-
tor. de executione ſententiæ. in. § finali. verſiculo. quid ſi bo
na. Ioannes tenet contra, cum quo remanet Speculator. vi-
detur tamen, quòd ſi actio competit ad illas expenſas quòd

ſas ſemper petere poſſit, ſicut dicitur de expenſis cauſæ appellationis: vt legitur, & notatur de reſcriptis ex parte. ij. de appellationibus. reprehenſibilis. Exceptio enim expenſarum non poterat impedire effectum ſententiæ in caſu permiſſo: quare &c. arg. de procurato. auditis. ipſe tamen Speculator. de exceptionibus §. dicto. Sed pone determinatè tenet, quòd non poteſt per not. ff. de rei vendica. l. fundus.

19 Sed nunquid per † ſententiam fit nouatio. dic quòd non licet noua naſcatur, ſed remanet prima actio. ff. de iureiurando. eum, qui. ſecundum Ioannem de fa. hoc Archidiaconus. xj. q. j. quomodo. ¶ Sed nunquid vbi proceditur ſummariè & de plano competit actio in factum ex ſententia? non videtur, quia non dicitur ſententia ſecũdum quoſdam. ¶ De hoc notat Archidiaconus de electione. auaritiæ. libro ſexto & Inno. infra titulo proximo conſtitutus. licet contrarium videatur. notat Abbas infra titulo proximo peruenit. ij. & quòd executio ſententiæ officio iudicis fiat, probatur clarè: tertia quæſtione prima § notandum. ¶ Nota tamen, quòd

20 lata † ſententia in corporalibus, is, pro quo lata eſt ſtatim poteſt poſſeſsionem intrare. de conceſ. præben. cum noſtris. ſuper verbo irritum. vltra medium per Innocen. Verum per ſententiam perdatur dominium? not. per Bernard. & alios, de conceſſ. præben. propoſuit. vbi not. Hoſtien. quòd non, niſi poſt appræhenſionem poſſeſsionis. Sic poteſt intelligi, quod not. Innocen. de electione. cùm dilecti. in fine. primæ gloſſæ. vbi notatur, quòd lata per me ſententia ſuper re aliqua, rem meam non facit. Bernard. tamen notat infra de appell. ſæpe. quòd ſi prælatus deponitur per ſententiam poſteà excommunicationis ſententia lata per eum non tenet: & ſic videtur, quòd perdatur dominium per ſentẽtiam: ſed facili⁹ perditur, quàm acquiratur. Vnde audiui tenere à doctoribus legum in ſua repetitione per leg. alleg. per Inno. ſi ſerui. vend. l. ſicuti. § ſed ſi quæratur, id quod dictum eſt, qui § clarè dicit, quòd per ſententiã, dominiũ non acquiritur: licet poſſit vendicari per publicianam, niſi in iudicijs familiæ erciſcundæ, & duobus alijs inſtitu. de offic. iudic. in princip. De exceptionibus verò, quas executor recipere habet, vide per omnes. ſ. c. quòd ad conſultationem. in fine. & not. Inno. ſ. de app. ex ratione. quòd exceptio nullitatis & quælibet alia debet impedire: ſi ſint exceptioni paratæ probationes. no. Ioan. ij. q. vj. circa fi. in § quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſequitur miſsionem in poſſeſſ. quod amplius in creditoribus: & pignus pratorium, & conuentionale differre. nume. 2.*

CAP. VI.

Vm aliquibus.

Breue eſt, & ideo ſummario, & diuiſione non eget, licet autem ſupra de pactis. ſuper rubrica, ꝓpoſuiſſem hîc inſerere tractatum de bello, quod fit propter cõtumaciam: tamen propter bellum, quod mihi ingerunt calores vehementiſsimi hoc vltimo die iulij anni domini milleſimi trecenteſimi nonageſimi primi, ſolitò plus vigentes, pro nunc illum tractatum omitto remittens de hoc ad notata Ioannis de lignano. in ſuo tractatu, de bello. vbi plene videas. ¶ Expone literam, *adiudicata.* interlocutorie vel diffinitiuè

1 *poſſeſsio* i. res aliqua Innoc. Hoſti. † verò ſubaudit, ſequi debet miſsionis in poſſeſsionem executio, ſicut aliâs in creditoribus ſeruatur: quia non ſufficit eis dari, ſiue aſsignari pignora &c. ſecundum eum, vt ſupra de eo qui mitt. in poſſeſ. c. primo. vbi notata per me videas *lateantur.* ad idem. iij. q. prima. § ſed notãdum. ¶ Supple gloſſas, In gloſſa prima ibi: *pignus pratorium:* Secus in conuentionali, vt eod. tit. l. prima.

2 vbi † etiã notantur differentiæ inter pignus conuentionale, & prætorium: & hîc etiam notatur per Vincent. & ibi, *ex ſtitibus.* ob hoc dicebat Hoſtien. quòd ex quo conſtat de ſententia, debet executioni mãdari: nec libellus requiritur. Super quo vide quæ ſcripſi. ſ. de reſti. ſpolia. cùm ad ſedem. ad finem ſecundæ gloſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam contra matrimonium latam non tranſire in rem iudicatam & numero. 3.*

2 *Sententiam, qua inducitur peccatum, non tenere, quod ad conſuetudinem & præſcriptionem extendit.*

CAP. VII.

Ator præſentium.

Caſ. † Sententia lata contra matrimonium non tranſit in rem iudicatam. vnde reuocatur quandocunque conſtiterit de errore. Et habet duas partes, in prima facti narratio, in ſecunda iudicis datio, ibi: *volentes.* ¶ Expone literam. *deſponſaſſet.* etiam ſi per verba de futuro fuiſſet deſponſata ſequens copula carnalis feciſſet matrimonium. ſ. de ſponſa. is, qui ſcandalum. debebant ire ad viri placitum. de qua Valeri. libro ſecundo. c. primo. de inſtitu. antiquis, refert quòd coniuges turbati vel iurgati inuicem corã illa dea veniebant, & coram illa inuicem loquebantur, quæ volebant. & ſtatim contentione animorum depoſita cõcordes reuertebantur: *Cuius.* ſcilicet ſcandali ſuborti. *ſubtraxit.* ipſe lator. *hoc.* ſcilicet debiti ſubtractionem *diſſolutam.* à vinculo coniugali. vel id eſt, laſciuam. *vtriuſque.* forſan quilibet corrumpit vnum teſtem ad probandum falſum impedimentum. *conſtiterit.* & enim prima facie pro ſententia præſumẽdum eſt, & ei ſtandũ eſt, donec, cauſa fuerit retractata, quæ ꝑturbata fuerat. ſ. de renunc. in præſentia. Hoſtien. *non fuiſſet.* probatur negatiua ſecundum Hoſtien. qui remittit de electione. bonæ. *poterit.* an ſecundum eum hoc conſtare per acta per quæ patebit ad ſolam confeſsionem coniugis ſine alia probatione matrimonium ſeparatum: vel negatiue proceſſus, de quo non apparet, de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. in fine. de probatin. quoniam contra. *Decerptam.* hoc eſt contra ea, quæ notãtur. ſ. de teſtib. ſicut: Sed ipſe reſpondebat quòd hic non fuerat contrariũ ſecundum matrimoniũ. ¶ Supple gloſſas in gloſſa prima, ibi: *poteſt aliquis.* verum eſt denunciando: ſed an directe accuſando, hæſito. Ala. & ibi: § is ita. aliàs ſub § quia ergo. & in fine, vbi de hoc. ſ. de præſumptio. tertio. In gloſſa vltima. ibi: *nullus conſenſus.* ergo nec ſubmiſsio appellationis, & hoc exprimit Hoſtien. dicens etiam ſententiam latam pro tali matrimonio, tranſire in rẽ

a iudicatam. † Dicit etiã idem vbicunque nutrit peccatum mortale, cùm idem ſit in conſuetudine, & præſcriptione, de conſuetudine. c. finali. de præſcriptionibus. c. finali. Concordat quod poſt eum dixi ſuper rubrica. & dicam infra eo. cõſanguinei. ſuper vltima gloſſa. & quod not. infra eod. inter monaſterium. in gloſſa finali. verſic. item videtur. & xxxv. q. ix. in ſumma. & § quia ergo.

¶ PRIMO quæritur generaliter qualiter ſententia

3 † lata in cauſa matrimoniali tranſeat in rem iudicatam? & pro veritate habeatur, & qualiter comperta veritate cõtraria retractari poſſit? Super quo diſtingue ſecundum Henricum, quia aut agitur ſolùm de ſeparatione matrimonij quoad thorum, & tunc tranſit in rem iudicatam, nec retractari poteſt. Aut agitur de fœdere matrimonij, & tunc aut quæritur ſolùm, quãtùm ad inſtar iudicij, ſiue litis, ſeu quo ad expenſas, & tunc tranſit in rem iudicatam. Aut quæritur quantùm ad veritatem cauſę ſeu fœderis, & tunc ſi feratur contra matrimonium, retractari poteſt: ſecus ſi pro matrimonio &c. niſi ſubſit impedimentum perpetuum: quod proſequère, vt ſcripſi in prædicto capitulo ex literis. de in integrum reſtitu. in prima oppoſitione.

SVMMARIVM.

Sententiam prætextu iniquæ conſuetudinis latam contra eccleſiam retractari.

2 *Conſuetudo, quòd prælatus poſſit alienare res eccleſiæ ſine conſenſu clericorum, an valeat.*

3 *Contra ius ſcriptum eſſe, vt venditio à ſolo prælato facta teneat.*

Cum cauſa

CAP. VIII.

1 CVm cauſa. Caſus † Retractatur ſen-
tentia prætextu iniquę
conſuetudinis lata contra eccleſiam. Prima
pars factum ponit. Secunda diffinit. ibi: *nos*
autem. ¶ Expone literam. *Inter vos*. Capitu-
lum ſanctæ anaſtaſiæ: à quo laici petebant domum ex cau-
ſa venditionis. Innocen. *Archipræsbytero*. ſolo ſine conſenſu
capituli. Innocen. fuiſſet ad petitionem ipſorum laicorum,
quibus res non fuerat tradita ſecundum Innocen. Tancred.
& Vincen. *Inducias*. ad iter arripiendum *ubi*. erat iſte forte
procurator, vel ſyndicus capituli. Innoc. *arripueras*. ex aliqua
iuſta cauſa impeditus. Hoſtien. Sed de hoc Nouella non
curat. *Conſuetudinem*, quę fortè habebat, quòd valeret con
tractus cum ſolo pręlato vt in gloſſa. Vel fortè quòd ex ven
ditione ſine traditione, tranſiret dominium: vel erat conſue
tudo ſecundum Hoſtien. quòd intra annum & diem, tene-
retur eccleſia vendere poſſeſsionem ſibi relictam: contra id
quod legitur de rebus eccle. non alie. c. finali. ¶ Vel pone
exemplum ſecundum eum, per decretalem quæ in eccleſia-
rum. ſupra de conſtitutioni. *appellationem*. interpoſitam per
procuratorem eccleſiæ a ſententia lata pro laico. *promulga-*
tam. Si dicas, quòd ab iſta ſententia fuit iterum appellatum,
non obſtant iura quæ prohibent tertiò appellare: quia ſe
mel fuit appe. latum à grauamine, & bis à ſententia, ſecun-
dum Abbatem. *veritati*. Deo qui veritas eſt Ioannes xiiij.
adiudicamus. eccleſia vltro ſe obtulit petens adiudicari, &
probans dominium: vel dic, quòd legatus iam erat executus
ſuam ſententiam, quare petens eccleſia reuocari attentata
petiit etiam adiudicari, ſecundum Hoſtien. qui etiam remit
tit. ſ. de reſtitu. ſpoliato. ex conquæſtione. ¶ Collectarius
ſummat ſic, ſecundum Abbatem. non valet ſententia iux
ta laicorum conſuetudinem, ſpreta forma canonum, con-
2 tra eccleſiam lata, nunquid † valet cõſuetudo, quòd præla-
tus poſsit alienare res eccleſiæ ſine conſenſu clericorum. vi
detur quòd non: per id quod ſcripſi in expoſitione ſuper ver
bo conſuetudinem. in principio quod placet Abbati, &
etiam Innocen. ſupra de conſuetu. in rubrica. Collectarius
tamen dicit quòd bene valeret talis conſuetudo, ſi non eſ-
ſet nimis grauis per notata Innocen. ĩ. de rebus eccleſiæ
non alie. c. nulli. Fatetur tamen, quòd alij ſunt contra vt
hîc dicetur. ¶ Supple gloſſas in gloſſ. prima in fine, quare er
go retractatur ſententia? Solutio quia fuit iniqua, ſcilicet,
quòd vẽditio retractatur, ſententia teneret, ex hac cauſa: &
ideo capitulum iterum appellauit, & appellationem proſe-
quutum fuit, & ſi non appellaſſet, nihilominus fuiſſet hæc
3 ſententia retractanda: quia contra † ius ſcriptum eſt,
quòd venditio facta à ſolo prælato teneat ſecundum Inno.
& hoc de iure communi, ſi iſte error in ſententia expreſſus
fuiſſet, vel per beneficium reſtitutionis in integrum ſi ex-
preſſus non eſſet ſecundum Hoſtien. Ideo autem nõ valebat
talis cõſuetudo, quę habebat venditiones abſque cõſenſibus
capitulorum à prælatis factas valere: quia grauamẽ induce-
bat eccleſijs. ſ. de conſuetu. c. primo. ſecundum Innocen. Ex
quo videtur poſſe inferri, quòd conſuetudo detrahens for
mę datę à iure in alienatione rei eccleſiaſticæ non valet. de
quo plene notatur per Paulũ. Conſuetudo tamen vniuer-
ſalis regionis vel patriæ eccleſiæ bene præiudicat. ¶ Super
quo vide, quæ ſcripſi. ſ. de foro competenti. c. quod cleri-
cis. & de eo qui mit. in poſſeſſ. c. cùm veniſſent. & ne lite pen
dente. c. eccleſia. dicam in clemen. prima. de rebus eccle. non
alienand. & tetigi ſupra in expoſitione, & in dictis Colle-
ctarij. in gloſſa ſecunda, ibi: *obtinuit*. imò non obtinuit, quia
fuit appellatum & ibi, illa conſuetudo ſecundum Tancred.
qui etiã dicit, talem conſuetudinem eſſe in multis ciuitati-
bus lombardiæ inductam per ſtatuta ciuitatum. & facit q̃d
notatur de foro competenti. c. ij libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non eſſe neceſſe à ſentẽtia contra ius conſtitutionis lata.*
2 *Iniquitatem manifeſtam nulla lege roborari poſſe.*
3 *Par in parem non habet imperium.*
4 *Sententiam licet unquam, facere ius inter partes.*
5 *Plures iudices proferentes ſententiam, debere uti verbis pluralis numeri.*

CAP IX.

INter cæteras. Se ſummat & pars
huius ſupra de re-
ſcriptis inter cætera. ¶ Expone literam. *ini-*
que. quia cõtra ius litigatorum: & ſic poſſunt
ſignari duo dicta, exponendo quod ſtatim ſe
quitur. *euacuari oportet*. ſcilicet per appellationis remedium
quod interuenire poteſt, licet ſit remota appellatio in reſcri
pto, & de hac clauſula dicetur. ĩ. titu. primo. vt debitus: &
c. paſtoralis. *nec debet eis ſtari*. ſubaudi ſecundum meum intel
lectum, etiam ſi non fuerit appellatum. ¶ Ratio dubitandi
fuit propter illam clauſulam, appellatiõe remota: talis enim
ſentẽtia nõ erat lata cõtra ius cõſtitutionis, ſed ſolũ cõtra ius
partis: & ſic videbat᷑, q̃ nõ poſſet abſq; remedio appellatiõis
retractari. vt. ff. quæ ſenten. ſine app. reſcin. l. j. & tñ illud ap
pellationis remedium videbatur per prædictam clauſulam
fuiſſe ſublatum: & ſic videbatur omnino ſententię debere
ſtari. ¶ Ratio decidendi fuit, quia ſententia continebat ini
quitatem manifeſtam, quaſi velit textus dicere, quòd ſub ge
neralitate illius clauſulæ appellatione remota, aut etiam
ſub generalitate iurium dicentium ſententię litę contra
ius partis, ſtandum eſſe: Si ab ea non fuerit appellatum, non
comprehenditur caſus iniquitatis manifeſtę: quia nulla le-
ge poteſt alijs iniquitas confirmari vt. ſ. eo. lator. & ſupra
titu. proximo. c. finali. & de conſuetu. cap vltimo. ¶ Caue ta
men, quia ad hanc decretalem, ſignantur plures intellectus
Primus intellectus eſt, quòd loquitur iſta decretalis, in caſu
in quo iniquitas manifeſtè ex ipſius ſententię tenore appa-
ret, & ſic in caſu, in quo ſententia ipſa manifeſtum errorem
iuris habet expreſſum: & iſtum intellectum videtur habuiſ
ſe Inno. hic ſuper verbo iniquitatem, quia ſententia lata ſit
contra ius ſcriptum. Et iſtum intellectum amplectitur Mar
tinus de ſalua. Et facit pro iſto intellectu textus in fine cum
dicit. *Si iniquitatem continet manifeſtam*. quia prędicta verba, ta
lem iniquitatis manifeſtationem referunt ad continentiam
ſententię vt videtur. Item facit pro hoc, quia hic non dici-
tur à ſententia fuiſſe appellatum: quod bene conuenit huic
5 intellectui: quia à ſententia † contra ius conſtitutionis lata,
nõ eſt neceſſe appellare. vt. ff. quæ ſententiæ ſine appellatio.
reſcin. l. prima. & iſte intellectus in ſe indubitãter eſt verus.
¶ Secundus intellect⁹ eſt, quòd illa manifeſta iniquitas ſen-
tentiæ, non apparebat ex tenore ſententiæ ſed ex actis. Sed
ab illa ſententia aliâs legitimè fuerat appellatum: quaſi ve-
lint dicere illi, qui iſtum intellectum ponunt, quòd quando
de iniquitate ſententiæ manifeſtè apparet ex actis, ab ea ap-
pellari poteſt: licet appellatio, per clauſulam remota fuerit
in reſcripto. quaſi clauſula minimè ad caſum talem ſe refe-
rat. arg. ĩ. de iureiuran. c. primo. libro ſexto. cum ſimilibus,
& dixi in ratione decidendi. Et facit pro iſto intellectu, quia
niſi fuiſſet appellatum, fruſtrà poneret textus illam clauſu-
lam, appellatione remota: quia tunc ad propoſitum nihil
facere videretur Et iſte intellectus in ſe etiam indubitanter
eſt verus: ſed aliqualiter diuinat, eo quòd textus expreſſe
non dicit, quòd hic fuerit appellatum. ¶ Tertius intelle-
ctus eſt, quòd hic non apparebat de manifeſta iniquitate
ſententiæ, ex tenore ipſius ſententiæ, ſed ex actis: & quòd
ab illa ſententia non fuerat appellatum: quaſi velint dicere
illi, qui iſtum intellectum ponunt, quòd licet ſententia non
ſit lata contra ius conſtitutionis, quia non continet erro-
rem iuris, ſed ſolùm contra ius partis, & licet ab ea non fue
rit appellatum, tamen ſi de eius iniquitate manifeſtè appa-
ret ex actis, non tranſit in rem iudicatam, quin poſſit &

debeat retractari:etiam ſi in reſcripto eſſet illa clauſula,
appellatione remota &c.& facit pro iſto intellectu, quia
2 †nulla lege poteſt firmari ſeu colorari iniquitas manifeſta.
vt dixi in ratione decidẽdi.¶ Sed in veritate iſte intellectus
eſt mihi dubius,quia lex expreſſe videtur ſtatuere, quòd
cùm lata eſt ſnia iniqua contra ius partis:& non contra ius
conſtitutionis,appellatio eſt neceſſaria.ff.quæ ſententiæ ſi-
ne appella.reſcind.l.prima.§.item contra.in fine.& infra.c.
cum inter.cum concordantijs ibi ſignatis in gloſſ.hoc eſt
poſt.x.Et cum quæratur de ſeipſo,omittens appellare per
negligentiam ſuam.ff. de verbo.ſignifica.l.alienationis. &
infra de regu.iur.c.damnum.¶ Diſtinguũt tamen quidam
inter principẽ,qui ſupra ius eſt,& alios iudices inferiores,
quia princeps talis non tenetur,nec debet talem ſententiã
à iudice, vel ſubdito ſuo latam executioni mandare:quia
hoc eſſet iniuſtum & iniquum,quòd talis ſententia manife
ſtè iniqua executioni mandaretur,vt hic : & licet poſitiua
aliud ſonet,tamen princeps qui ſupra eam eſt.ff.de legibus
l.princeps.poteſt ex tanta æquitate ſupra & contra eam
diſpenſare.ſupra de electione.c.ſignificaſti.& cap.innotuit.
& infra de conceſſio.præben.propoſuit.& ſic poteſt intel-
ligi hęc decretalis ſecundum eos.¶ Et plus volunt quidam
dicere,quòd idem ſi ad rogatum iudicis qui ſententiam tu
lit,alius iudex illi non ſubditus, requiritur de executione
talis ſententiæ:quia tum ille illi ſubditus non ſit,quia par
3 †in parem non habet Imperium,vt prædic.c.innotuit.&
ff.de arbit.l.nam & magiſtratus.ſententia illius alium con
tra tam manifeſtam æquitatem,& iuſtitiam ligare vel arcta
re nõ poteſt:quia talis iniquitas ſolos ſubditos arctat.j.de
ſentent.excõ.à nobis.in magno.& de conſtitutio.vt anima
rum.libro ſexto. Et eſt hoc dictum prima facie multùm
probabile,& valde æquũ.¶ Aut ab illo qui tulit ſententiã,
vel ab eius ſubdito,aut ab eius ſuperiore,qui eũ delegauit.
Aut qui habet eius ſententiam exequi,petitur huiuſmodi
executio,& tunc dicunt,quòd non debet admitti aduerſus
huiuſmodi executionẽ exceptio de huiuſmodi iniqtate ma
4 nifeſta,eo quòd†ſententia licet iniqua, facit ius inter par-
tes.ff.de iuſt.& iur.l.peñ.ff.de ſtatu homi.l.ingenuũ.& pro
veritate habetur.ff.de reg.iur.l.res iudicata.licet enim or-
facta eſt,de reſiduo agetur pro quo.ff.de verb.obli.l.j.§.ſi
ſtipulanti.de negot.geſtis.l.ſin autem.de compenſatiu.quod
in diem.§.j.commoda.l.in rebus.§.fina de contrario tu.iudi.
l.j.§.præterea. de exceptione doli.l.apud celſum.§.j. Sed re-
ſpondet quòd.§.ſi ſtipulãti loquitur in contractu,qui poteſt
pro parte valere,& pro parte non valere:inſti.de aut.tu.§.
primo.¶ Et eſt ratio,quia in contractu ambo conſentiunt
in quãtitate expreſſa.facit e.ti.inter ſtipulantẽ.§.j.nõ obſtat
lex ſin autem. cum concor.ff.de neg.geſt.quia ibi duę erãt
quæſtiones,directa & contraria;vnde valet ſententia indire
cta,& ſi nil dictũ ſit de cõtraria.l.apud.nõ ob,ſi rectè pona
tur caſus,vt ibi notat Innocẽ.& ibi notat Pe.de bella pertı-
ca ibi eſt caſus,pro,quia ibi ſi ſententia in aliquo tenuiſſet
pœna fuiſſet commiſſa contra non parentem per.l.ff de ar-
gu.l.diem proferre.§ ſtari. quæ tamen commiſſa non fuit
vt ibi.Henricus verò in hac prima quæſtione ſequitur opi-
nionem ac diſtinctionem Accur.Iacob.de areti.& Petr.cui
ſatis concordare videtur diſtinctio Cyni in effectu ſupra
præcedens.De ſecunda quæſtione patet ſecundum Innoc.
tunc demum per condemnationem in parte fieri abſolutio
nem reliquæ partis:quando pars illa,non erat ſpecificata
ſed includebatur ſub generali petitione,aliâs ſecus:& certe
l.j.C.ſi aduerſus rem iudicatam.planè lecta ſatisfaceret pro
hoc dicto Inno.Hoſtien.hoc nõ approbat,vt ſupra vidiſtis.
Vnde alij tenent ſimpliciter abſolutionem fieri in reſiduo ta
cit.C.de procur.l.maritus.ĩ.de præſump.nonne.Et ad hoc
inducunt.C.ſi aduerſus rem iudi.l.j.Sed Accur.ibi contra
quod placet Pet.& Iac.de are.qui Iac.reſpondet ad.l.illam.
l.quia ibi tuto fuit in parte condemnatus,& in pte abſolut⁹
contra quam partem abſolutoriam patebatur reſciſſio.Pet.
11 inducitur rõnẽ,qa clauſula † quæ ponit ad directionẽ qualis
eſt illa,quæ cõdẽnat nõ operat effect⁹ cõtrarios.de bap.ma
iores.verſi.Sed adhuc vbi de hoc.Quarta opinio diſtinguit
an p iudicem,an per arbitros lata ſit ſnia cõdemnatoria,vt
primo capitulo intelligatur abſolutio in reſiduo:in ſecũdo
nõ:hæc vide in Spec.de ſententiæ prolatione.§.qualiter.ver.
quid ſi pero,qui quaſi hæc oĩa ponit: In hac verò qõne ſcda,
tenet Henricus opinionem prædictam Accur.Pe.& Ia de
are:Ego verò de hoc alibi dicam.patet autem hic,ꝙ Papa
ſequitur ſententiã epiſcopi, & epus ſniam Cardinalis,nec
obſtat quòd non exemplis , ſed legibus &c. C.de ſentent.
& interloc.omn.iudi.l nemo. quia illud verum in alijs arti-
culis,vel inter alias perſonas,inter eaſdem autem,& ſic p ſe
lata ſententia,illa neceſſariò eſt ſequẽda,nõ valeret cõtraria.
de hoc.ĩ.eo c.inter:nec reſcriptum contrariũ.C.ſen.reſcin.
non poſſe.l.finali.nec trãſactio.ff.de condi inde.l.eleganter.
.§.j:Super quo vide not.eo.lit conteſt.c.j.lib.vj.
12 ¶ TERTIO quæritur,quæ † ſit pœna iudicum ini-
quas ſententias ferentium diſtingue,quia aut ferunt ini-
quam ſententiam dolo malo,aut per imprudentiam.Si do-
lo malo,puta timore,vel cupiditate,vel odio,vel amore,
vel alia ſimili cauſa,tunc tenetur ad omne intereſſe,illi
qui ex tali ſentẽtia læſus eſt:niſi fortè poſſent inducere illũ
pro quo tulerunt ſententiam,ad plenariam reſtitutionẽ fa-
ciendam illi,qui fuit læſus.C.de pœna iudi.qui malè iudi.l.
vlt.xj.q.iij iiij.patiantur etiam alias pœnas,de quibus in vl
tima.l.& auth ibi ſignata.nouo quidem iure ſupra titulo.
qui ſunt infames,& ſi aliquid in re vel in ſpe rec eperit,pro
malè iudicando.Si cauſa pecuniaria dati tripplum,& pro-
miſſi duplum,â fiſco exigitur dignitate ſeu cingulo amiſſo
ſi criminalis,confiſcatis bonis omnibus in exiliũ mittuntur.
vt ibi.Item tenentur lege.Iul.repetundarum.vt ff.ad.l.Iul.
repetunda l.iij.&.iiij.quæ extraordinariè punit.vt.e.titu.l.
lege Iulia.Item tenetur crimine concuſſionis,vt.C.de crimi
nę concuſ.l.finali.item crimine falſi quod pœnã deportatio
nis & vltimi ſupplicij cõtinet.vt.ff.ad.l.cor.de fal.l.j.§.item
qui iudicem.item & edicto de calumniatoribus.vt.ff.de
calum.l.j.&.l.iij.§.illud.vt notat gloſſa. in.l. vltima.allega.
C.de pœna iudi.qui malè iudi. item debet talibus propter
reſtitutionẽ imponi pœnitentia,tanquã p grauiſſimo cri
mine.xj.q.iij.quicunq;.vt hoc notat Raym.in ſumma rub.
de iudicibus.§.xxv.iudices &c.& Hoſti.in ſum.ti.de pœ.
& remiſ.§ xxiij.quibus & qualiter ſub.§.quid de officialibus
& frat.Io.in ſumma confeſſionum.rubr.de raptoribus.ru-
bricella de iudicibus quæſtione.cxxxvij. Vnde hoc pctm̃ ſe
cũdũ dictũ fratrem Io.grauius eſt rapina ſimplici,qa autho
ritate diuina abutendo , præter iniuriam proximi,deum
inhono-

inhonorant. Si per imprudentiam iniuſtè iudicant,tenẽtur
ſecundum leges,Ipſo inquantũ bonum eſt,& ęquum videbi
tur religioni iudicantis.ff.de var.& extraor.cog.l.vltima. &
ſecundum Doctores vbi.ſ.& ſecundũ gl.in.d.l.vltima.C.de
pœn.iudi.qui malè iudi. In iudicio verò animæ frater Ioã.
vbi.ſ.credit idem quod in primo caſu, ſcilicet ꝙ iudex te-
neatur ad reſtitutionem, in culpa enim fuit cum ſciuit, vel
ſcire debuit, ſe eſſe inſufficiẽtem: & tamen iudicare talem
cauſam pręſumpſit. Et idem ſi erat ſufficiens,quoad cõſcien
tiam ſi voluiſſet libros ſtudere,ſed quia fuit negligẽs & no-
luit ſtudere,& ideò quem debuit condemnare, abſoluit vel
econuerſo,ad inſtar eorum quæ not.ĩ.de ęta.& qua.c.ad au
res.&.ĩ.de homici.tua nos.de medicis & phyſicis.vbi diſtin
guitur vtrum omiſerint aliquid de cõtingentib⁹ necne. Mi
tius tamen eſt agendum cum iſto negligente, quã cum illo,
qui dolo fecit prædicta. Aut ratio de ignorante,qui debuit
ſcire ſe inſufficientẽ,&c.nõ habet locum,niſi in iudice ordi
nario,qui debet eſſe ſufficiens ad officium ſuum. Delegatus
autem ſępe ex certa ſcientia delegantis, ignorans iuris datur.
dummodo ſit bonus,& quòd talis ad reſtitutionem tenere-
tur,ſi neceſſitate obediẽte iudicauit & bona fide,de cõſilio
peritorum,tulit ſentẽtiam iniquam irrationabile eſſet, niſi
in inquirendo cõſilium fuiſſet negligẽs aut culpabilis. Tunc
enim ad reſtitutionem teneret.ar.ff.qui ſatiſd.cogit.l.ſi fide
iuſſor.§.ſi neceſſaria. Dicit etiam glo.ſuper Ray. & idem fra
13 ter Io.vbi.ſ.† quòd imperitus iudex,excuſat ſi tulit iniquã
ſententiam deceptus per aſſeſſorem talem, qui cõmuniter
ſufficiẽs putabatur. ¶ Collectarius primò dicit id quod hîc
dicit ſtari ſentẽtiæ cõtra ius partis prolatę, ex quo ab ea nõ
extitit appellatum,intelligi,niſi ex tenore ſententię euidens
deprehendatur iniquitas ſecundũ Hoſti.& Nouellam.ĩ.eo.
cum Bertholdus. Vel niſi ex actis appareat ipſa iniquitas,
etiam ſi id nõ exprimat ſententiæ tenor, prout notat Cyn.
poſt Ia.& Pe.C.de errore calculi.l.vna.in.j.q. Et eſt ratio hu-
ius, quia ex tenore actorum , quantum eſt de mente pro-
ferentis,ſentẽtia habet robur, ſicut contractus:vt in cõtra-
ctu de mente cõtrahentium.ff.de acti.& ob.l.obligationum
prout tetigit Pau.in cle.ij.ĩ.e. Fatetur tamen Innoc.aliquos
magnos viros dicere, ꝙ hoc caſu eſt ſtandum ſentẽtiæ, eo ꝙ
magis videtur eſſe lata cõtra ius partis,quàm cõtra ius con-
ſtitutionis. Et de hoc videt hîc eſſe caſus, ad finem decreta-
lis.in.ver.quãuis. Si bene aduertas quod perpetuò menti te-
ne pręter authoritatem principis,quę tanquam nõ ſoluta le
gibus.ff.de legibus.l. princeps Ad hoc edicto cenſetur exce
pta. vt ſcripſi.ſ.e. inter cæteras.circa tertium intellectum.
¶ Secundò dicit ꝙ ſi ille contra quem lata eſt ſentẽtia,dicat
poſt decem dies eam eſſe iniuſtam, & eam nõ eſſe executio-
ni mandandã,& ille pro quo lata eſt , permittat, de hoc co-
gnoſcit iudex, qui ſi cõtra ſententiã pronunciet,tenet pro-
nunciatiu ſua,ſecundũ Inno.de reſcrip. cùm dilecta.tenetq̃
reuocatio primæ ſentẽtiæ per eum iniuſta,ſi de hoc p eum
cognitum fuerit,ſecundũ Inno.vbi.ſ.ar.eorum quę hîc legũ
tur & notãtur. Sed nimis aduerſatur huic dicto.cle.ſi appel-
14 lationem.ĩ.tit.j.¶ Tertiò dicit ꝙ† infra.x.dies nõ eſt ſenten
tia executioni mandanda,propter tẽpus deliberandi alteri
parti à lege datum,ſecundũ Nouel. & Archi.ĩ.de ſen.excõ.
c.venerabilib⁹.lib.vj. quod nõ habet locum in appellatione
ab interlocutoria datis refutatorijs, qa ſtatim iudex proce-
dere põt,ſecundũ Archidi.ij.q.vj. anteriorum. ¶ Quartò
dicit ꝙ ſi cum decem peterentur,iudex cõdemnat in.xx.ſen
tentia propter hoc non vitiatur,niſi inquantũ iudex exceſ-
ſit.vt.ff.de ver.ob.l.ij.&.l.cõditiones quæ extrinſecus.facit
quod legitur & notatur de do. Apoſtolicæ.& ſic intellige le
cta & notata.ff.de iud.l.de quar⁹.& de cauſa poſ.cùm ſuper.
&.e.tit.§.reſtat. in fine.& .§. nunc defectu. ſecus tamen eſſet
ſecundũ aliquos,ſi res eſſet indiuiſibilis,propter lecta & no
tata,de offi.deleg.cùm ſuper.& e.ti.c.ſuper quęſtionum.§.ſi
verò. Sed Spec.vbi.ſ. notat cõtrariũ propter authoritatem
iudiciariam:ar.ff.de do.inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus.& vt res
magis valeat.d : ver.ſignific. Abbate.fatetur tamẽ quòd pro
& contra faciunt collecta.ſ. ¶ Quintò dicit, quòd ſi petitis
centum,iudex condemnat in.l. de alijs quinquaginta men-
tione nõ facta,in alijs quinquaginta nõ videtur condemna
re neq̃ abſoluere ſecundum Innoc.ar.ff.ſi certum petatur.l.
quidam.licet Accur.notat.ff.de except.rei iudi.l.euidenter.
quòd imò in illis videtur abſoluere, ipſe enim Accur.C.ſi
plures vna ſententia cõdemnati fuerint.l.vna. præmiſſa opi
nione.ſ.proxima,vbi tenet, quòd exceptio rei iudicatæ nõ
nocet,niſi ſuper expreſſo per illam legem:& idem Pe.de bel
la pertica per.l.j.C.de re iudicata. Et idem videtur notare
Inno.de reſti.ſpolia.grauis. Facit quia ſicut in libello non ve
niunt tacitè niſi acceſſoria,de cauſa poſ.cùm eccleſia.ita nec
videntur excludi. Sic procedunt notata Cyn.C.ſi aduerſus
rem iudi.l.j.ne poſita ad augmentũ &c.vt.l.cùm tale.in fine.
ſecundum Nouellam hîc , licet quidam diſtinguãt inter iu-
dicem & arbitrũ,ſecundum notata Archidi.xij.q.ij. ſi quis.
& Spec.e.tit.§.ij.ver.quid ſi peto.& de except.§.nunc viden-
dum.ver.quid ſi iudex valet ergo ſententia pro parte, ne vti
le per inutile &c.licet cõmuniter legiſtæ cõtra.per.l.in hoc
iudicio.ff.famil.er. Super quo vide Cyn. diſtinguentem, in
pręd.l.j.C.ſi aduerſus rem iudi.in quæſtione.ij.& etiam no-
tata ibi per eum in prima & tertia quęſtionib⁹,& quod ſcri
pſi poſt Inn.ſ.de elect.cum inter.&.ſ.eo.c.j.in.ij.q. ¶ Sextò
dicit,quòd ſi petitis centum, lataq̃ ſententia pro actore in
quinquaginta,appellet reus,actor coram iudice appellatio-
nis poterit petere alia.l.C.de app.l.ampliorem melius.C.quã
do prouocare non eſt neceſſe.l. omnem honorem. niſi ex
alia cauſa vellet petere: vt.ff. de mino.l. ſi ex cauſa.§.etiam.
ſecunda.q.vj.quandoq̃.vbi de hoc per Archi. ¶ Subdit etiã
licet impertinenter,quòd licet Io.notet.iij.q.vj. poſtulatus,
quòd ſufficit ſententiam ſcribere in terra vel in pariete, vt
ſatisfiat iuri.ĩ.e.c.fina.lib.vj.&.ij.q.j.imprimis.quia ſuffice-
ret ſcribi in papiro:licet alij contra dicant in prędicto.c.fin.
¶ Lignanus verò notat primò poſſe addi cõtra eccleſiã ſub
iectam ſuper iure ſubiectionis. Secundò libellum generalẽ
ſufficere & in articulis declarandis vt.c.cùm ad ſedem. Ter-
15 tiò,quòd ſi † non tenet principale,nec acceſſorium de quo
16 in regula acceſſorium.c.debitores. Quartò † quòd non ap-
pellato intra.x.dies,ſententia tranſit in rem iudi.ĩ.eo. quòd
ad conſultationem, & de confir. bonæ. Quintò, ꝙ res iudi.
pro veritate habetur. vt.l.res iudicata. Sextò, quòd ſenten-
17 tia † lata cõtra ius ſcriptum,eſt nulla. Septimò ꝙ veritas ge
ſtorum &c. ¶ Item opponit Lignanus primò cõtra primũ
notabile,de.c.auditis.ſ.c.proximo.& de elect.querelam. Sol
uit ſecundum Inno. quòd ab alio non poſſidebatur. Sed &
tunc idem per notata in.c. auditis.& .ſ.e.cùm olim. Secũdò
opponit,quia libellus generalis reijcitur.de libel.obl.c.ſecũ
do. Soluit illud fallere, in vniuerſali petitione,vt in petitiõe
iurium Epiſcopaliũ,vt.c.cùm ad ſedem.&.c.cõquęrente. li-
cet poſtea explicari debeant in proceſſu.ſi tamen ab Epiſco
po,talia alius peteret,explicare haberet: quia ius cõmune fa
ciens pro Epiſcopo,faceret cõtra illum. Tertiò opponit,qa
hîc enumerata plenam ſubiectionẽ non inferunt. ¶ Reſpõ-
det poſt Inno.ſtandum contrario,quodlibet recipiendo di-
uiſim omnia tamen ſimul recipiendo ſecus. Saluo quòd ſola
fidelitatis præſtatio ſignat ſubiectionẽ in tẽporalibus. xxij.
quæſtio.iiij.de forma. De inſtitutione verò dubitatur,quia
quandoq̃ ſumitur pro authorizabili curę commiſſione.de
offi.Archi.cum ſatis. & hæc impræſcriptibilis, vt ibi notat
Hoſtien. Quandoq̃ pro collatione beneficij, & hoc compe
tens de iure ſpeciali, nullam infert ſubiectionem. Et plura
alia ponit circa hoc,de quibus te remitto ad ea quæ ſcripſi.
ſ.codẽ.c.in expoſitione ſuper verbo inſtitutione. Quartò
18 opponit, quia † Epiſcopus poteſt conferre iura ſibi compe
tentia alteri eccleſiæ. de dona. paſtoralis. Soluit hoc verum
eſſe de conſenſu capituli ſeruata forma. Quintò opponit,
quia ſaltem debuit valere præſcriptio Papæ quia ſupra ius
eſt vt.c.propoſuit Soluit, quòd Papa inhærebat ſolum pri-

mæ conceſſioni. Nec obſtat, quòd cõfirmando, videtur donare de cõfirma. vti. c. bonæ quia illud cum ex certa ſcientia facit. nec nocuit taciturnitas Epiſcopi præſentis cõfirmatione Patriarchæ: quia & ſi in actibus priuatorũ de hoc dubitari poſſet. Secus tamen hîc, vbi requiritur certa forma, vt. c. ſine exceptione & authenti. hoc ius porrectum. de ſic non obſtat. c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte. c. Item addit quædam alia, quę ſunt ſuperius expedita. ¶ Supple gloſſ. in glo. ij *audiui*. vbi de hoc in glo. iij. ibi. *Romanus*. lib. vj. & in fine de hoc. xvj. q. vj. placuit. in glo. vltima in gloſſ. iiij. ibi, *ſciunt ſcribere*, vt ibi patet in fine primi reſponſi, & in fine de hoc xcvij. diſt. nobiliſſimus. circa medium magnæ glo. & in Spe. de proba. § videndum. ver. decimo ad finem. vbi etiam dicit apud leges idem eſſe anullum, quod apud nos ſigillum. & de citatione. § iam de citatione. ver. literis. Et de hoc vide quod ſcripſi. ſ. de fide inſtru. c. ſecundo. & quod dicã. j. tit. primo vt noſtrum. & c. ſignificauit. In glo. quia donatio ibi, *confirmabant*, in forma cõmuni, *& in fine*, dicit Hoſtié. quòd per hoc potuiſſet præſcribi de reli. do. conſtitutus. de iure pat. cura. Sed de boc nil allegabatur, vel fortè non fuerat hîc præſcriptum, quia tempus non erat completum. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. § fina. ver. nec ex eo. vel fortè erat facta interruptio, ſupra tit. j. c. illud. in fine vel non fuerat viſus Abbas priuilegio. de priui. ſi de terra. Hoſt. ¶ In glo. vlti. ibi, *quàm geſta*. vel donatio aliter facta, quã ſcripta quod cõſtitit Goffre. de varia ſignificatione geſtorum. vide quod dixi, de procur. c. primo ſuper verb. geſtis. *& in fine*, vel errauerat ſcriptor, vt ibi, vel pars aduerſa dicebat litem non fuiſſe cõteſtatam coram iudice, ſed geſta contra dicebat: quibus magis credendum eſt. C. de re iudi. Quod intelligitur de facto antiquo, de cuius ſententia producitur inſtrumẽtum. Quo caſu præſumeretur pro conteſtatione & proceſſu. ar. inſti. de fide
19 iuſſ. § fin. C. de contrahen. emp. l. j. & j. c. ſicut. quia † res iudicata pro veritate accipitur. ff. de regu. iuris, res iudicata: ſecus ſi factum ſit recens vel obijciatur contra proceſſum habitum ante latam ſententiam: quia tunc locum habet decre. quoniam contra falſam. de proba. Aut quoad hoc factum antiquum, ex quo lapſum eſt biennium ſecundũ Hoſtien. qui remittit. ſ. de renunci. in præſentia. ſecundum Innocen. Iſta talia quæ contra ſententiam allegabantur, repręſentantur ſermu in vanum.

SVMMARIVM.

1 *Ad confirmationem ſententiæ nihil continentis iniqui quid requiratur.*
2 *Sententiæ vbi nihil obſtat, non eſt confirmatio deneganda.*

¶ CAP. XIIII.

1 CAuſamquæ. ¶ Caſus. Sufficit † ad confirmationẽ ſententiæ nihil continentis iniquum, quòd contra ipſuam aliquid nõ probetur. Et pars prima ponit proceſſum delegatorum proceſſum & appellationem. Secũda, ibi, *licet*, ponit allegationem appellantis, motiuum ſuum, & confirmationẽ ſententiæ. ¶ Expone literam, *conſenſu partium*, recuſari ergo nõ poterat, niſi ex noua cauſa de offi. dele. c. inſinuante. Gof. nec nonum reſcriptum per partem alteram impetratũ de reſcrip. c. cæterum. Hoſti. *qui*, ſcilicet delegatus, *appellatum*. ſ. per illum à *promulgauit*, opponebat etiam recuſationem, vt videtur. j. colligi, ſecundum Hoſti. *Atteſtationes*, productus in principali ſecũdum Inno. *Vtebatur*, Sed non probabat, quia licet teſtes fortè pro clerico teſtificarentur iudex tamen, qui eos recœpit illorum ſubornationem cognoſcens, aut alios illorum defectus, nõ fuit dicta eorum ſequutus. ar. ff. de teſti. l. iij. § tu magis. vnde fortè mandabatur pro clerico ſententiari ſi probaret ſe electum à maiori parte capituli: quod cùm probaſſet per teſtes fortè viles vel ſubornatos, iudex pro ipſo, ſed contra ipſum ſentẽtiauit: ex quo dicebat clericus contra formã reſcripti fuiſſe pronũciatum, quod eſt falſum: iudex tamen à quo, à tali caſu appellatur, debet ſignare motum animi in iudicij appellationis. arg. ſupra de teſti. cauſam, quę. ſecundum Innocen. & c. præterea. ſecundo. eo. tit. & melius j. de fideiuſſ. conſtitutus. § fi. ſecundum Hoſtien. Et adde quod ſcripſi circa hoc. ſ. de prob. quoniam. quia tamen ſuper hoc non probauit, *nihil*. hîc ſoluit contrarium, quod hîc ſignari poſſet: de decre. cum ad ſedem. in fine ſecundum Hoſtien.
2 *Confirmare*. vbi † enim nil obſtat ſententię non eſt confirmatio deneganda. ſ. e. c. quæ & nota quòd iudex appellationis, ſolum habet confirmare vel infirmare. ij. q. vj. in fine de quo j. de teſta. c. Raynutius ad finem. ¶ Supple gloſſas, in glo. prima, ibi, *ſi prætor formam*. Ita tamẽ quòd ſi de coniunctis nec vitiet formam, ſecundum Hoſtienſẽ. & hoc probant concor. quas allegat glo. aliter autem, idem poteſt facere quòd contra remittit Huſtien. ad lecta & notata. ſ. de offi. delega. prudentiam. circa principium. & facit. ſ. de elec. c. ſicut cum lib. vj. Vnde iudex etiam ordinarius, formam ſequi debet de reſcrip. cauſam, quę. & etiã mentẽ, vt ibi & j. de reſcri. ſuper literis. vt ibi, & ibi, *cui cõmiſſa*, ad alicuius petionem ad hoc de accuſa. c. ij. lib. vj. in glo. prima. In glo vltima ibi, *nihil operantur*, idem Innocen. Sed Hoſtien, ſubtilizans, dicit quòd poſſunt operari, nam primum de conſenſu, eſt præſumptio quòd fuerit amicus, & ſi amicus, quòd nõ grauauerit vnde præbet adminiculum, & ſic non reſpuendum de teſti. præterea. Secundũ de requiſitione, poteſt valere, ſi forma reſcripti, reſpiciens fauorem partis, tantũ fuiſſet violata: quia videretur pars, per talem requiſitionẽ moderari prædicto fauori ad hoc. ſ. de offi. dele. gratũ & ibi appellare. facit quod notatur. ij. quæſt. vj. dubium in vltima glo. & . ſ. de offi. dele. ſuper quęſtionum. § verum vltima glo. ¶ Collectarius circa materiã vltimæ glo. ibi. *prorogare*. dicit hoc falſum eſſe, quia poſt tempus expirat iuriſdictio: & quod non eſt, prorogare non poteſt. vt notatur per ipſum Ber. & alios ſupra de offic. delega. c. l. & G.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam quanto tẽpore tranſeat in rem iudicatam.*
2 *Sententia licet ſub conditione ferri non debeat, lata tamen tenet.*
3 *Sententiam, per quam inducitur purgatio definitiuam non eſſe.*
4 *Iuramentum etiam neceſſarium iuſta cauſa renunciari poſſe.*
5 *Ab executore, qui modum excedit, appellandum eſſe & quare.*
6 *Executor, coram quo exceptiones opponuntur, qualiter ſe habere debeat.*
7 *Executor ſi vellet exceptionem admittere eum, pro quo lata eſt ſententia appellare poſſe.*
8 *Sententia ſiue nulla ſit ſiue annullanda, nihil ad executorem.*
9 *Exceptionum quot ſunt ſpecies.*
10 *Exceptiones legitimas debere executores admittere: & ſi non admiſerit poſſe ab eo appellari.*
11 *Merus, & purus executor ſentẽtiæ latæ quòd recuſari nõ poſſit.*
12 *Præſcriptionem non currere niſi contra negligentem.*
13 *Præſcriptionẽ inductam ab homine ſtatim cedere, recepta litera.*
14 *Sententiam, qua inducitur purgatio, definitiuam eſſe.*
15 *Iudex an poſſit imponere pœnam condemnato non ſoluenti infra quadrimeſtre.*
16 *Executorem omnem admittere debere exceptionẽ excõmunicationis, & alias quaſdam.*
17 *Sentẽtia, qua inducitur purgatio, an ſit interlocutoria*
18 *Executionis ordo qualis eſſe debeat.*

¶ CAP. XV.

1 QVod ad cõſultationem. ¶ Caſus. Sententia † per lapſum. x. dierum tranſit in rem iudicatam, ſi prius non fuerit appellatum: & quadrimeſtre tempus quod datur condemnatis in perſonali abſoluendum, ex

dum, ex cauſa per iudicem poteſt retractari: & ſunt duæ par
tes. Secunda ibi, *ſed nec*. ¶ Expone literam, *purgationem*, for-
tè hîc agebatur in quæſtione ſimili, in qua præſumptione fa
ciente pro actore, niſi reus delato iuramento innocentiam
ſuam purgauerit, iurando ſe nõ debere, quod ab eo petitur,
condemnabitur: ſecundum Innoc. & ſecundum hoc expone
cum Goſ. purgationem. i. ſuæ innocentiæ probationem. ſ.
de iureiurand. c. fin. Sed dic de hoc vt ibi notaui, vel dic ꝙ
ibi agebatur ciuiliter de crimine furti, vel vi bonorũ rapto-
rum ad conſequendum duplum, vel quadruplum, vel ageba-
tur in modum inquiſitionis ſecundũ Inno. *ſententiam*. quaſi
diceret ſententia lata, cõdemno te ad. x. ſoluenda Titio vſq;
ad. xx. dies, vel ad iurandum, quòd nihil ei debes. Simile. ff.
de re iudi. l. miles § j. ſecundum Goſ. vel ſecundum Hoſtien.
fuit condemnatus ad duplum: intra. xx. dies ſoluendum: niſi
2 interim ſe purgaret quáuis † enim ſententia ſub cõditione
ferri non debeat, lata tamen tenet. & intra. x. dies à tempore
ipſius ſentẽtiæ appellandũ eſt. ij. q. vj. biduum. ff. quando ap-
pellandum ſit. l. j. vel condemnatus fuit alternatiuè: vt vel. x.
ſolueret intra certum tempus, vel vt de crimine furti cum
manu trina interim ſe purgaret. ar. j. de pur. canonica. c. pe-
nulti. & j. de ſimonia. c. de hoc. & c. iuſiurandum. ar. infra de
empt. & ven. c. penul. ſed Inno. dicit quòd hîc fuerunt duæ
ſentẽtiæ, vna interlocutoria, quòd ſe purgaret intra. xx. dies
& alia definitiua per quam niſi ſe purgaret, eccleſia priuare
tur, & à neutra earum appellauit, quia ſi appellaſſet à diffini
tiua, non præiudicaret ſibi interlocutoria. Sed quia à neutra
appellauit, ſine cõtradictione mandatur ſententia executio
3 ni: vel dic ſecundum eum, quòd † ſententia per quam indi-
citur purgatio, diffinitiua eſt. j. de purgatione canonica. c.
quoties. Sed Abbas tenet hîc, quòd imò eſt interlocutoria.
Quod probat ſic, vt probat Inno. in glo. ſua, quia definitiua
eſt, quæ continet abſolutionem vel condemnationẽ: & hæc
fertur cum præſtitit purgationem, vel cum deficit in illa. j.
de purg. cano. c. cùm Pe. & c. ſequenti. & c. inter. ¶ Sententia
ergo de indicenda purgatione, quæ procedit eſt interlocu-
toria. Nouella verò diſtinguit formam, an feratur ſentẽtia,
niſi ſe purgauerit: & tunc ſit definitiua, an verò ſimpliciter
indicatur purgatio, & tunc ſit interlocutoria. *recipiens*, qua
ſi per hoc appellationi videatur renunciaſſe. ſ. de offi. deleg.
gratum. cum concor. Inno. verò & Abbas dicunt, ꝙ per hoc
renunciaſſe videẽ appellationi factę, ſed non fiendæ: *ad diem*.
4 ſcilicet viceſimam. *cauſam*, iuramentũ † enim etiam neceſſa
rium iuſta cauſa renunciari poteſt. ſ. de iureiurand. c. finali.
nec ſit locus. quaſi diceret nihil aliud ſupereſt. *Et*, pro aut. Ho
ſtien. *prolatione*. per hoc patet tempus appellationis interpo
nendæ cõputari de momento in momentum: de quo & an
ſit vtile vel continuũ, notatur. ij. q. vj. anteriorum. & in Spe.
de app. § reſtat. in prima columna. *inuncta*, ergo nõ à die qua
debuit purgari vel quando extitit cõditio. Sed à die qua fuit
iniuncta purgatio, currit decendium appellationis interpo
nendæ. ij. q. vj. biduum. Secus in alijs præſcriptionibus, vbi
non currit tempus, niſi à die conditionis exiſtentis. ff. quan
do de peculio annalis eſt actio. l. j § annus. Et. C. de præſcrip.
xxx. vel. xl. annorum. l. cùm notiſſimi § illud. & eſt ratio. quia
lata ſententia cõtra aliquem, etiam ſub cõditione ſtatim ex
ipſius probatione grauatur. Vnde etiam ſtatim proſequi po
teſt, etiam ante conditionem extantem multò fortius ergo
poſſet appellare, cùm & ſtatim prolata eſt ſententia, hæc
præſcriptio. x. dierũ currere incipiat: ſecus in alijs pſcriptio-
nibus, quę nõ incipiunt currere ante diem cõditionis extan
tis: quia nec priùs lędunt, nec prius ex eis agi poteſt. nec pro
miſſor priùs põt reperiri in mora, ſecundũ Inno. Item mul-
tum eſt aduertendũ, an diutiùs fiat condemnatio, & poſteà
ſtatuatur tẽpus ſolutionis &c. ſup quo vide quod dicã. j. de
app. præterea. ij. in principio. & ſuper vltima glo. Sententia
eodem modo & arbitriũ. C. de arbi. l. cùm antea § j. *Infra id
tempus*. ſcilicet. x. dierum: ſi aũt intra illud temp⁹ appellauit,
dicit Hoſti. ꝙ etiam executio interim facta, reuocabiẽ, per

modum nullitatis. Quod dic vt. j. tit. j. nõ ſolum. lib. vj. *præ-
ſertim*. pro maximè. Nam idem eſſet etiã ſi cauſam redderet
ſecundum Goſ. & Inno. *Ad hoc*. ſcilicet ad executionem ſen
tentiarum. *quadrimeſtri*. põt dici, ꝙ ſicut in perſonalibus, ſic
& fortè in priuatione eccleſiæ niſi ſe purget. neceſſariũ eſt
tempus quadrimeſtre alij cõtra, & repetere notata de offic.
dele. quęrenti Inn. *Sponte*. ſecus ergo ſi cõtradicit vel inuitus
recepit, quia iudicium redditur. ff. de ver. obli. l. inter ſtipu
lantem § j. ſecundum Hoſti. ſed Inno. dicit, quòd ſponte præ
ſumitur recepiſſe, quia præfixo ſibi tali termino non appel
lat, licet cõtradicat, quia non ſufficit hoc caſu, cõtradictio,
ſine appellatiõe. *termini*. Secus ſi petijſſet terminum iuris. ad
appellandũ, de hoc in Spec. de app. § in quibus. ver. xxx. *Am
plius*. i. maioris temporis quoad executionem faciendã, Inn.
canonicus. i. legitimus: vt quia non extantibus mobilibus, vel
immobilibus fiet executio in nominibus. ff. eo. l. à diuo pio.
vel loquor, de modo canonico de quo. ſ. vt lit. non conteſt.
c. tuæ, vel de illo de quo. ſ. de offic. archipræſb. c. j. vel quia
non ſeruatur forma mandati, quod contra canones eſt. ſ. de
reſcript. cùm dilecta. cum concor. vel ſi ſententia quæ nulla
eſt, executioni mandeẽ, de quo ſuper glo. per Hoſti. ¶ Oppo
5 nitur contra decretalem. in fine, qa ab executore, qui † mo-
dum excedit, non debeat appellari: quia ſi modum exceſ-
ſit faciendo quod facere nõ debuit, nec potuit quicquid ſic
facit, ipſo iure eſt nullum: & per cõſequens non eſt neceſſe
appellare. Quod proſequere & etiam diſſolue vt hîc notaẽ
per Bernard. in glo. fina. ¶ Hoſti. tamen dicit & bene, ꝙ &
ſi non ſit neceſſe appellare, dum videlicet nulliter procedẽ-
do formam excedit, tamen & tunc etiam expedit appellare,
ne condemnatus de facto grauetur. Nam & de facto poſſet
fieri executio & eſt argumentum optimum ſecundũ eum. ff.
de mino. l. ſexta. Vnde & à ſententia quæ nulla eſt, appellaẽ
j. titul. primo. c. ſollicitudinem. Item licet executor faciat
quod ſibi mandetur, tamen mandatum poſſet eſſe iniu-
ſtum & nullum.

¶ PRIMO quæritur proſequendo materiã vltimæ gloſſ.
6 Bernardi qualiter † ſe habere debet executor, coram quo
ad impediendum executionem exceptiones opponuntur?
¶ Hoſtien. dat pro regula, quòd vbicunq; coram executore
ſententiæ ex aliqua iuſta cauſa, opponiẽ ſentẽtiam eſſe nul-
lam, executor debet ſummatim examinare negotiũ, & ſi re-
periat ꝙ malitioſè opponaẽ, nihilominus exequatur, & ſic
intelligaẽ. l. ij. C. de falſis. licet ſuperior quãdoq; hoc caſu pro
uiderit. ſ. de in integ. reſti. l. ſuſcitata. Si verò inueniat illã bo-
na fide proponi, nunquã debet ſententiã executiõi mãdare:
ſed negotiũ ad ſuperiorem debet referre. & ſic põt intelli-
gi. ſ. e. de cæterò. niſi dicatur ſentẽtia venalis. C. quando pro-
uo. non eſt neceſſe. l. venales. vel iudicem pecunia corruptũ.
C. de pœna iudicis qui malè iudicauit. l. j. ſecus ſi precib⁹. ſic
intelliguñt Doctores. ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito § cùm præ
tor. ¶ Item ſecus cum dicitur procurator corruptus pecu-
nia, tunc enim ſententia tenet, licet per doli exceptionem
eligatur. vt. ff. de excep. doli. l. ſi procurator, & idem vbicũ-
que proponitur aliquid, per quod eſſet ſententia annullãda:
hic enim & ſi poſſit negotium referre ſi velit, nõ tamen te-
netur, cùm & ſententiam debeat exequi licet ſciat eam eſſe
iniuſtam. i. contra ius litigatoris latam. Quod dic vt legiẽ &
notatur. ſ. de offi. dele. ſi quando. & c. paſtoralis § quia verò.
In his igitur caſibus & in alijs notatis per Bernardum in gl.
7 vltima. Si † vellet executor exceptionem admittere is pro
quo lata eſt ſententia, poſſet appellare: quia tunc executor
partes iudicis aſſumeret, quod non eſt faciẽdum. Fatetur ta
men alios dicere, quòd illa exceptio tantum dicitur legiti-
ma, quæ iuriſditionẽ afficit, vt ſic dicatur cõmiſſionem fa-
ctam per falſas literas, & non alia. j. de crimine fal. c. ij. Azo
tamen dicit, quòd ſi ſit executor datus ab alio, quã à princi-
pe exceptionem tenetur admittere. ſed vbi princeps in præ
ſentia partium cauſam examinauit & definiuit non tenetur
executor ſuus, exceptionem aliquam admittere. Et idem eſt

de executore delegati ſui.ſ.de offi.dele. ſi quando.ſi autẽ ſen
tentia ab alio lata ſit & Papa mandet,quòd executioni man
detur,ſicut iuſtè lata eſt hic cum mixtus executor ſit,exce-
ptinnem legitimam tenetur admittere,& hanc opinionem
recitat Inno.ſ.e. decæterò.de quo etiam per eundem Inno.
de offi.dele.cum in iure.¶ Refert autem ipſe Hnſti.alios di-
8 cere,& fortè melius,quòd ſiue † ſententia ſit nulla ſiue an-
nullanda,de hoc nihil ad executoré, coram quo nõ eſt pro-
ponenda exceptio.Sed coram iudice,de offi.dele.ſuper quæ
ſtionum § j.poteſt tamen ſi vult differre,& ſuperiori referre
propoſita.ſ.e. decæterò.&.j.de crimine falſi.c.ij. Sed nullo
iure cogitur,& ſic habet locum,lex non quicquid.ff.de iudi
cijs. Nec obſtat ſi dicas,ergo eſt in poteſtate executoris ſen
tentiam iniuſtã,vel nullam exequi. ¶ Reſpondent enim, ꝙ
imputare ſibi habet , qui hoc non obiecit coram ſuperiore
committente,quod potuit ſed noluit.Sed coram executore
quod vult,non poteſt.ar.ſ.de offi.dele.cum ſuper.procedat
igitur executor ſecurè,quantuncunq; ab eo appelletur ,niſi
forſan liquidò conſtet.i.per confeſſionem partium de iuſta
exceptione propoſita.Tunc enim modum excederet ſi exe-
queretur. Vnde poſſet appellari vt hîc,& poteſt intelligi vt
hîc.ff.de iudi.l.ſi prætor.§ Marcellus.aliâs incipit.l.ſi per do-
lum.vel ibi loquitur, quando non opponitur coram execu-
tore, ſed coram iudice,qui etiã tanquàm iudex poteſt exce-
ptionem examinare, & probationes recipere, & hoc videt
litera ibi ſonare.Sed non intelligenti hoc ſonat:ibi enim lo-
quitur de iudice.i.de mero executore qui nõ habet ſe intro-
mittere de ſentẽtia,vt dicit.l.ſi prætor.in fine.cui continoã
tur ſequẽtia.Et ideò prior intellectus verior eſt,nec obſtat,
quod ibi notatur per Doctores, ſcilicet quòd fuit liquidò
probatum per teſtes,qui ſentẽtiæ interfuerunt:quia & ſi ta-
lis habeat iuriſditionem contra rebelles, vt.ſ. de offic.dele.
ex literis.nullam tamen habet quoad indaginem cōtẽtio-
ſam iudicialem.C. de except. rei iudi.l. ſi vt proponis. Nec
obſtat.j.de except.c.pia.§ penulti.libr.vj.quia ibi loquitur,
quando proponitur excõmunicatio coram iudice, qui ſen-
tentiam tulit:& qui ipſam vult executiooi mandare: vt pa-
tet ex præcedenti § cui ille continuatur ſecundum Hoſtiẽ.
¶ Et quanuis hæc materia notata ſit in.c.paſtoralis § quia
verò.& in.c.pia.alleg.& in ſumma. eo.tit. Tamen quia poſt
illas gloſſas ipſe Hnſti.plenius examinauit iſtam materiam,
ipſe hîc ſpecialius eam proſequitur, dicens quòd alius eſt iu
9 dex,& alius executor, & † executorum alius mixtus, alius
conſeruatorius,alius referendarius, ſcilicet ad aliquem cer-
tum articulum audiendum vel expediẽdum,ſine alicuiꝰ iu-
riſditionis commiſſione datus.Alius nunciator,ſiue execu-
tor,ſimplex & nudus , alius executor ſentẽtiæ latæ merus &
purus.De his ergo quærit,vtrum exceptiones legitimas co-
ram ſe propoſitas teneantur admittere:& ſi non admittant
vtrum poſſit propter hoc appellari.¶ De iudice dicit ꝙ ex
10 ceptiones † legitimas debet admittere, & poteſt interlo-
qui ſuper ipſis , & ſi non admiſerit , poteſt ab eo meritò
appellari vt patet in eo quod legitur & notatur.j. titu. pri-
mo.vt debitus.&.c.cùm cauſam § fina.&.c.dilecto § finali.&
c.interpoſita.primo reſponſo &.§ j.¶ De mixto verò execu
tore, dicit Hoſtiẽ. idem per omnia quantũcunq; præcisè ei-
dem ſcribatur.ſ.de offic.dele.ex parte. ſecundo.& ſic poteſt
intelligi.C.de preci.impera. offic.l.& ſi non cognitio. ¶ De
conſeruatorio autem dicit Hoſti. quòd ſi ſcit vel credit ex-
ceſſum notorium, nullam exceptionem admittat, niſi for-
ſan excõmunicationis.ar.xj.q.iij.cum excommunicato.&.c.
ſequenti.&.c.pia § penultimo allegato,niſi fortè dicat delin
quens,quòd hoc iuſtè ſe vel ſua in caſu licito & ſibi à iure
vel priuilegio conceſſo defendẽdo.Nam ex quo aliquid pro
ponitur coram tali iudice,quod non poteſt ſine contentio-
ſa iuris indagine expediri, omnino abſtinere debet, & ob-
ſtruere quamlibet exceptionẽ legitimam alioquin iuſtè ap-
pellabitur ab eodem, de quo remittit ad lecta & notata, de
offic.delegati.c.j.lib.vj. Tu verò dic meliùs conſeruatorem
poſſe inquirere,an factum ſit notorium necne,arg.ſupra de
elect.c.bonæ § cõtraria verò.Quod dic plenè,vt no.per Io.
Cardi.& Archidi.& pręd.c.ſtatuimus.ſecũdum Henricum.
¶ De referendario verò dicit Hoſtien.quòd procedat in ar
ticulo ſibi commiſſo,& ſi aliqua opponũtur, audiat:non ta-
men interloquatur,ſed dubia ſuperiori referat: alioquin ſi
opponerentur talia,per quę proceſſus articuli ſibi commiſ-
ſi impediretur, appellari poſſet, ſi procederet.quia modum
excederet.Sed & talis recuſari poteſt,tãquam ſuſpectus niſi
de aſſenſu partium fuerit datus, & ſic intelligitur quod le-
gitur & notatur de offic.deleg.paſtoralis § j.& § verum.
¶ De nudo verò & ſimplici executore,puta ad aliquem pre
ſentandum vel pignorandum, aut ſuſpẽdendum miſſo. Di-
cit Hnſtien.quòd nec exceptiones habet admittere,nec ali-
quod oppoſitum examinare , eſt enim in talibus quaſi pica,
& ſic intellige prædictum.c.paſtoralis § j. &.ff.de rebus eo-
rum.l.magis § ne titulotenus. & inſti. de ſuſpect.tu.§ ſi quis
tutor. & de offic. præfect. vigi.l.j.§ penultimo.l.j.di.aliquan-
tos.xxiij.quæſt.v.miles &.c.præcedenti,& capitulis ſequen-
tibus & talibus omnino parendum eſt, & non contumaci-
ter reſiſtendum, vt in iuribus alle. quod intelligas , quando
conſtat ipſos eſſe certos nuntios, & de forma mandati ſibi
data ab illo, qui dare poteſt:alioquin eis reſiſti poterit.C.de
11 iure fiſci.l.prohibitum. lib.x. ¶ De mero autem † & puro
executore ſentẽtię latæ dicit, quòd talis recuſari non poteſt
remittens ad lecta & notata.j.titu. j.nouit. Dicitque etiam
quòd à tali executore & à cæteris ſupra proximis appellare
non poteſt,vt patet ex dictis.Conſuluit autem,quod quãdo
cunq; opponetur exceptio falſi,vel doli, aut alia ſimilis, per
quam apparet ſi de ipſa conſtaret, nullum retro fuiſſe iudi-
cium,vel grande præiudicium patrari condemnato,cui nul
lum aliud forſan reſtat remedium , ſummariè examinat.vt
prædicta.l.à diuo pio § ſi rerum.&.ff.de liberis agnoſcendis.
l.ſi quis à liberis § ſi vel parens. & ſi examinatione facta,vi-
deatur ſibi, quòd malitioſè proponatur negotium,exequa-
tur.Si verò videatur ei,quòd bona fide. Tunc ſuſpendat exe
cutionem,& partes ad ſuperiorem remittat.ſ. e. decæterò.
& idem faciat ſemper in dubio.Caueat tamen ſibi,ꝙ non di
cat ſe dubitare. vbi non eſt dubitandum: vt.ſ.de reſcript.c.
cùm contingat.§ penultimo. & adde quæ ſcripſi.ſ.e.de cæ-
terò.in duabus primis oppoſitionibꝰ,& in quinq; q̃õnibus,
& in prędicto.c.paſtoralis.§ quia verò.
¶ SECVNDO quæritur,pone mandatur alicui, ꝙ cau-
ſam decidat intra mẽſem,& interim reus ꝓpter cõtumaciã,
ab eo excõmunicatur,qui lapſo menſe,venit & petit ab illo
ſe abſolui,nũquid poſſit?videtur quòd ſic.ar.ſ. de offi.dele.
12 quærenti.Facit, quia † non currit præſcriptio, niſi contra
negligentem:ſed ipſe nihil neglexit,ergo non currit ei præ-
ſcriptio.j.de conceſſ.præben.quia diuerſitatem.ſ.titu.pro-
ximo.c.vigilanti.Iura enim prædicta quæ, loquũtur in acto
re,fortius vigent in reo.arg.C.de tempo.in integrum reſti.
petendæ.l.pendendæ:&.ſ.de mutu.pe.c.ſecundo. &.ſ.titu.
ſecundo.c.cum inter § primo.ad finem.In contrarium vide-
tur,quia hîc non eſt lata diffinitiua ſententia,in quo caſu lo
quitur prædictum.c.quęrenti.& iudex omnioo priuatus fa-
ctus eſt, lapſo dicto menſe : Ita quòd nec de principali am-
plius poteſt cognoſcere,vt legitur & notatur.ſ.de offic.de-
lega.de cauſis. primo reſponſo. & infra. de appel. ſuper eo.
ſecundo § finali. Item ſi hoc in poteſtate rei eſſet, ſic poſſet
Apoſtolico mandato eludere,contra iura.ſ. de poſtul.præ-
la.bonæ,ſecundo § nec nocebat.ſ.de ala. mu. iudi. cauſa ſac.
c.primo. Et reus ex delicto contumaciæ ſuæ, commodum
reportaret, contra iura infra de dona. inter virum & vxor.
& ſi neceſſe.cum ſuis concordantijs. Et actor puniretur,
ſine culpa ſua, contra iura.j.de his quę fiunt à maio. parte
capituli.c.quæſiuit. Nec obſtat, quòd præſcriptio non cur-
rit contra negligentes, quia illud de præſcriptione per.l.in-
docta intelligitur.ſ.de elect. c.finali. ¶ Porrò præſcriptio
13 † inducta ab homine, ſtatim currit recepta litera.j. de ap-
pel.

pel.ſuper eo.ij.in fine.& inducta etiam de conſuetudine.ar.
ſ.de reſtitu. in integrum.c.conſtitutus.& in his quæ ibi no.
¶ Recurrat ergo ad Papam.ſ.de offic.ordi. paſtoralis.§. pe-
nultimo.& condemnetur in expen.& ad intereſſe.argu.ff.de
arbi.ſi quis rem.ſ.de reſcript. Cæterùm &.c. finali.ſi tamen
veniret intra menſem,& vellet prorogare tempus,quod ob
contumaciam fruſtratoriè fluxit & de expen. & intereſſe ſa
tisfacere,poſſet abſolui.ſupra de offi.dele.paſtoralis.aliàs in
fine nec aliter deberet abſolui,inuito actore, quia nec aliter
vera pœnitentia eſſet .xiiij. quæſtione.vj.ſi res infra de vſu-
ris, cum tu.§. primo.

¶ TERTIO quæritur ſubintrando magnam gloſſam In
nocentij. Pone aliquis in aliqua cauſa excepit de pacto de
non petendo,vel de præſcriptione,aut alijs conſimilibus,&
lata eſt ſententia contra eum ſcilicet, ꝙ hæc exceptio contra
eum non admittatur,ꝙ eſſet cõtra ius naturę.¶ Item poſteà
fertur diffinitiua ſententia contra eundem , & appellat ab
hac diffinitiua,ſed ab hac interlocutoria nõ appellauit.Mo-
dò quæritur an in cauſa appellationis poſſet exceptione re-
petere? Super quo Innocen. & Hoſtien.Colligunt ſuas ma-
gnas gloſſas, verum quia materia iſta expedita eſt per caſus
expreſſos.j.titu.primo.c.finali.libr.vj.non inſiſto. ¶ Colle-
ctarius recipiens per hoc renunciabat appellationi factę nõ
faciendæ ſecundum Innoc.vnde ſi appellaſſet, per hoc renũ
ciaſſet appellationi: ſed quia non appellauerat, poterat ap-
appellare intra decem dies.ſecundum Abbatem, vt proba-
14 tur infra. Et dicit hîc Innocen. quòd ſententia † qua indu-
citur purgatio , eſt diffinitiua , tamen quia poſt præſtitam
purgationem,habet ſequi,quòd denuntiatio boni teſtimo-
nij de purgatione canonica, ex tuarum.xv.quęſt.v.c.ſecũdo.
videtur aliud dicendum. Sed poteſt reſponderi, quòd illud
non eſt niſi executio purgationis,ſi tamẽ non ſequatur pur-
gatio habet ſequi aliud ſcilicet condemnatio de purga.c.cũ
Pe.in ſecundo reſponſo, & dicit Innocen. quòd ſi quis à re-
pulſione peremptoriæ exceptionis non appellat intra de-
cem dies, in appellatione à diffinitiua poteſt grauamen re-
parari,vt in.c.licet.de appel.libro.vj. dummodo non fuerit
bis repulſus,& ſuccubuerit. vt.eo.titu.cum à repulſione in
clemen.Iniuncta ſtatim à die nũciationis currit decẽdium.
Secus in alijs præſcriptionibus: ideò ſtatim eſt appellandũ,
ſecundum Innocen.Sed ſecũdum Ioan.And.multum eſt ad-
uertendum,an feratur ſimul ſententia,& iniuncto vel ſepa-
ratim,de quo.j.de appel.c.prętereà paruiſſe intra.x.dies cõ-
demnatus nec ſentit nec diſſentit : ſed poſt decem dies ta-
cens,conſentire videtur vt notat Io.And.de reg.iuris.is qui
15 tacet *Archi*, Sed † nunquid iudex poteſt imponere pœnã
condemnato nõ ſoluenti intra tempus quadrimeſtre? Dic
quòd non , quia de hoc non fuit cognitum nec petitum. Et
ideò ad officium iudicis non ſpectat.Not.Io.And.& Hoſti.
de teſta.Ray.ſuper verbo adijciens. & idem no.in Specu.de
ſenten. circa princ.*modum*. dic ꝙ & ſi non appelletur ab exe-
cutore,niſi in caſibus,vt not.hic& de except.pia.in fine per
Cardinalem. tamen appellans, tunc in appellatione debet
cauſam exprimere, not.de execu. ſententiæ in Spec.§. nunc
dicendum.ver. quid ſi ab executore. Dominus Petrus ſolue
bat ad contrarium glo.in fine.quòd illa lex loquitur,vbi mã
datarius excedit circa rem aliam , quàm eſt commiſſa hîc
vbi excedit in re iudicata.Ex his quę not.hic & quæ legun-
16 tur & notantur in.c. pia. de except. in fine. poteſt colligere.
c.quòd hodie non eſt dare merum executorẽ,cùm † omnis
executor habeat admittere exceptionem excommunicatio
nis ,& quaſdam aliàs vt ibi,& iudicis eſt exceptiones admit-
tere.ſecundum illa quæ not.per Doctores. de præben.dudũ
¶ Nunquid dies qua interponitur appellatio, computetur
in.x.diebus? Dic quòd ſic:vt not.dubitatiuè.ij.q.vj.anterio-
rum und & hora.vt not.ibi Archid.;Veruntamen, vt notat
ibi Io.And.non eſt continuum,quia currit ignoranti,ſed re
ſtituitur.Sed ibi Archidi.contra,quod probatur in.§.biduũ
in verbo ſtatim.¶ Et notandum:ꝙ vbi quis vocatur ad mu

nus citatis,niſi pro defenſione eiuſdem,quia tunc admitte-
retur appellatio.habet ſe excuſare intra quinquaginta dies.
aliàs poteſt appellare à die,qua nõ admittitur excuſatio in-
tra decem dies, & non nominatur ad illud, ſecus quando eli
gitur ad dignitatẽ aliquam,qa tunc ſtatim appellare tenere-
tur:ad quod vide Ioannem in.§. biduum. ſuper verbo excu-
ſatio. ¶ Sed nunquid iudex poteſt ſuam ſententiam defen-
dere? Dic quòd ſic,quia eius intereſt.not.de ſentẽ.exc.ſacro.
& notat hîc Archidiaco.ij.quæſt.vj.ab arbitris.¶ Sed nun-
quid ſententia lata ſuper proceſſibus,eſt diffinitiua? audiui
dici in cancellaria ab aliquibus abbreuiatoribus,quòd non.
¶ Sed contrarium notat Innocen. & poſt eum Ioan. Andr.
de procur.auditis.Facit de teſti.conſtitutis.ij.& videtur ex-
preſſum.in.c.auditis.Quid ſi res quæ non extat petitur,nũ-
quid iudex in æſtimatione poteſt ferre ſententiam? Innocẽ.
notat de ver.ſignificat.ex parte,quòd ſic ſi culpa rei hoc fue
rit.Sed Hoſtien.quem ſequitur Ioan.And.notat ibi contra-
rium,de hoc per Innoc. de cenſi. cum olim & dixi de libell.
ob.c.finali. ¶ Supple gloſſas, In glo.j. Hoſtien.ponit caſum
in condemnato furti nõ manifeſti, ad duplum ſoluendum,
niſi intra viginti dies ſe purgaret,qui terminum recipiens,
& ad diem viceſimũ veniens appellabat , quærebat an va-
leret appellatio? Reſpondetur , quòd non. ¶ Item non
poſſet ab executore appellare, & reſpondetur quòd non ni-
ſi modum excedat. ¶ In gloſſ. ſecunda ibi , *exprimenda* , an
17 † ſententia per quam indicitur purgatio,ſit interlocutoria
vel diffinitiua? variat hic Inno. & vide quod dixi in textu,
& de appellatione ab interlocutoria, vtrum in ea ſit cauſa
exprimenda? vide Nouellam infra de ope. no. nunci.c.ij.in
glo.iij.ibi, *petendo*, not.ex hoc & his quę ſcripſi.ſ.eo.c.ſuper
verbo recipiens. & ſuper verbo ſponte quòd hæc ſunt di-
uerſa, videlicet petere & recipere. Item recipere ſpontè,&
contradicere tantum, vel etiam appellare, & ibi.§. dubium,
& facit quod ibi notatur in glo.nota quòd & in glo. vltima.
in fine. allegat pro ſoluendo ſecundum Hoſtien. ¶ In gloſſa
penultima ibi,*arctari*. cõtradicente parte,vel in ſponte reci-
piente. Hoſtien. *in fine*. de hoc.ſ. de offic. deleg. quærenti.
¶ In gloſſa vltima ibi, *pia*,de excep.lib.vj.Notat autem hîc
Hoſtien. quòd ſi contra excommunicatum ſit lata ſenten-
tia,quæ ſit nulla,à qua ipſe non appellauit, & ipſe impetrat
ſuper nullitate ipſius,ne videlicet mandẽtur executioni ta-
cito de excommunicatione.valet reſcriptũ.arg.ſ.de excepe.
ſignificarunt.Sed dic contrarium,per.c.primum.de reſcrip.
lib,vj.prout vtrobiq; ſcripſi. ¶ Item ſi is qui ſententiam tu-
lit eſt ordinarius,coram ipſo ſupplicare poteſt,quòd ſenten
tiam reuocet.Si verò eſt delegatus,patet hoc coram delegã-
te,de hoc.j.de accuſa.qualiter.j.ſuper prima gloſſ. quod fa-
teor ſi non excipiatur per prædictam decretalem pia.de ex-
cept.libr.vj.& ibi ſi quadrimeſtre, vel quia turbet ordinem
18 executionis, qui † eſt quòd primò in mobilibus , ſecundò
in immobilibus & tertiò in nominibꝰ fiat executio:vt.ff.e.l.
à diuo pio.& dixi in textu, ¶ Et ibi,*in noſtra*, xvij.modis vel
caſus,in quibus executio impeditur,vide in Specu.de ſentẽ-
tiæ executione.§ fina.& app.§. in quibus. ver.quintò &.ver.
ſequenti.¶ Innocen.autem in decretali nouit.j.tit.j.addit.
certos caſus. ſcilicet quando non excedit in excutione, ſed
diminuit.C.de except.rei.iudi.l.ſi vt proponis ad quod facit
ſecundum Hoſtien.de offic.dele.prudentiam.in fine.primi
reſponſi. ¶ Item quando aliquid facit dolo, vt.ff. de nego.
geſt.l.ait prætor.§.ſi executor. Vel ſi non conſtat in qua re ſit
executio commiſſa.ſ.de reſcript.auditis.¶ Hoſtien.hic etiã
aliquos caſus addebat ad gloſſam, ſcilicet caſum decretalis
accedens.de accuſa.& decretalis cum Bertoldus.j.eo. ¶ Et
adde hîc ea quæ ſcripſi ſupra.eod.c.in prima quæſtione.&c,
& in fine, aduerte,quia quandoq; mandatum eſt limitatum
in tertio,& tunc id in quo exceditur,nullum eſt, vt in con-
trario, quandoque mandatum eſt limitatum in tertio , vt
quòd mittar in poſſeſſionem bonorum valentium centum
hæreditariorum,vel quæ poſſidebat teſtator. Et quia de his

dubitari poteſt, appellandum eſt: vt in ſuperiori parte glo. & concordat. ſ. e. cùm inter. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſine cauſæ expreſſione lata an teneat? & quando ſit exprimenda. nu. 2.*
3 *Authorem tunc ſequutum Rotam annis ſexdecim palatij, & contradictarum auditor.*
4 *Cauſæ quot caſibus exprimendæ in ſententijs non ſint.*
5 *Solennitates extra iudicij quod ſemper præſumitur interueniſſe.*
6 *In iudicijs, & extra oportet ſemper probare factum.*
7 *Penſionis debitæ ſolutio quo tempore fieri debeat. Et quid de penſione plurium annorum. nu. 11.*
8 *Exigi incontinenti poſſe quod quis purè, & ſimpliciter promiſit.*
9 *Locatorem ad mercedē non agere niſi cauſam impleat.*
10 *Salarium aduocati fiſci quando ſolui debeat.*
12 *Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni.*
13 *Promiſſum annuum, & promiſſum ſingulis annis differre.*
14 *Illata in domo conducta obligata eſſe pro penſione domus.*
15 *Cauſæ inſufficiens expreſſio ſententiam nullam reddere: ſanum ideò conſilium eſſe vt exprimatur.*
16 *A ſententia lata partim pro vno, & partim pro alio nunquid appellari poſſit.*

¶ CAP. XVI.

aut ab ea fuiſſe appellatum,tunc ſicut poſſet ſententia con-
traria ferri , vt hîc.Sic poſſet & ſuper ea tranſigi,quia tunc
tranſigeretur ſuper lite dubia,& re incerta.vt predicta.l.pri
20 ma.ff.de tranſact.Plus dico,quòd † per pactum ſimplex po-
teſt renunciari rei iudi.etiam quæ non eſt in aliquod dubiũ
reuocata : quia nullo iure reperitur iſtud prohibitum.ar.
ff.de minori.l.ſi iudex.&.C.de pact.l.penultima. Item dico
quòd ſi paſciſcentes vtuntur verbo trãſactionis, dummodo
appareat de mente renunciationis ſententiæ quòd non vo-
luit ſed paciſci,tunc licet non valeat vt tranſactio,debet ta-
men valere vt pactũ:arg.j̃.de verb.ſignificatio.c.intelligen-
tia.& capit.propterea.& capi.in his.&.ſ̃.de procu.petitio.
21 quia † cum conſtat de mente,canoniſta de verborum ſubti-
litate non curat.ſ̃.de iudi.capit.dilecti.Et faciunt bene quæ
ſcripſi in ſimili poſt Inno.ſ̃.de iudi.capit.exhibita.& maxi-
mè ſi interuenerit iuramentum,ar.ſ̃.de iuriur.cùm contin-
gat.& eod.titu.capit.primo libro ſexto,& de pact. capitulo
quamuis.eod.libro, *electo*, nota electum confirmatum , non
debere vocari abbatem ſecundum Hoſtiẽ.& idem Archid.
xij.q.ij.alienatio,ſecundum Collectarium.

→ *SVMMARIVM.* ←

1 *Sententiam latam contra priuilegium oſtenſum vel non oſtẽſum :cur re ſi ab ea non fuerit appellatum.*
2 *Petitorio ſuſpenſo , poſſe quẽ poſſeſſorium proſequi.*
3 *Reſtitui quem non debere ex ſola poſſeſſionis probatione.*
4 *Iuris incorporalis ſubtractionem pro ſpoliatione haberi.*
5 *Compenſationem poſt ſententiam opponi poſſe.*
6 *Agens de temporalibus, vtrum reconueniri poſſit de ſpiritualibus.*
7 *Agens nomine alieno an poſſit reconueniri nomine proprio.*
8 *Reſcriptum primum generalium an reuocetur per ſecundum.*
9 *Tempus ad appellandum continuum eſſe.*

¶ *CAP.* *XXI.*

1 SVborta. ¶ Caſus. Tenetur † ſententia
lata contra priuilegium oſtẽ-
ſum vel non oſtenſum,ſi ab ea non fuerit ap-
pellatum vel ſupplicatum,& tria facit.primò
pręmittit proceſſum, & ſententiam . ſecũdò
ibi, *verum*, cõmittit ipſius ſententiæ executionẽ,& cùm ſup
petitorio, tertiò ibi, *iudicibus*. definit petitoriũ , & modeſtè
definitõ & tollit quoddã obſtaculũ. ¶ Expone literã, *Medel.*
diœceſanũ vt infra patet, *Subiectione*, quam vendicabat epi-
ſcopus, quaſi, *poſſeſſionem*, ſufficit enim hoc caſu epiſcopo
probare poſſeſsionem vel quaſi hoc enim ipſo,quòd ſubdi-
tus reſiſtat,apparet ſpoliatio:& inde competit epiſcopo vel
interdictum vel iudicis officium , vel condictio remitte
Inno.de elect. querelam.de reſtitu.ſpolia.ſæpe. idem Hoſt.
Abb.& AEgidius.Inn.ſcilicet ſerui, *& proberet*, de conceſ.
præben.cum ſuper, *illi*, ſcilicet epiſcopo,cum prima facie
ſtandum eſſet priuilegio inſtructam plenè vt debuit fieri.ĩ.
e.cum.B.*remittentibus*,erãt enim iudices perplexi inter pri-
uilegium Inn.& ſententiã Alex. neſciẽtes ergo quid eligerẽt
remiſerũt negotiũ,*efficaciores*,nota ꝙ vbi pars fundat vtraq;
manſionem ſuam iudicatur pro illa cuius iura ſunt potiora:
Sic.ſ̃.de poſtu.bonę.ij.§.fina.vbi de hoc,& in dubio eſt hoc
arbitrariũ:de hoc.ſ̃.de teſti. in noſtra.c.fina. ſecundũ Hoſti.
proſequatur, concor.ſ̃. de capel.mo.c.ij.ad finẽ.ſ̃. de fi.inſtru.
inter dilectos.ver. porrò vbi plenius vide in glo.ſed nonne.
Et dicit hîc Inno. Papam hîc ignoraſſe ius, ſibi habebat in
monaſterio aliâs ſibi pręiudicaſſet.ff.e.l.ſępe.niſi dicas,cum
Hoſti.ꝙ ratione publici & neceſſarij officij,excuſatur Papa
Nam de qua re &c.ſ̃. de cauſa poſſ. cum ſuper : ſicut & tu-
tor pro pupillo agens,vel authoritatem præbẽs C.de admi.
tut.l.cum quidam ad finem.ff.ex quibus cau.ma.videlicet, li
cet ſecus ſit in officio voluntario,ſicut officium aduocatio-
nis & curationis.ff.de inoffic.teſta.aduerſus.§.fin.&.l.fin.pri
mo reſponſo.ff.de rei vend.inter officium.ff.quẽadmodum
teſta.aperi an.ſi quis ex ſignatoribus.C.de inoffic.teſta.l. pa-
rentibus. &.ſ̃.de tranſact.ex literis. tutius eſt tamen iudici
quòd ſemper ius ſuum excipiat,ſicut hic fecit papa nec mi-
rum,ſi conſeruat ius ſuum per proteſtationes:quia ſic con-
ſeruat etiam ius aliorum.ſ̃.ca.proximo.in fine,*reprobaſſe*,fa-
cto,& ſi non vero.Lauren.*reporti*.i.producti.Petr. *non debet*,
quæſtionem de condemnato qui poſt ſententiam inuenit
inſtrumentũ ſolutionis vide in Specul. de ſentẽ.excommu-
nicationis.§.vltim.verſi. id autem retractari.Similis modus
concludendi infra de inſti.ca.fin.ſ̃.tit.primo ca.pen.in fine.
¶ Supple glo.in glo.ij.ibi poſsidentur ar.contra.lxxxiij.diſt.
quiſquis.Io.cum ſuis concor.& in fin.rationem quare de fo-
ro compe.cõqueſtus.in glo.ij.in glo.nota.& quæ ibi reſtitui.
& hoc eſt dignũ nota ſecundũ Inno.quòd quãq; vtriq; iudi-
cio agit̃,& tñ dilata ꝓprietate ꝓnũciatur ſup poſſeſsione,
de qua ſtatim cõſtat & dicũt quidã hoc nõ habere locũ,niſi
cũ de poſſeſsione cõſtat,ꝑ cõfeſsionẽ vt hic:qd tñ ipſe hoc
reprobat,dicẽs, ꝙ obtinet qualiter cunq; cõſtet.ad qd alleg.
2 ga ſuſpẽſo † petitorio,põt qs proſequi poſſeſſoriũ.de cauſa
poſ.paſtoralis.Hoſ.remittit de reſt.ſpo. ex cõqueſtiõe. ad fi.
& vide eod.tit.ſæpe.in gloſ.dicit Innoc.& infra de conceſ.
prębẽ.poſt electionem in glo.ſententiã in fin.caue tamẽ pro
pter notata Innoc.in capit. conſtitutus. de filijs præſbi.&

propter

propter capi.ad decimas.de reſtitu.ſpo.libro.vj.& dic,quòd
alleg.loquuntur vbi ille petens reſtitutionem,de cuius non
iure cõſtat,non fundat intentionem ſuam de iure cõmuni:
Et etiam fateor,qđ habet locum in beneficijs eccleſiaſtis in-
diſtinctè.ſed vbi.pro petẽte reſtitutionẽ,de coius tamẽ nõ
iure cõſtat,facit ius cõmune,dum cauſa pendet,& adhuc ali
quid probare de iure ſuo poteſt,habet locum quod hìc no-
tatur & legitur, & hoc facit ius cõmune,quod bene immu-
tat quandoq; reſponſionem iuris, vt patet in dicto.c.ad de-
cimas:&.c.j.de præſcrip.lib.vj. ſecundum Martinũ de ſalua.
qui iſtam diſtinctionem ſemper ſolet tulcire per notam pul
cherimam Inno.quæ ponitur.c.cùm dilecta. De confir. vti.
vel inuti.iuncto.c.veniens.&.c.finali.ſ̃.tit.proximo, videli-
cet,quia ibi colligitur ex no.Inno. quòd ego ordinarius iu-
re cõmuni fundatus cõtra ſubditum quem ſcio contra me
habere priuilegium, ſana conſcientia vtor iure meo com-
muni,contra eum ſi ipſe non cõtradicat: quia debeo præſu-
mere,quòd poſtquam ſubditus eſt,& non contradicit, ali-
quam cauſam latentem habet, quare priuilegium nõ valet.
In glo.penul. *in fine*, de hoc.ſ̃. de conſti.cum acceſſiſſent.In
glo.vltima.ibi admonendi.dicit Goffre.& in fi.per in integ.
reſti.ſ̃.de in integ.reſti.c.ſuſcitata.&.ff.de mino.l.ſi ex cauſa
& ibi, *ex multiplici*, & infra de pact.c.j.lib.vj. ¶ Primò op-
3 ponitur quia † non debet quis reſtitui ex ſola poſſeſſionis
probatione,niſi etiam probetur ſpoliatio de offi.dele. cõſul
tationibus.& de reſti. ſpo.c. cùm ad ſedem.Modò Epiſcop⁹
qui mandauit hìc reſtitui, probauit ſolam poſſeſſionem vt
videtur.Solutio dic,quòd ex hoc ſolo quòd monaſteriũ di-
cebat ſe ad obedientiam non teneri, cenſebatur obedientiã
4 ſubtrahere,& per hoc videbatur ſpoliare:quia† in incorpo
ralibus ſubſtractio iuris incorporalis, pro ſpoliatione habe
tur.Super quo vide;quod ſcripſi in textu, ſuper verbo quaſi
poſſeſſionem.¶ Secundò opponitur quia videtur quòd Pa-
pa in fine male reſeruet ſibi ius, nam cum ad monaſterium
pertineret principaliter cauſam defendere,& Papam nõ re-
ſpiceret negotiũ,niſi pro quodam acceſſorio intereſſe,poſt-
quàm ſciuit cauſam agi,ſibi debuit præiudicari, vt patet ex
lectis & notatis.ff.de re iud.l. ſępe.j̃.e.c.quãuis &.ſ̃. eodem
c.cùm ſuper. Tu verò ſolue,per ea quæ ſcripſi.ſ̃.eo.in textu
ſuper verbo proſequatur.¶ Teriò opponitur,quia hìc age-
batur ſuper vtroq;, videlicet petitorio & poſſeſſorio.igitur
malè fecit Papa pronũciando ſuper altero tantum.arg.ff.de
iudi.l.de qua re.Dic quòd hic non cõſtabat de petitorio,ſe-
cundum Lignanum. ¶ Sed contra hoc videtur quia ſi Epus
qui actor erat,non docebat de iure ſuo in petitorio, ſatis cõ
ſtabat per hoc,pro monaſterio de petitorio, quoad effectũ
abſolutiõis vt.C.de rei ven.l.vlti. Dic quòd non eſt ita,quia ius cõ
mune,contra monaſteriũ faciebat,cũ monſteriũ eſſet j̃.dice
ceſim Epiſpopi conſtitutũ.¶ Sed quare ergo non prouũcia
tur ſecũdum ius cõmune pro Epiſcopo.ſ̃. de cauſa poſ.c.cũ
eccleſia.&.c.cùm dilectus.dic quòd monaſteriũ producebat
priuilegium Inn.per quod tollebatur prima facie ius ciuile.
¶ Sed cur ergo nõ pronũciauit Papa pro priuilegio? Dic vt
notatur hìc per Bernardum in prædicta glo. nota quòd ad
finem ibi reſpondeo Epiſcopus &c. ¶ Sed quomodo ergo
reſtituitur Epiſcopos, ad poſſeſſionem, cum non cõſtet de
iure ſuo,imò magis videatur conſtare de nõ iure,attentis le
ctis & notatis per Innocen. de fil.præſbi.conſtitutus. & de
diuor. c.ſignificaſti: & his quæ prædixi in dicto.c.conſtitu-
tus.& in clemen.cauſa de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.
& in concordantijs ibi ſignatis. Ad hoc reſpondere potes,
ex his quæ ſcripſi poſt Martinum.ſ̃.in ſuppletione prædi-
ctæ gloſſæ nota quòd. Vltra quæ etiam dicere potes, quòd
ſatis hìc conſtabat de iure Epiſcopi,ex diſpoſitione iuris cõ
munis.Nec conſtabat de non iure ſuo, per priuilegium In-
nocen.quia illud priuilegium nõdum fuerat allegatum, ſeu
firmatur,ex eo quia Papa in modum cuiuſdam vtilis ac iu-
ſtæ prouiſionis:ne dignitas Epiſcopalis ex nimia ſubitatio-
ne perpetuò grauaretur,ordinauit,quòd Epiſcopus in par-
tibus contra priuilegium audiretur & quòd fuerit vtilis ta-
lis prouiſio,ſecutus declarauit euentus, vt patet in fine de-
cretalis in ver. *iudicibus.* non enim coſtat de nõ iure per pro
ducta,quandiu pars auditur ad dicendum contra.ſ̃.de teſti.
c.ſignificauerunt.

¶ QVAERITVR de aliquibus pro expediendis dictis
5 Collectarij. Et primò quærit qualiter compenſatio † poſt
ſententiam opponi poſſit? de quo hic per Bernar.in gloſſ.
penultima.ver.ſecus eſt. Cui concordat Hoſtien. hic & In-
nocen.de cauſa poſſ.cum eccleſia in glo. fina circa medium:
& de hoc in Specul.de ſententia.§.ſecũdo.in fine.ver. quid ſi
prætor vbi excipitur caſus,videlicet niſi in ſentẽtia, de cõ-
penſatione exprimeretur: quia qui compenſat rectè agit vt
ibi dicit & facit quòd notatur.ſ̃.de excep. cũ inter. in fine.
Verius tamen videtur ſibi, quòd debeat intelligi,ſicut Ber-
nardus intelligit.ſ̃. de ordi.cog. cum dilectus. Vnde quoad
hoc,vtranq; gloſſam coniunge.

¶ SECVNDO intrando moltũ impertinenter materiã
6 reconuentionis quærit nunquid agens † de temporalibus,
poteſt reconueniri de ſpiritualibus. Aliqui dicunt quòd nõ
per.c.frequens. in fine de reſti.ſpo. libro.vj.Sed nõ loquitur
hoc caſu. Conditio enim cauſæ agentis non reperitur im-
pediri reconuentionem de mutu. peti.c. primo. Facit quia
contumax ſuper ſpiritualibus poteſt pati miſſionem:in tẽ-
poralibus & econtra notat Innocen. de eo qui mit.in poſ.c.
primo.Super quo vide, quæ ſcripſi de mutu. peti.c.j.&.ij.&
c.frequens allegato.

7 ¶ TERTIO quęrit † nunquid agens nomine alieno,po
teſt recõueniri nomine proprio? videtur quòd ſic, vt.c.pri-
mo de mutu.peti.allegatu: quia ibi agebant perſonæ eccle-
ſiaſticę ar.de dona.c.ij.Sed multis videref contrarium,quia
reconuentio eſt duarum perſonarum,ſcilicet actoris & rei,
& duarum cauſarum, quæ ſimul tractantur: vt ibi & in.c.
cum dilectus.de ordi.cog.Sed bene eſt locus conuentioni ſe
cundum eos. Quid enim ſi procurator agens nomine alieno
eſſet alterius fori ceſſaret reconuentio:quia non ipſe,ſed do
minus conuenit. Nec etiam videtur conuenire poſſe, cùm
alterius fori exiſtat:facit quia agenti nomine eccleſiæ com-
penſatio proprij debiti non poteſt obijci ſecundum Archi.
xij.quęſt.iij.c.primo. Sed in contrarium facit prædictum.c.
cum dilectus.vbi prælatus agebat & recõueniebatur de pro
pria re. Sed fortè ibi non dicitur fieri reconuẽtio, vel fortè
prælatus eſt magis quam procuraor: quia habet generalem
& liberam adminiſtrationem: vt no. xvj. quæſtione tertia
c.finali.

¶ QVARTO quæritur ibi cõfeſſionem partis, ſcilicet
procuratoris.Pone ergo, quòd dato vnu procuratore cum
generali mandato ad appellandum,& appellationem proſe-
quendum,dominus facit nouum procuratorium magis re-
ſtrictum ad appellandum, ſed non ad appellationem proſe-
8 quendum.Quæritur vtrum † per ſecundum reſtrictum,pri
mum generalius reuocetur? Et dicit quòd coram Cardinali
auditore cauſæ Doctoribus conuocatis,maior pars tenuit,
quòd non quia genus & ſpecies verſantur hìc circa idem.Et
ideò magis videtur geminatio,quam reuocatio.ar.ff.de ann.
le.l.qui hominem.ad quod vide quæ Col.de pœ. & re omnis
facit, quia ſi teſtator inſtituit vnum hęredẽ purè & deinde
eundem ſub conditione , vnum cenſetur porum teſtamen-
tũ:ad quod fac.ff.de le.iij.qui bis.&.l.planè.quæ allegantur
per Archidiaco. de appel.ab eo. Alij, tamen tenebant con-
trarium & Accur.hoc no.de procurator.ſi pluribus.dicens,
quòd idem eſt in vno & eodem procuratore,ſicut in diuer-
ſis.Et aliqui de dictis Doctoribus, poſteà variauerunt tenẽ
tes quòd imò fuit reuocatum primum mandatum per ſecũ
dum,quantum,ad id quod minus erat in ſecundo, quàm in
primo : quia apparet dominum noluiſſe mutare volunta-
tem , detrahendo de poteſtate primo dato quare &c.de pro
curator.licet.libro ſexto. ¶ Nec obſtat.l.allegata. per alios,
quia locum haberet vbi nihil detraheretur de ſecundo:

nec.l.quę loquitur de teſtaméto,q̃a hoc ideò eſt, ne teſtator decedat inteſtatus, & vbi fit incontinẽti. Secus fortè ſi ex interuallo,& ſub poteſtatiua conditione. Et vide quę Coll.de procur.non iniuſtè.¶ Sed quia procurator habet appellare, vt ibi dicitur.nunquid appellationem per eum interpoſitã habet neceſſariò dño nunciare?Non videtur quia hoc cauetur expreſſè.Credit Collectarius contrarium,aliâs fruſtratorium eſſet remedium appellationis,& quia tenetur appellare,vel ſentẽtiam latam dño nunciare,vt ibi niſi fortè loci diſtantia, & ſua paupertas eũdem excuſaret vt dicitur in ſimili in.d.c.non iniuſtè.¶ Quid ergo,ſi procurator appellet,& dño non denunciet,nec ipſe proſequatur eam, nũquid dño imputatur? videtur quòd ſic.ſicut imputaretur, ſi procurator non appellaret,nec dño ſentẽtiam latam denũciaret: licet dñs in eo caſu recurſum habeat contra procuratorẽ: vt notãt Inno.& Hoſtiẽ. de procur.non iniuſtè. ¶ Quid enim ſi cauſa vertẽte in curia dñs diſtet per.x.xx.vel plures dietas. Abſurdum enim eſſet, quòd daretur tanta dilatio.Sed imputet ſibi dñs,qui non præuidit quod potuit præuidere de ſeruis non ordi.c.j. Extra tamẽ curiam videtur quibuſdam, quòd debeat ſubconueniri dño tanquàm legitimè impedito.
9 Sed contra hoc eſt quia tempus † ad appellandũ,eſt continuũ.Sed quid,ſi dñs citatus in curia mittit procuratorem cõſtitutũ ad cauſas,quibus ipſe arctatur venire ad curiã per legitimã citationem, ſicut de facto fuit, non videtur valere procuratio:ar.eorum quæ no.per Io.& Archidi.xvj.q.j.relatio.&de procur.c.j.ſecundum Collectarium.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam à qua fuit appellatum retractari, ſi conſtat teſtes ad quorum depoſitionem lata fuit conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptos.*
2 *Inquiſitores iudices dici, & quare.*
3 *Iurare cogendos eos, aduerſus quos inquiſitio fit.*
4 *Atteſtationũ publicationẽ non eſſe de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*
5 *Canonicos regulares propter vota obedientiæ, & paupertatis cenſeri mortuos mundo.*
6 *Regularis an poßit conſtitui procurator ab Abbate in negocio monaſterij.*
7 *Monachum poſſe procuratorem conſtitui, de mandato Epiſcopi.*
8 *Pœnas omnes imponi de iure canonico ad correctionem.*
9 *Verbum,ſæpè recipi iuxta materiam cui additur.*
10 *Litis conteſtationẽ non videri neceſſarium,in cauſa inquiſitionis.*
11 *Teſtibus non credi contra illos,aduerſus quos conſpirauerunt.*
12 *Conſpirationem duplicem eſſe.*
13 *Religioſi qualiter cõſtituere vel conſtitui poßint procuratores.*
14 *Teſtes minus idonei,an recipi debeant in cauſa inquiſitionis.*
15 *Correctionis appellatione,inquiſitionem contineri.*
16 *Conſpiratio quomodo fiat.*
17 *Per infamiam ſolam prælati,procedi contra omnes.*

¶ *CAP. XXII.*

1 CVm.I.&.A. ¶ Caſus. Sentẽtia † à qua fuit appellatũ, retractatur: ſi conſtat teſtes ad quorum dicta tantum lata fuit, conſpiratores fuiſſe & contradicẽte parte receptos. Et primò ponitur narratio proceſſus, & ſecundò cauſæ cõmiſſioni ibi, *quia verò*. Prima ſubdiuiditur , quia primò ponit delegationẽ cauſę principalis,& delegationis formam .Secũdò ponit proceſſum & ſententiam delegatorum ibi, *iudices*. Tertiò narrat appellationẽ à dicta ſentẽtia interpoſitam,& ipſius proſecutionẽ ibi, *à quo*. Secunda pars principalis, etiã ſubdiuiditur , quia primo incertum caſum mandat proceſſum iudicũ primorum irritari, & de nouo inchoari. Secundo ibi. *Si verò*. ſub triplici form mandat proceſſum prædictum confirmari, quoddam tollens obſtaculum ibi, *licet*. ¶ Expone literam ,*canonicorum*. & ſua. & ſic erant in iudicio criminali pro ſe , & pro aliis, quia ciuiliter agebatur aliâs contra quod legitur & notatur ſupra de procu.rur. In ciuilibus autem tales dicuntur conſortes litis,vt notatur de conſti.Cũm.M.Et benè facit cle.religioſus,de procur.*infamatus* hîc corrigitur textus per regeſtũ. quia ſequitur poſt hunc textũ. *infamatus & cum ſuper his & aliis procurator ipſius Abbatis aliquandiu litigaſſet dilata &c.* & hoc eſt eadem ratione , quia inquiſitio non tantum in vno capitulo , & contra vnum:ſed in multis & contra multos erat commiſſa : vt.ff. de excep.doli.l.apud.§.Item:&.ff.de neg.geſt.l.ſin.autem.§ penultimo:&.ff.de arbi.l.qui tamen ſecundum Inno. *Ad eccleſiam*. ergo nõ alibi,ſaluo eo,quod habes de offi.deleg.ſtatuimus.ij.lib.vj. Per quod reprobatur,quod dicit hîc Vincen. videlicet,quòd ſi aliquibus ſic ſcribitur,& parte non opponente in alio loco procedat & ſententiam ferant valet ſententia allegat.ff.de procur.l.filius.§.veterani. Tamen dic cõtra,niſi in caſu prędictę decretalis ſtatuimus.pro quo.j.de reſcript.c.ſtatutum.§.in nullo.lib.vj.ſecundum Nouellam, *vel membris*. & ſic fuit commiſſa inquiſitio generalis. *procurans* ergo ſuper ſtatu domus,*conſpiratores*. admitti.vt in fine. *corrigenda*. no.ſuper appellatione à correctiõe inquiſitionem cõmitti.Item quòd is cui cõmittitur correctio priuat beneficio.*Iudices*. dicit Hoſtien.quòd magis propriè dixiſſet inquiſitores : Sed iudices dicuntur quia ad † modum iudicũ, ab
2 adminiſtratione deponunt & exceptiones admittũt inter quos tamen ſic inter iſtos quę ſit differentia remittit Hoſt.
3 ſ.de iudi.c.exhibita. *Abbates*. notat. Hoſtien.quòd † contra quẽ ſit inquiſitio , iurare cogitur de quo remittit de accuſa. qualiter.ij. *per ſententiam*. vide quod dixi de reſcrip.dilectus.j.de ſta.mo.in ſingulis glo. tũc.ſ. *remouerunt*. ꝓpter ea quæ coram ipſius fuerant in inquiſitione probata. *dilata*. & poſteà expedita. quod dicit Hoſtiẽ. ex fine patere. *Sententia*. ergo non à grauamine quod eſt contra notata in glo.pe. *prædictus*. indeciſa quã ſupra poſui, *appellauerit*. ad quod tenebatur,licet proſequi nõ teneretur. quod dic.ſ. de procur. non iniuſtè, *propoſuit*. proſequẽdo.ad quod non tenebatur vt proximè dixi. *Tum quia iuramentum*. hæc eſt valida exceptio.& ideò infra diſtinguit Inno.ſuper iſta depoſitionibus conſpiratorum aliâs fortè publicauerat ſecundũ Inno. & ſic ſoluitur ſecundum eum contrarium.Quod ſignat glo.de decretali qualiter.ij.j.de accuſa,& e.tit.c.olim. vel ſecundum eum, licet nullę atteſtationes fuerint publicatæ:& ſic in hoc deliquerit iudex, quia proceſſit ad ſententiam, non publicatis atteſtationibus.Non tamen propter id reuocabitur ſententia,cùm ex eo nõ fuit appellatum ſecundũ Inn.Ex quo vide-
4 tur inferri publicationem † atteſtationum,non eſſe de ſubſtãtia ordinis iudiciarij contra glo. Accur.C.de ſenten.& interloc.omni iudi.l. prolatam. ſecundũ Martinum. & ex hoc etiam notat Hoſtiẽ. grauamen illatum cõtra ius litigatoris, trãſire in rem iudicatã, niſi appelletur infra decem dies,ſed dic quòd hîc pars Abbatis, non negabat publicatas atteſtationes,niſi conſpiratorum.Aliorum enim atteſtationes,benè fuerunt publicatæ:vt bene colligitur ex hac decretali: quia Papa præcœpit publicanda,dicta conſpiratorum cùm mandet inqiri,an iudices,dicta eorũ fuerint ſequuti,& an aliorum dicta dictis cõſpiratorum concordant ſecũdum Innoc. *de conſpirationis*. quaſi de aliis nõ eſt curandũ:& facit qd dixi.ſ.glo.proxima, *plena*. quaſi non ſufficiat ſemiplena. de quo Hoſti.de renuncia.poſt tranſlationem.§.cum ergo.& per literam ſequentem. notabat in cauſa appellationis , probari poſſe plenè,quòd probatum fuerat ſemiplenè.de quo remittit.Hoſti.de teſti. fraternitatis *quid*. ſcilicet eos conſpiratores fuiſſe. *probare*.dicit Inno.quòd proteſtarit debuiſſe velle reprobare perſonas alias,vbi t præiudicauit.ſ.de teſti. præſentium.imò quod plus eſt,debuit ſtatim probare & recipere ad probandum,vt hîc.&.ſ.de teſta. cauſam & vide quod dixi.e.ti.ex parte, *& eorum*. ſcilicet con ſpiratores. *Cum per alios*. ſcilicet teſtes.Idem tamen ſi probata eſſent per inſtrumenta,confeſſiones,vel aliud genus probãdi,de teſti.ſpo.cũ ad ſedem.in fine & per eoſdem iudices poſſet de his conſta-

rede

re:de conceſſ.prǽb.inter dilectos. ver.prǽtereà.& hoc no-
tatur.ſ.de teſt.cũ à nobis.ſecundũ Hoſt.ea.ſ.crimina pro-
pter quę lata fuit:*& proceſſum*.& per cõſequẽs *ſententiam li-
teris*.directis ad ipſos iudices.ſ.in prin.capituli.*ſufficienter*.
quod propter authoritatem iudiciariã prǽſumendum eſt.
ſ.e.ſicut Hoſt.*proceſſum*.& ſniam ex proceſſu ſecutam.*confir
meus*.tam in capite,quàm in membris,quorũ correctio li-
cet dilata fuerit:fuit tñ poſteà expedita,nõ obſtante ꝙ con
ſpiratores ſunt recepti,& ſic continuatur ver. fides.*poſſet
adhibere*.ſed nonne propter crimen poterunt in totũ à te-
ſtimonio repelli.Reſpõdet Inn.ꝙ ſic ſi illud obijceretur ab
alijs.ſed hic nullus obijciebat cõtra ipſos conſpirationẽ niſi
ſolus Abbas à cuius nocumento bene excluduntur.vel dic,
vt dicam ſuper vltima gloſſa.¶ Primò opponitur ibi,*ex par
te quorundam canonicorum*.quia ſic videtur innui,ꝙ canonici
regulares clauſtrales poſſunt procuratorem cõſtituere:hoc
5 eñ nimis videtur cõtrarium iuribus:quia † ꝓpter vota obe
dientię,& paupertatis ipſi cenſentur mortui uiũdo:& care-
re omni exercitio proprię volũtatis.xvj.q.j.c.placẽt.&.c.qui
verè.&.c.monachi.lxxvij.diſt.peruenit.de accuſa.c.pe.de
elect.c.quorundã.&.c.ſi religioſus.li.vj.de procu.c.pe.in cle.
C.de Epiſ.& cler.l.Deo nobis.& auth.ingreſsi.Solutio dicit
Inn.ꝙ canonici regulares non ſolũ nomine eccleſiæ,ſed etiã
nomine ſuo proprio conſtituerunt procuratorem etiã aliũ
canonicũ regularem,vt hic:nec obſtant iura ſtatim in con-
trarium allegata.pro quo ſciendum ſecundum Inn.& Hoſt.
ꝙ monaſterium indubitanter procuratorem conſtituit de
conſuetudine.cùm dilectus.de iuramento calum.c.impera-
torum.cũ multis ſimilibus.Item religioſi in cauſis quas ha-
bent procuratorem conſtituunt:vt ſi fiat inquiſitio contra
ipſos,vel ſi inquiſitionẽ promouerent cõtra prǽlatũ:vt hic,
& de accuſa.c. penul.vel ſi agant de ſua electione.j.e.ad ꝓbã
dum.de reſcript.cùm dilecti.de electio. cùm inter.R. Idem
in accuſatione,& denunciatione prǽlati ſui, quo caſu ſunt
eis expenſæ de bonis monaſterij miniſtrandę.j.de accuſa.
ex parte.Et generaliter vbicunq; licet monacho agere.licet
ei,& per alium literas impetrare,& cauſam proſequi:vt hic
&.ſ.de exce.dilecti.in prin ibi.*tranſmiſſa nobis petitione*.& hoc
regulariter obtinet,ꝙ procuratorem cõſtituit is coi permit
titur agere.ff.de proc.l.j.& meliùs eſt,ꝙ monachus agat per
6 alium quã per ſeipſum.ſ.de ſyndi.c.j.Quilibet † etiã regula-
ris põt cõſtitui procurator ab Abbate in negotio monaſte-
rij ſui.xvj.q.j.qui verè.&.c.monachi.nõ autem in ſuis pro-
prijs.ſ.Abbatis negotijs:puta ſi fiat inquiſitio cõtra eũ, vel
alia ꝓpria negotia inſurgunt eis ſecundum quoſdam:cũ prę
dicta capitula dicant,ꝙ ad hoc,vt monachus poſsit negotia
forenſia exercere,duo ſunt neceſſaria.ſ.mandatum Abbatis
ſiue authoritas,& monaſterij proprij vtilitas.Tu verò dicas
ꝙ etiã in inquiſitiõe,& alijs negotijs Abbatis,& in electio-
ne ipſius,& in alijs,poteſt monachus eſſe procurator. Nam
in hoc vertitur vtilitas monaſterij:vt bonus Abbas eis præ-
ficiatur,& prǽfectus defendatur ſecundum Inn.& per hoc
eius verba dicunt,procuratorẽ electorum,vel qui defende-
runt prǽlatos ſibi per ſucceſſores deberi ſalaria,illi.ſ.ſucceſ-
ſores dicunt contra,quia ſeruierũt perſonis,videtur vtroq;
caſu ponderãdus electus,& in electo diſtinguenda cõcors
electio à diſcordi per decretalem copientes.de elect.lib. vj.
ſubdit Inn.ꝙ hac ratione attenta,vel vtilitate monaſterij,
etiam pro laico patrono,vel principe,vel magno defenſore,
ſiue vtili amico monaſterij videtur ꝙ poſsit eſſe ꝓcurator:
nam Epiſcopo videtur hoc idẽ etiam fortiùs,quàm mona-
cho prohibendum:vt patet.v.q.iij.quia Epſ.ix.q.iij.ſcimus.
& tamen Arelatenſis Epſ,pro dño vbillo montiſpeſſulani.
dño qui nec ſuus princeps eſt,nec patronus:ſed vicinus tan
tùm per Papam admittitur procurator.j.qui filij ſint legiti-
mi.per venerabilẽ.multò fortiùs igitur eſt in prædictis caſi
bus,eſt monachus admittendus:& ſi is contra quem conſti-
tutus eſt excipiat,ꝙ in hoc nõ vertitur vtilitas monaſterij
replicabitur,ꝙ nõ pertinet ad ipſum de hoc excipere: quia

nec inquirere,nec ſcire:poſſent enim eſſe tales.& ita vtilita-
tes monaſterij,quia nõ expediret,imò potiùs efficeret ipſas
omnibus eſſe notas.Sed conuentus ad quem pertinet ſcire
vtilitatem monaſterij,vel etiam ipſe monachus qui cõſtitu
7 tus poſſet contradicere ex hac cauſa.ſed & de † mãdato Epi
ſcopi,põt monachus conſtitui procurator.xvj.q.j.qui verè.
imo qđ plus eſt contra voluntatem Epi, & Abbatis poſ-
ſunt monachi pronũciare malum prǽlatum & ad hoc,ꝓcu-
ratorẽ cõſtituere:vt hic patet.& iij.q.vij.quapropter.Quin-
imò,& proſequutione cuiuſlibet negotij,in quo plures mo
nachi agendo,vel defendendo admittuntur,poſſunt vnus,
vel plures ex eis pro ſe negotium proſequi:& etiam cõſtitui
procurator ab alijs nomine eorundem:ar.hic.&.j.de accuſ.
olim I.v.&.p.§ ſi.à prædictis autem monachus.& in eo qđ le
gitur,& notatur.j.de teſti.inſuper.& patet in cle.de procur.
religioſus.Sed contra videtur argumentũ expreſſe.xij.q.j.nõ
dicatis.vbi dicitur, ꝙ nec literas debet recipere monachus
ſine licentia ſuperioris,qđ intelligitur quantuncunq; à pri-
uatis,& amicabilibus.& ſimplicibus ſibi miſsis.Et ſi de his
hoc verum eſt multò fortiùs hoc de procuratorijs oportet
concedi.Solutio,qđ dicitur in.d.c.nõ dicatis.ſ.ꝙ monachus
non debet recipere literas miſſas ſibi,ſubaudi tu ꝓ ſua vtili
tate:ſed pro vtilitate monaſterij,bene poſſet,vel regulariter
verum eſt.Fallit autem,quando procurator conſtituitur,vt
hic,& in alijs caſibus à iure exceptis ſecundum Inn.Remit-
tit etiam de hoc Hoſtien.ſ.de poſt.c.ij.Ad materiam adde
quod dicam.j.de priuileg.cùm olim.poſt Inno.& quę ſcripſi
de iudi.intelleximus.in.q.ij.§ iij.qui de monacho. ¶ Secun-
dò opponitur ibi,*per ſententiam*.quia ad officium viſitatoris
prælati,depoſitio non pertinet iuxta ea, quę ſcripſi.de re-
ſcrip.c.dilectus.& quę leg.& no.j.de ſta. mo.in ſingulis. &
cenſi.c.primo.li.vj.Reſpondet Inn.illud verum per viam di
rectam:ſecus tamen indirectè hoc eſt cùm aliter non poteſt
agere per pœnitentiam.vt patet in crimine qđ poſt peractã
pœnitentiã impedit executionem:iuxta lecta,& nota.j.de
accuſ.c.inquiſitionem.primo reſponſo.ſed & de alia corre-
8 ctione forſan idem,quia † omnes pœnæ de iure canonico
imponuntur ad correctionem:vt,patet ex lectis,& notatis.j.
de ver.ſig.nominis.& de accuſa.qualiter.& de ſimo.licet he
ly.& de off.or.irrefragabili.& de vi.& ho.cle.c.vt clericorũ.
Prætereà ſub correctione venit etiam quandoq; priuatio,
quia non eſt curandum de verbis.xxij.q.ij.c.is autem.&.j.de
verbo.ſigni.c.prætereà.&.c.intelligẽtia.&.c.in his.imò diſ-
9 formiter idem verbum † ſępè recipitur iuxta materiam coi
additur.ar.ff.de off.proconſu.& legati.l.j.Prætereà pondera
ri debet,ꝙ non eſt hic ſolũ verbũ viſitationis in cõmiſsione:
ſed etiam verbum correctionis, quod etiam depoſitionem
importat:vt hic probatur.¶ Tertiò opponitur ibi,*tum quia
10 iudices lite nõ conteſtata,&c*.nam † in cauſa inquiſitionis non
videtur neceſſaria litis conteſtatio.ſ.vt lite non conteſta.c.
quoniam frequenter.§.ſunt & alij.ſuper quo vide hic notata
per Ber.in gl.hæc exceptio.& quæ leguntur,& notantur.ſ.
de procur.in noſtra.&.j.de purg.c.capitulo penul.dicebãt Pe
trus,& Abbas.aut loquimur de generali inquiſitione,& in
illa non eſt locus iſtis ſubtilitatibus:nec eſt neceſſaria litis
conteſtatio.Aut loquimur de ſpeciali inquiſitione,& tunc
ſi is cõtra quem inquiritur prǽſens eſt,& neget ſe feciſſe ne-
gatio pro cõteſtatione habetur,& ſi contumax eſt,poteſt cõ
tra eũ lite nõ cõteſtata procedi,vt prǽdicto.§.ſunt & alij.Tu
verò dic,ꝙ ſiue fiat inquiſitio generalis,ſiue fiat inquiſitio
ſpecialis ex officio tñ,& non ad partis inſtantiam, non eſt
neceſſaria litis conteſtatio:& ſic intelligitur.§.ſunt & alij.&
quæ notãtur quantũ ad hoc hic.& in.c.pe.de purg.c.all.etiã
ſi per iudicẽ procurator fiſcalis fuerit deputatus ad cãm hu-
iuſmodi ex officio proſequendam:iuxta lecta,& notata.ſ.
de iud.exhibita.&.ſ.de teſti.c.cùm canon.ſed ſi ad partis in
ſtantiam cõtra certam perſonã ſpecialis inquiſitio fiat,tunc
ſi perſona contra quam inquiritur citata legitimè,& abſens
fuerit per contumaciam poteſt contra eam lite nõ conteſt.

procedi.& ſic poteſt intelligi prædictus.§.ſunt & alij.Sed ſi
partes in iudicio ſint præſentes litis conteſtatio eſt neceſſa-
ria,& ſic procedunt lecta,& notata.j.de purg.canonica.c.
pen.¶ Quartò opponitur,in fine decretalis ibi,*recipi pote-
runt*.quia imò videtur,quòd conſpiratores tanquàm inimi-
ci,& criminoſi,atq; ſuſpecti à teſtimonio repellantur.ſ.de
teſti.c.teſtimonium.&.c.ex parte ac.&.j.de accuſa.c.repellan
tur.&.c.cùm oporteat.& alijs allegat.hic per Ber.ad finē vl-
timę gl.ſuper quo vide hic Bernardum in prædicta vltima
gl.Dicebat Hoſt.ꝙ cùm ſit inquiſitio generalis nō eſt locus
iſtis ſubtilitatibus,maximè quoad illos,qui pœnitētiam de-
bent agere quo caſu nec forte eſt locus illi formæ quæ tradi
tur,de accuſa.qualiter.ij.§.debet.licet Abbas qui ſpecialiter
erat expreſſus,& ab adminiſtratione remouēdus,de hoc cō
11 queri potuiſſet,tamen † teſtibus non creditur cōtra illum,
cōtra quē cōſpirauerunt:vt hic in textu.Go.ſ.aūt dicebat ꝙ
hic ſpeciale,ꝙ tales recipiunſ,quia quę fiunt in capitulo per
alios ſciri nō poſſunt.ſ.de teſt.veniens.ſicut quæ fiūt domi
per domeſticos &c.C.de repu.l.cōſenſu.& ideò quales inue-
niunſ.tales recipiūtur.Vel ſcdm Inn.ſpeciale eſt in cauſa in-
quiſitionis:vt non recipiātur criminoſi,cùm illa nō fiat niſi
cōtra infamatum:de accu.qualiter.ij.& maximè vt prædixi
ſecundū Hoſt.ſi fiat generaliter in capite,& in membris:&
pręſertim ſi fiat ad pœnitentiā peragēdam:vnde cōſpirator
per cōſpiratorē conuenitur:vt.ſ.de teſti.cog.c.fi.vel ſecun
dum Inno.nō ſolùm dicuntur inimici:vt à teſtimonio repel
lantur,qui odium in mente:ſed etiam qui inimicitię cauſas
habent,vel habere præſumuntur:etiam ſine mētis odio,ar.
iij.q.v.c.ij.&.c.ſequēti.Et idem poteſt dici in conſpiratore,
qui pro bono eccleſię conſpirare pōt contra pręlatū,& non
peccat:vt ſcripſi.ſ.de iudi.exhibita.& tn̄ repellitur à teſti-
monio contra eum ſecundū Inn.ſed ſecundū librum meum
ſtatim ſubdit Inn.ꝙ hoc non placet.vj.q.vij.ſanè.& ex præ-
dictis ſolet communiter recipi talis diſtinctio,quę vt dicit
12 Martinus ſolet communiter approbari:quia duplex † eſt cō
ſpiratio vna mali zeli,procedens ex odio,& de iſta diſtin-
gue:prout diſtinguitur in.c.teſtimonium.ſ.de teſti.alle.pu-
ta an in criminali,an verò in ciuili cauſa agatur,& non ſint
de crimine emendati,vel non.Alia verò eſt conſpiratio,quę
fit ex bono zelo,& non ex odio:ſed bonum finem,vtputa,
quia pręlatus eſt malus,& inutilis,& talis conſpiratio non
ſapit in crimen.& tunc diſtingue:quia aut loquimur cōtra
illum contra quem tales conſpirauerunt,& tunc admitten-
di non ſunt:non quia criminoſi ſint,ſed quia ſunt nimiùm
affectati ad cauſam:vt hic.&.ſ.de teſti.ex literis.Aut loqui-
mur contra alios,& tunc dico illos non eſſe repellendos,qa
quia tales criminoſi non ſunt.vt ſtatim dixi ſecundū Marti-
num ſuper quo vide ſecundū Archid.de verb.ſignifi.c.ij.li.
vj.& quæ ſcripſi in prædicto.c.exhibita.ſed de hoc dicam
poſt Henricum in.q.ij.
¶ PRIMO quæritur circa materiam primæ oppoſitio-
13 nis qualiter religioſi † poſſunt conſtituere,vel conſtitui ꝓ-
curatores:circa quod diſtinguit ſic Hēricus:quia aut quęris
an poſſint conſtituere,an poſſint cōſtitui.Primo caſu,aut
quæris de ſingularibus perſonis,Si quæris de collegio,vel cō
uentu religioſorum,dic indubitanter,quòd poteſt conſtitue-
re procuratorem:vt.ſ.de conſuet.cùm dilectus,& de in in-
tegrum reſtitutione.c.cùm veniſſent.cum infinitis alijs ſe-
cundum Inno.& Hoſt.hic & Arch.xvj.q.j.monachi.ij.Si de
ſingularibus religioſis refert,aut quæris de cauſis,in quibus
religioſus habet perſonam ſtandi in iudicio,& quas ſolus
agere & in iudicium deducere poteſt:vt ſi ſit ſimplex reli-
gioſus,& idem multòmagis ſi pręlatus,& fiat inquiſitio cō-
tra eum:vt hic,& proſequatur contra alium:vt hic.&.j.de
accuſa.cū.P.vel ſi de electione ſua agatur.ſ.de reſcrip.c.cū
dilecta.&.j.e.ad probandū.vel ſi Abbas conſtituat eum pro-
curatorem in negotijs monaſterij:xvj.q.j.qui verè.&.c.mo-
nachi.ij.vel etiam in negotijs proprijs ipſius Abbatis,vel
alijs conſimilibus caſibus,ſi qui ſint.Et dic ꝙ in talibus re-
ligioſus poteſt conſtituere procuratorem,& per eum literas
impetrare & agere:vt in iuribus alleg.&.ſ.de excep.dilecti.
ibi tranſmiſſa uobis petitione,&c.nam ex quo à iure conce-
ditur ſibi:agere multòmagis eſt,quòd per alium agat,quàm
per ſemetipſum.ſ.de ſyndico.c.primo.ſecundum Innoc.&
Hoſt.& Abbatem hic.Idem Arch.in.c.alle.monachi.ij.ſu-
per verbo imperāte.& Io.An G.de monte laud.& Zenzel.
extra de procu.c.religioſus.in cle Aut quæris de cauſis quas
non poteſt ſolus in iudicium deducere,& ſolus in eis agere,
vel defendere,& in talibus non poteſt procurator conſtitue-
re,nec per eum agere,vel defendere.ar.ff.de admi.rerum ad
ciui.perti.l.ij.§.j.j.de reg.iur.c.cùm quid prohibetur.&.c.po
teſt quis.à contrario ſenſu libro ſexto.Si quæris de ſecundo
caſu principali.ſ.vtrum poſſint conſtitui procuratores tunc
refert.aut quæris de prælatis,aut Abbatibus,& ſimilibus,&
tales poſſunt eſſe procuratores in foro eccleſiaſtico.vt.ſ.de
poſtu.pręla.c.j.in principio.&.j.qui filij ſint legitimi.per ve-
nerabilem.in princ.vbi hoc notant Abbas & Io.And.& de
hoc in Speculo titulo de procu.§.ratione igitur.ver.Item ꝙ
eſt Eps.& per Archid.xxxiij.q.iij.Cyprianus.ſed non in fo-
ro ſeculari.ar.j.ne cleri.vel mo.c.j.&.ij.& ita poteſ intelli-
gere,quod not.Spec.ti.de procur.§.ratione quoq; cōſtitutio-
nis.in ſecunda col.ver.Item ꝙ clericus.& hoc niſi in caſibus
ciuilibus,& pro miſerabilibus,vel coniunctis perſonis,vel
pro eccleſijs ſuis.ſ.de poſtu.c.vltimo.vt notat Spe.in ver.al-
leg.Item ꝙ clericus.Aut quęris de ſimplicibus religioſis &
tunc non poſſunt cōſtitui procuratores,niſi duobus inter-
uenientibus.ſ.Abbate impetrante,& vtilitate monaſterij
ſuadente:vt in.c.alleg.monachi.ij.&.ſ.de poſtu.ex parte.itē
de mādato ſolius Epi,vbi eſt vtilitas monaſterij poſſunt eſ-
ſe procuratores:vt.xvj.q.j.qui verè.ſcdm Inno.& Hoſt.hic.
Idem Io.& Arch.e.c.&.q.c.monachi.ij & ipſe Archid.ij.qō.
vij.c.nullus monachus.gl.ij.vbi de hoc illis autem interue-
nientibus poſſunt in negotijs ciuilibus,& criminalibus in
in foro eccleſiaſtico,etiam pro laico patrono,vel principe,
vel magno defenſore,ſiue vtili amico monaſterij,ſecundum
Inn.& Hoſt.hic,& in ciuilibus non in criminalibus,in fo-
ro ſeculari.ar.j.ne cle.vel mo.c.j.&.ij.cum concord.ſ.alleg.
¶ SECVNDO quæritur circa materiam vltimę op-
14 poſitionis,& gloſſę finalis qualiter in † cauſa inquiſitionis
recipi debeant teſtes minùs idonei,ita ꝙ non poſſit excipi
contra eos?Circa quod Henricus ſic diſtinguit quia aut ſit
inquiſitio generalis ſuper ſtatu eccleſiæ,vel monaſterij in ca
pite,& in membris,& tunc aut ſit gn̄aliter perſona aliqua
non expreſſa,& tunc non poteſt excipi contra teſtes,imò ta
les recipientur,quales inuenientur in ipſa eccleſia,& eſt ſpe
ciale in hoc caſu,vt nimis idonei admittantur:& eſt ſpecia-
litatis:quia ea,quę in capitulo fiunt non poſſunt ſciri niſi
per domeſticos.C.de repu.l.conuerſa.& ideò quales inue-
niunſ tales recipiuntur,& ꝙ in.c.ſ.cùm agitur de ſtatu eccle
ſiæ nimis idonei teſtes admittantur,approbant Io.Vincen.
Land.Gof.& Ber.ſupra de elect.per inquiſitionem.& Io.ij.
q.j.Deus oīpotens.ſuper verbo inquirat.licet Bar.Brix.ibi
cōtra.cuius opinio poteſt eſſe vera,in caſu vbi extranei te-
ſtes non de eccleſia producuntur.Dicas ergo,ꝙ hoc caſu ſ.
quādo ſit inquiſitio generalis,nō eſt locus ſubtilitatibus po-
ſitis,& notatis per Io.Vinc.&.B.qui in idem cōueniunt hic
in gl.iſta finali.maximè quantū ad illos,qui pœnitentiā age
re debēt:vt ibi probatur.in fine.ver.per ipſorum &c & ſic
canonici eccleſię contra:quoniam ſit inquiſitio quantū ad
pœnitentiā agēdam per cōſpiratores cōmittentur:quia nec
eſt curandum,quis in talibus teſtificetur,vel denunciet in
quo caſu non eſt locus forſan huic formæ,quæ traditur.j.de
accu.c.qualiter,& quando.§.debet.ſecūdū Hoſt.qui hoc no-
tat hic,&.ſ.de iudi.nouit.& de teſti.in omni.Aut ſit inqui-
ſitio generalis perſona aliqua expreſſa,& tunc ſubdiſtinguit
vt in mēbro ſequenti:quia & ageretur contra eū,ad hoc vt
ab adminiſtratione remoueret,poſſet repellere minus ido-
neos teſtes:vt hic ſcdm Hoſt.& Io.And.hic.Idē Arch.vſq;

huc.ij.

huc.ij.q.j.Deus omnipotens.gloſa finali.& .j̃.de ordi.cog.c.
quia pleriq;.ſuper verbo deputatus.li.vj. vbi de hoc plenè:
aut ſit inquiſitio generalis cõtra certam perſonam,& tunc
crederem ſic dicendum,ꝙ ſi ageretur ad pœnitentiã agendã
admitterent vt idonei teſtes:ar.ſ.notatorum,& cotum quę
no.per Hoſt.j̃.vt ecc.bene.c vt noſtrum.§.quia ergo.in fine.
& ſcripſi.ſ.de off.ord.c.j.ſi verò ad depoſitionem,vt quis à
beneficio,ſeu adminiſtratione remoueatur,& tunc repellũ
tur,inimici,& conſpiratores,& alij non idonei,vt hîc legit,
& notatur.& ita poteſt intelligi quod notat Inn.j̃.de accu.
meminimus.gl.pe.vbi notat iniunctũ non ſolũ ab accuſatio
ne,ſed etiam exceptione repelli.Idem credendũ eſt de cõſpi
ratore,de hoc vide quod no.in Spe.ti.de inquiſitione.§ j.ver
ſi.hoc etiam nota.& dicit,ꝙ inimici dñi quoad repellendũ
à teſtimonio nõ ſolũ qui odium in mente habent:ſed etiam
qui inimicitię cauſas habent,vel habere preſumunt ſine mẽ
tis odio.ar.iij.q.v.c.ſecundo.& ſequenti,& idem poteſt dici
in conſpiratore,qui pro bono eccleſiæ cõſpirare poteſt cõ
tra prælatum.& non peccat:& tamen repellitur à teſtimo
nio ſecundum Inn.& Hoſt.hîc.idẽ Archid.xxiij.di.illud.in
magna gloſſa ſua circa finẽ.&.xj.q.j.ſi quis ſacerdotũ . ſuper
verbo iniquè geſſerit.& ibi vide per eum.& j̃.de verb.ſigni.
c.ij.ſuper verbo punientes.li.vj.vbi plenè de hoc.Item not.
15 ſecundum Abbatem & Io.An.hic quòd † appellatione cor-
rectionis inquiſitio continetur.Itẽ ꝙ is cui committitur cor
rectio,poteſt à beneficio remouere.Lignanus tractat hîc ali
qua de materia conſpirationis,coniurationis,& factionis,
notata per Archid.& alios.xj.q.j.coniurationum.& de ver.
ſignificat.c.j.libro ſexto.ff.de pœnis.l.ſi quis aliquid &.C.de
ſeditioſis.l.j.&.ij.& in feudis.de pace tenenda.l.hac edictali.
16 dicit ꝙ † conſpiratio dicitur plurium in idẽ contra eundem
verbalis,& expreſſa conuentio:& dr̃ à ſpirando ſiue à ſpiri-
tu.i.flatu,vel à ſuperbia:& ſi ſit ibi iuramentum,dicitur cõ-
iuratio,& alio nomine dicitur factio.Iſta enim tria quaſi in
idem ſonant.vnde propter hoc clericus deponitur,& laicus
excommunicatur ſecundum canones,ſed ſecũdum leges de
veteri iure tradit beſtijs:vt.l.ſi quis aliqd.ſed de nouo iure
punit pecuniaſiter.vt p̃dicta.l.hac edictali.ſecundũ eum:ſed
iſta magis proſequar in prædicto.c.ſecundo.Collecta.notat
17 hîc,qualiter propter ſolam infamiam † prelati proceditur
contra omnes ſecundum Inn.de ſimo.c.licet.Tamen Hoſti.
& Nouella ibi &.j̃.de accu.cũm dilecti.illud reprobant.Mo
dò obſtat iſtud capitulum,quia hîc non mandatur propter
hoc fieri inquiſitio contra membra,niſi in relatione ad ca
put.ſicut capitulum ſe habet ad membra.tamen litera con-
tradicit:quia lata erat ſententia contra caput:& ſecundum
hoc relatio per ſententiam finita erat,& tamen hoc nõ ob-
ſtat:litera dicit,ꝙ correctio membrorum ſuit dilata.& ſic
erunt diſtinctæ,& diuerſę inquiſitiones:languente enim ca
pite.&c.j.q.j.languente.& dicas,ꝙ vbi agitur ex officio,tam
in capite,quã in membris,non exprimuntur capitula,& re-
cipiuntur minus idonei:vt probatur hîc dũmodò non ſint
conſpiratores.nota per Hoſtiẽ.de elect.per inquiſitionem.
de quo dic ad plenum per Arch.de off.ord.c.pleriq;.& ideò
recitat.ij.q.j.Deus omnipotẽs.Quod intelligo,ſi agatur ad
correctionem ſolùm,& non per denunciationem euangeli-
cam.de iudi.nouit.aliâs contra in eo quod legitur,& notat.
de teſti.tam literis.niſi ageretur contra infamatum.Ad hoc
vide de teſti.qm̃.& nota,ex hoc capitulo.quòd religioſus
poteſt conſtitui procurator pro alio,quod intelligit Guliel
mus verum:dumtamen ſit eiuſdem monaſterij,vel alterius
eiuſdem tamen religionis aliâs ſecus.ar.de elect.c.primo.ſic
intelligit de procuratoribus.ſi religioſus.in cle.ſed Zenzel.
intelligit indiſtinctè,& verius de licentia tamen Abbatis:
vt ibi.Supple gloſſas.in gl.iij.ibi:*pronunciare*.vide quod dixi
ſ.e.cùm inter.in vltima gl.Nouella.& quod notatur per glo.
& per Cy.C.ſi aduerſus rem iudicatã.l.prima.in glo.*& iſtud in fine*.vel dic:vt dixi in textu.ſuper verbo depoſitionibus.
in gl.*ſed videtur*.ibi ex parte Adæ.Hoſt.dixit,quòd hîc pro-

bare voluit,ſed nõ potuit,nec fuit repulſus,vel ſi fuit repul-
ſus,non tamen appellauit.In gl.*ſic patet*.ibi:*ſeu conſpiratorum*.
dixit Inn.dici poſſe aliud in teſtibus corruptis aliud in con-
ſpiratoribus.In gloſſa vltima ibi,*ad præſumptionem*.vel iudi-
cis informationem,& eſt ſimile ſupra.de confeſſ.c.primo.
& ibi:*nulli*.dic illud ſpeciale in Epiſcopo,vt ibi notatur.&
ij.q.vij.§.in hoc.*& in fine*.dic:vt ſcripſi in.iiij.oppoſitiõe.

SVMMARIVM.

1 *Infamem eſſe eum qui condemnatus eſt actione iniuriarum.*
2 *Actionem iniuriarum tolli per pactum ipſo iure.*
3 *Papam poſſe in integrum reſtituere famæ,honori,patriæ,& omnibus alijs.& nu.9.*
4 *Iudex qualiter condẽnando videatur famam reſeruare.*
5 *Malè meritos dignos eſſe,vt perpetua egeſtate laborent.*
6 *Iudicium idem eſſe de æquipollentibus.*
7 *Pœnam vnam dici maiorem alia,quatuor de cauſis.*
8 *Pœnam corporalem eſſe maiorem omnibus alijs,& quare.*
10 *Epiſcopos diſpenſare poſſe cum occultis peccatoribus infamatis tantum de facto poſt pœnitentiam peractam.*
11 *Condemnatum de crimine non poſſe teſtificari in cauſa criminali.*
12 *Papa an poſſit reſtituere in integrum laicum iuriſdictioni ſuæ non ſubiectum.& quid de regibus.nu.13.& 36.*
14 *Infamiam triplicem eſſe.*
15 *Infamiam quis poſſit tollere hoc eſt impedire ne naſcatur.*
16 *Cardinalium collegium habere authoritatem ſenatus.*
18 *Epiſcopi an poſſint reſtituere famæ.*
19 *Epiſcopos illuſtribus æquiparari.*
20 *Prælatos inferiores non poſſe diſpenſare niſi in caſibus expreſſis in iure.*
21 *Papam poſſe deponere principem ſecularem & multò fortius infamem.*
22 *Condemnatum in iure per procuratorem eſſe infamem,infamia facti.*
23 *Eccleſiam ſenatum habere.*

CAP. XXIII.

CVm te. Caſus.Cõdemnatus † in actio-
ne iniuriarũ infamis eſt:& per
Papam poteſt famæ reſtitui.Et primò ponit
porrectã petitionem.Secundò ipſius exaudi-
tionem.ibi,*nos autem*.Expone literam:*iniuria-
rum*.Iniuria fit non ſolũ factis,ſed etiam verbis.ff.de iniur.
l.j.§ iniuriam &.e.titu.C.l.ſi non conuicij.vnde Gregorius
ſuper Iob.in prin.aliquando plus turbant verba,quã verbe-
ra.& agitur à capſione ad pecuniariam æſtimationẽ iniurię
j̃.de iniur.olim.cõdemnatuſq; infamis efficitur:vt hîc cum
cõcor.etiã ſi clerico,vel Epo fuerit irrogata:vt prædicto.c.
a olim.& de ſentẽ.excõ.ea noſcitur.tolliturq; † hęc actio per
pactum,etiam ipſo iure.ff.de pact.l.ſi tibi decem.§.quædam.
& diſsimulatione inſtituta.de iniurijs.§ fi.& morte iniuria-
ti lite non conteſt.mortui.ff.de iniur.l.iniuriarum.& lapſu
anni in prędicta.l.ſi nõ cõuicij.naſcitur autem cũ iniuria eſt
illata,& ad animũ reuocata inſtituta de iniur.§.fi.nec eſt ne-
ceſſe,ꝙ tunc dicat ante iniuriam ad animũ reuoco,ſecundũ
Goſ.*capillos*.gloſſabatur iſta in capillis,vel crinibus ſicut mu
lieres,& aliqui Italici,qui tenent certas infulas ad crines or
nandos,vel torquendos,& equus iſtius.H.erat villoſiſsimus,
& ex hoc videbatur leſiſſe pudorem ipſius.ideò actiõe iniu
riarum agebat.*tu timeres*.& meritò Hoſt.*à ſede apoſtolica*.quæ
5 poteſt † in integrum reſtituere famæ,honori,patriæ,& om-
nibus alijs.C.de ſen.pa.l.j.& vltima.ij.q.iij.§.fi.circa finẽ non
notari.ſi habes literã ſine non,debes dicere nolumus.ſi ha-
bes cum non,debes dicere volumus.
4 ¶ † PRIMO quæritur qualiter iudex iudicando.ſeu con
demnando,videtur famam reſeruare.circa quod diſtinguit
Henricus,quia aut iudex cõdemnat aliquem de crimine nõ
famoſo,aut condemnat eum de crimine famoſo.In primo
caſu quantuncunq; pœnã imponat non infamat:quia nõ pœ
na:ſed cauſa æſtimationẽ ſuggillat.vt.C.ex qui.cau.irro.inf.l.
nullam.ff.de his,qui no.infa.l.ictus.& de eri.ſtel.l.vlti.hoc
verum,niſi talis pœna imponeretur,quæ ciuitatẽ,vel liber-

tatem adimeret: nam tunc durante pœna eſſet infamis, ſed
ea ſublata nõ vt. ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionũ. §. mi-
nuſ. & §. conſumitur. ad. l. cor. de falſis. l. falſi. §. ordine. In ſe-
cundo caſu. ſ. quãdo condẽnat de crimine famoſo, refert an
iudex imponit pœnam regularem, & conſuetã, & tunc per-
petuò eſt infamis: vt. ff. de his, qui no. infa. l. j. in fi. licet etiam
pœna ſit temporalis: vt. ff. de re mili. l. qui cum vno. § ad tem
pus. Aut imponit aliam pœnam, quã regularem, & conſue-
tam, & tunc aut imponit pecuniariam pro pecuniaria, vel
pecuniariam pro corporali, & tunc remanet infamis. vt. ff.
de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ij. reſponſo.
Aut imponit pecuniariam pro corporali, & tunc idem mul
tò fortiori ratione: vt notat Accur. ibi. Aut pro pecuniaria
corporalem: & tunc dicit Accur. ibi ſine diſtinctione quòd
remittitur infamia per illum. §. j. reſpõ. pen. & fi. ſed Lamber.
ibi, & Pe. de Bellaperti. & Cy. in. l. & ſi ſeuerior. dicũt idẽ in
hoc caſu quod in caſu le. ſ. imponit ꝓ corporali corporalẽ di
centes, ꝙ quando imponit pro pecuniaria corporalẽ, vel ꝓ
corporali corporalẽ, aut imponit pro minori pœna maiorẽ:
aut econtra minorẽ pro maiori. ſi pro minori maiorem, tũc
aut propter demeritum ſuum, vt quia grauiter delinquit, &
5 tunc perpetuò erit infamis, quia digni ſunt † malè meriti, vt
perpetua egeſtate laborẽt. ff. depoſi. l. bona fides. & de inter-
dic. & releg. l. relegatorum. ad finem. & de pœ. l. quidam. Aut
non propter demeritum ſuum, ſed propter frequentiã deli-
ctorum, & tunc ſecũ videtur diſpenſare de infamia. vt trãſ-
acto de tempore tranſactum ſit de infamia: vt in. §. alleg. pœ
na grauior. primo reſponſo. & . C. ex qui. cau. irro. infamia l. ſi
Poſſidonium. ſi imponit minorem pro maiori tunc refert.
Aut hoc facit ſine cauſæ cognitione, & tunc remanet infa-
mis: vt. ff. ad municipales. l. ordine. aut cũ cauſæ cognitiune,
& tunc refert ſecundũ Pet. de bellapertica. quia aut apparet
ex recitatione ſententię, quòd tranſacto tempore velit iu-
dex ſibi remittere infamiam, aut non: ſi apparet, vt quia iu-
dex dicit aduocato, remoueo te ab officio aduocandi vſq;
ad. v. annos: vt. ff. de poſtu. l. imperator. vel decurionẽ remo-
uit, vel relegauit vſq; ad tempus. vt. ff. de decu. l. ij. & l. gene-
raliter. & tunc non erit infamis trãſacto tempore, & ita in-
telligit. l. allegatam. l. & ſi ſeuerior. Sed ſi nõ apparet, tunc re-
manebit infamis, quia ſufficit ſi cui, vel in paucis. C. de neg.
geſt. l. tutori ſecundum eos. ſi verò imponeret pœnã æqua-
lẽ pœnæ regulari, & conſuetæ tunc remaneret infamis, per
6 iura quæ dicunt: quia de † ęquipollentibus idem eſt iudiciũ.
nec refert quid de ęquipollentibus fiat. ff. manda. l. finali. §. fi-
nali. de le. iij. l. fideicõmiſſa. §. ſi cui. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi ma-
ter. & de donat. quę ſub modo. l. fi. & adde nota. Arch. xxiiij.
7 q. iij. corripiuntur vbi dicit, ꝙ quatuor † de cauſis dicitur
vna pœna maior alia ratione effectus durationis aſperitatis
& probroſitatis. Quantò ad effectum excõicatio eſt maior
omnibus alijs, tollit enim animam. xj. q. iij. nemo Epõrum.
xxiiij. q. iij. ſi habes. & omnium hominũ cõmunionem quod
nulla alia facit. Quantũ ad durationem depoſitio eſt maior
omnibus alijs, durat enim in perpetuũ. l. diſt. vt cõſtitueret
etiam poſt ſatisfactionem. c. di. miror. quod non eſt in excõi
8 catione. Quantùm ad aſperitatẽ, pœna † corporalis eſt ma-
ior omnibus alijs. Illa enim ſentitur corporaliter, & actuali-
ter, quod non eſt in alijs. Quantùm ad probroſitatem: vt eſt
cum ferro candenti in fronte ſignatio, & per ciuitatem ver-
beratio ac ſimilia.

¶ SECVNDO quæritur quis poteſt ad famam reſti-
9 tuere, & hîc intro magnam gl. Inn. rñdet Inn. dicẽs † Papam
reſtituere in integrũ famę, honori, patrię & omnibus his. §.
fi. circa finẽ. Item ſubdit, ꝙ de iure ciuili ſoli princeps, & ſe-
natus hoc poſſunt: vt in prędictis iuribus & . ſ. de poſtulat.
prçla. c. j. § de qua. Nam licet alij magiſtrat9 poſſint reſtitue-
re minores, & maiores de iuriſditione ſua, & quantũ ad iu-
riſditionẽ ſuã non tamen quantũ ad famã, vt in eodem. §. di-
citur. De Epiſcopis autem dicit, ꝙ licet poſſint maiores, &
minores reſtituere, & in multis caſibus diſpenſare iuxta no-
tata de temp. ord. dilectus. & à iuramẽtis votis & fidelitati-
bus abſoluere. ſ. de iureiur. cũ quidam. j. de voto. c. j. xv. q. vj.
authoritatem. & c. nos. tamen in integrum reſtituere quan-
tũ ad honores & ſimilia non poſſunt: nec etiam infamiam
remittere, cũ hoc nullo iure cautum habeatur. De Collegio.
Cardinalium dicit ꝙ quia ſenatum habet. lxxxxvj. Conſtan
tinus. poteſt ad famam reſtituere: ſed hoc videtur ſatis dubiũ
quia Papa viuente apud eum ſolũ eſt iuriſditio, certis exce-
ptis caſibus eſt cardinalibus interdicta de elect. vbi maius.
li. vj. & cle. ne romani. e. ti. Subdit Inn. ex præmiſſis, ꝙ licet
Epiſcopus ſuſtineat infamem ipſo iure, vel per ſententiã cõ-
demnatum, & eos tolleret, vel cũ eis diſpenſet, cùm hoc ta-
men eis non liceat, vt notatur. ij. q. iij. §. hinc autem. vbi de
hoc. & xl. di. dño. & . xvj. q. j. eccleſia. nihilominus tamen ab
accuſatione, & teſtimonio repellunt, cùm ſint infames. ij. q.
¶ PRIMO quęritur in fine, ibi: *ſententiæ tuæ.* vtrum per hoc rata maneat ſententia. Iidem dicunt ꝙ non, & exponit ſententiæ. i. iuriſditioni. Dicunt enim, ꝙ licet appellans à diffinitiua non proſequatur appellationem infra terminũ pręfixum ab homine, non propter hoc rata eſt ſentẽtia, donec lapſus fuerit terminus iuris: nec obſtat. ị. c. j. & c. ſæpè. quæ cũ ſimilibus ſunt intelligenda de termino iuris. Alij dicunt, ꝙ vtroq; termino lapſo iuris, & hominis rata manet ſententia, & hoc videtur verius Inn. & dicam poſt eum. ị. eo. ex ratione. ſuper ſi. gl. ver. ſed & ſecundũ Inn. Ratio, quia poſt terminum appellationis proſequendæ pręfixum à te, vel à iudice, vel à iure appellationem proſequi non poteſt: ſed nec appellare poteſt de nouo: quia nec grauari põt à iudice, qui in examinatione cauſę nõ procedit ampliùs: quia nec habet vltra quid faciat, niſi ꝙ ſententiam exequaſ. ſ̃. de off. dele. ſignificaſti. & c. in literis. ſecũdũ Inn. niſi in exequẽdo modũ excederet: qđ dic: vt. ſ̃. ti. qđ ad cõſultationem. ſcđm Hoſt. Collect. *Si quis.* ſupple. & extra iudicium appellationis. qui ſtatim terminũ pręfigere poteſt: vt notat Inn. de ma. & obe. dilecti. *Adire.* nõ enim põt pręfigere terminum ad ſumendum cauſam. ị. e. ex inſinuatione, & hoc caſu põt locũ habere qđ notat Hoſt. ſ̃. ti. proximo. cũ ſuper. ex tunc. nec oportet ꝙ citetur ſcđm gl. Idem no. ị. e. tñ ratio illius ceſſat hîc, & ꝙ debeat citari, facit textus cũ dicit, *ſtare compelles.* & c. c. cõſuluit nos. j. e. quod glo. allegat facit obſtare pro iſta parte. c. nos ſępè loquitur quantùm ad iudicem appellationis, quantũ enim ad illũ eſt, bñ eſt verũ, ꝙ habet vim perẽptoria appellatio. Quid ſi appellãs mittit nunciũ infra annũ, nec illud facit: Io. An. no. ſ̃. ti. primo. qđ ad conſultationẽ, ꝙ aliqui dicũt per literas ibi deſtinauerit effectu, vel ſaltẽ aliqđ rationabile proponat

ad Lor

ad hoc de cle.non reſi.relatum.meliùs eo.tit.ſicut.in cle.ſed quid ſi iudex præfigit terminū appellanti ad ſe repræſentandum corā ſuperiore.j.quem repræſentat,Sed non vult procedere cùm adhuc habeat biennium,nunquid ante terminum iure pōt procedere? Arch.dicit quòd non:& ſic obtinuit vt dicit prout notatur per eum,poſt Io.ij.q.vj.ſi quando & Spe.eo.tit.§.qualiter dicit quòd obtinuit,quòd nō debet compelli nec quantum ad hoc,iudex ſibi potuit auferre iuris beneficium: appellatus tamen ſecundum eum poteſt offerre libellum,ac petere confirmationem ſententiæ vel firmationem,ſicque appellans indirectè agere compelletur ſed quid ſi totum tempus fatalium non eſt lapſum ſed bene tantum quod apparet,quòd non poteſt cauſa finiri.Hoſtié. not.hic quòd ante terminū procedi poteſt contra appellantem ſed Goff. contra. quia pendente dilatione iudicis officium cōquieſcit.j.eo.ſignificante.cum ſimilibus.& pro iſta parte de elect.commiſſa.libro.vj.vbi Archidiac.videtur in hac ſententia remanere,& Guli.eo.tit.ſic in clemen.tamen Inno.videtur ſentire cùm Hoſti.j.eo.ex ratione.in fine. Facit quod idem Inno.not.in.c.de cauſis.ſuper verbo conſenſu.de offic.deleg.& in.c.per glo.j.coll.& quod not.per Bern. de elect.cùm in veteri.&.ij.q.vj.appellatore.& quia pars nō granatur ſed releuatur,cùm termino elapſo ſit proceſſurus: & cauſæ abreuiari debeant.ſ.tit.proxi.iurgantiū.cùm ſimilibus. facit ad hoc.de re.iud.abbate.& offi.deleg.ſi is cui.lib. vj. vnde Deus dilationem datam ante diluuium decurtauit,cùm † propter expectationē alius non debeat ſequi effectus:de pœ.diſt.j.prædixerat vbi no.Io.hoc idem in ſcriptore,qui certo tempore promiſit ſcribere librum.Pro opinione tamen Goff.& Archi.facit ob.de ſent. excom.licet.libro vj.ibi elapſo termino &c.quam partē crediderā,niſi vbi periculum immineret. ſi iudex lapſum terminū expectaret: aliâs nō credo,quòd terminū præuenire poſſit.j.eo.oblatè nec decurtare: maximè , iudex qui detulit appellationi.vt in c romana.ſaltim quò ad hoc debeat deſerta dici appellatio vt ibi & eo.tit.ſicut.in cle.hoc idem videtur not.Hoſtié. j.eo.intimaſti.nec eſt ſimile de obligatione quæ totum ſuū ſortitur effectum in ipſo contractu:vt legitur & not.ff.de verb.obli.hoc iure alleg.per Io. & dilationibus ſeu iuris beneficijs & in materia noſtra.& in.c.commiſſa.ſicut credo & hoc videtur expreſſum.C.de his qui ingre ad app.§.quia ei qui.alle.per Inno.j.eo.ex ratione.in fin.ij.coll.facit.j.eo.conſuluit.eo.c.reprehenſibilis.&.c.ad aures.ſed quid ſi quis impetrata monitione,ex aliquo grauamine appellat,curia nō approbat appellationem nec literas daret:& mouetur, quia omnem monitionē reputat & bene iniuſtam etiam ſi ponatur in ea clauſula niſi iuſtā cauſam.& niſi ſuper notorio fieret:quare imputet ſibi,qui ſuper malo fundamento ædificauit.argu.ad hîc.j.q.j.cum paulus.cum ſimilibus.vbi nō fieret ſuper notorio ſecus.Item non approbat appellationē à monitione etiam iuſtam niſi demum cùm iudex requiſitus nō vult reuocare eam,niſi pœna adijceretur.Vnde ſi moneatur debitor meus ne mihi ſatiſfaciat,non eo ipſo appellare poſſum ſecundum eos ſed contra de cauſa poſſ.cùm ſuper. ſed ſecundum eos,non obſtat,quia loquitur in diffinitiua, vbi iam conſummatum eſt grauamen,tamen quòd à monitione iniuſtè non poſſit appellari , non eſt conſonum rationi Inno.videtur contrarietas,quòd reputet monitionem iniuſtam vt.ſ.dictum eſt:& quòd appellari non poſſit, cùm ab omni cauſa vitiata poſſit appellari,vt legitur. ij. q.vj.c.j. & ſeq.& no.in.c.non ita.& vide pleniùs.j.eo.conſuluit.

SVMMARIVM.

1 *Appellantem ad proſequendum habere annum.*
2 *Prouocationes iure appellationis ferè per omnia cenſeri.*
3 *Iudex an contumacem extra territorium exiſtentem poſſit excōmunicare & quod in notorijs.nu.4.*
5 *Notorium quantumcunque, ſiue citatione & admonitione nequaquā condemnandum.*
6 *Naturali iure dominum poſſeſſionem ad ſe trahere.*
7 *Prouocationē nihil aliud eſſe,quam vocatio quoad quædam.*
8 *Appellanti quæ tēpora competāt,circa negotiū ſuæ appellationis.*
9 *Definitiuam & interlocutoriam poſt decendium tranſire in rem iudicatam.*
10 *Sententiam ſub conditione ferri poſſe & quare.nu.11.*
12 *Grauamen cōtra ius litigatoris illatum tranſire in rem iudicatā.*
13 *Tempus appellationis interponendæ currere de momento ad momentum.*
14 *Appellationem non poſſe admitti vel refutari donec ſit emiſſa.*
15 *Apoſtolos non poſſe peti,niſi per illum qui appellat.*
16 *Sermones legum quomodo intelligendi ſunt.*
17 *Negligētia vel impotentia iudicis quā in appellationibus excuſetur.*
18 *Appellationē proſequi intra tēpus non ſufficere niſi etiā finiatur.*
19 *Terminum legalem protendi non poſſe.*
20 *Appellationem fauorabiliter introductā ad releuamen oppreſſorū.*
21 *Condemnatus de crimine notorio, vtrum appellare poſſit à condemnatione.*
22 *Appellationem non debere eſſe vinculum iniquitatis.*
23 *Iudex intra territorium ſuum exiſtens an poſſit contumacem extra territorium excommunicare.*
24 *Iudex qualiter poſſit abbreuiare vel prorogare tempus præfixum ab homine vel à lege.*
25 *Iuris beneficium nemini eſſe auferendum.*
26 *Tempus datum arctari poſſe ex cauſa.*
27 *Termini iuris declinatorijs quanto tempore currant.*
28 *Termini prorogare quibus caſibus liceat iudici, ſimiliter & in eiſdē arctare licet.*
29 *Terminum ad petendum Apoſtolos non poſſe per iudicem nec per appellantem prorogari.*
30 *Inferiorem non poſſe immutare formalē diſpoſitionē ſuperioris.*
31 *Iudicem habere neceſſe iudicare ſecundum leges.*
32 *Tempus ſtatutum ab homine,qualiter arctari vel prorogari poſſit. Et quid de tempore ſtatuto à iudice. nu.33.*
34 *Iudicem ſemel arbitratū arbitrium mutare non poſſe.*
35 *Auxilio nouo indigere, quæ de nouo emergunt.*
36 *Inferior à principe an poſſit committere cauſam infra minorem terminum quàm ſit terminus iuris.*
37 *Iudicem minorem non poſſe imponere neceſſitatem partibus ad minorem terminum.*
38 *Iudex quibus caſibus poſſit dilationes abbreuiare aut prorogare.*
39 *Dilationem maiorem debere dari ſeni quam iuueni.*
40 *In notorijs an ſit neceſſaria partis vocatio quoad ſententiam.*
41 *Principis præſentiam omnem ſupplere ſolennitatem.*
42 *Principis factum impugnare non licere donec immutatum per eum vel illius ſucceſſorem fuerit.*

¶ CAP. V.

CVm ſit romana. ¶ Caſus. Appellans † ad proſequendū habet annum· & ex cauſa biennium:niſi iudex moderetur:& ſi infra illud tempus non proſequitur, eſt rata ſententia, vel redit ad primum,ſi ante ſententiā appellauit,qui de crimine impetitur,appellare poteſt:niſi ſit notorius.Et primò ponit terminum appellationis proſequendæ.ſecundò pœnam non proſequentis.ibi,*infra quod*, tertiò ibi,*præterea*, an de crimine delatus appellet.¶ Expone literam,*appellantibus*, ante vel poſt ſententiam. *indulgetur*, ad finiendum cauſam Pe.vt in authen.ei.qui quam alleg.glo. *euidens*,oportet ergo illam probari,niſi ſit notoria,aliter non habebit bienniū.j. eo.cōſtitutus.ver.intellecto.ſecundum Inn.& Hoſt. *& perſonarum*,in authen.dicebatur,& temporis qualitate.verbum perſonarum,& negotij.fuit glo.Tanc.*recifum*,ideſt,breuius, *moderatus*,diminutionem reſpicit non augmentum.j. de verborum ſigni.c.fin.Hoſtien.*infra quod*,ſcilicet tempus annale, non abbreuiatum vel abbreuiatum nō ad finiendam,ſed inchoandam appellationis cauſam ſecundum Hoſti. *non fuerat proſequutus*,non dicit finita non fuit vt proximè dixi,&

intellige de eo qui potuit ſecundum Vinc.alleg.de conceſſ.
præben.c.quia. *tenebit etiam*, ſi poſtea appellans cũ appella-
to, vel ipſe appellatus prinſipalitet proſequebatur appella.
tionem: vt in cle.eo.tit.ſi appellationem, *cauſa appellationis*, &
principali Pe.ſi nõ interpoſitio eſt, vt ponatur reſponſio al-
terius membri, quando ante ſententiam appellatur. Innocẽ.
ante litis ingreſſum, id eſt ante lit.conteſt.j.de verb.ſignifi.c.ex
parte.ij.*etiam extra iudicium*, quaſi dicat, etiam antequàm ſit
citatus, nedum poſtquàm fuit citatus ante litis conteſta. *ſed*
2 *prouocatione*.de hoc.ſ.de ma.& obe.dilecti.& quãuis † pro-
uocationes iure appellationis ferè per omnia cenſeantur eſt
tamen differentia ſecundum Inno.quia in propria & ſtricta
ſignificatione appellatio dicitur, quę fit in iudicio: & in cau
ſa iam cœpta prouocatione, quę fit extra iudiciũ, & in cauſa
non cœpta: vnde dicitur prouocatio ad cauſam, ſcilicet in-
cipiendã. Secundò, quia in iudicio appellans non proſequẽs
intra terminum aſsignatũ non auditur ampliùs ſuper eo ſu
per quo appellauit vt hic.&.ſ.c.proxi.ſecus in prouocatio-
ne extraiudiciali vbi nõ obſtante lapſu termini, ſemper pro
uocans auditur. Non enim debet impediri, quin & alio iure
ſe iuuet ſecundũ Inno.ſed Hoſti.dicit, aliàs eſſe differentias,
de quibus remittit.j.e bonę *ad finem ad quem*, vel à quo.& tũc
intelligas poſt lapſum terminum iuris, vel hominis, *raptor*,
ſit ſicut dicit aduerſarius. Sed ipſe negat, *in iudicio*, ante ſen-
tẽtiam vel poſt: & idem ſi extra iudiciũ: vt.ſ.Hoſti. *eccleſiae*,
aliud inter ſeculares.j.e.ſuper eo.ij.*ille*, corinthius qui publi
cè nouercã loco vxoris tenebat, *excõmunicant*. j. ad corinh.
v.c.hic omnino iunge quę ſcripſi de re iudic.ad Apoſtolicę
in prima oppoſitione.& in.viij.notabili.& e.titu.c.ij.in cle.
3 in.ix.oppoſitione.& in quarto notabili. ¶ Vtrum aũt † iu-
dex contumacẽ extra territoriũ exiſtentẽ poſſit excõmuni-
care hoc cõiter tenetur ꝙ ſic: de hoc per Inn.c.fin.ſ. de foro
compe.&.c.penu.de dila.& ad hoc inducitur hoc.c.ſecundũ
vnum modum legendi. Tamen Pau. contra primo per.c. vt
animarum.ſed illud loquiť in ſtatuto Papa moritur. Pau.qa
non poteſt exequi iudex extra territoriũ.c.poſtulaſti.de fo-
ro compe.Sed illud loquitur in iuriſditione quæ exercetur
circa rem tẽporalem. Facit pro eo.c.j.de rap.nõ tamen vrget
pro nobis hoc.c.ad finem. qa non probat, quòd excõicatus
per appellationẽ eſſet extra territorium. *Apoſtoli*. cum etiã
de illo tempore territoria nõ eſſent diſtincta. Sed ratio no-
ſtra eſt, quia citatio fiebat ad locũ territorij.& certũ actum
coram iudice, & in territorio faciendũ: ideò hic concernit
excõmunicatio ſecundũ Martinũ de ſalua, ad quod j redibo.
¶ Supple gloſſas.in glo.j.ibi, *quandocunq;*, ibi nõ expeſſo hoc
verum reſtringẽdo ad caſus decre.vt debitus.j.e. in fine. vel
dic à grauamine expreſſo.j.e.cum in eccleſia. vel dic paſsim
id eſt tam in iudicio, quã extra. ſi tamen quando extra iudi-
cium appellat à iudice, cauſat exprimit, vt probabiles con-
iecturas.j.c.bonæ ad finem.&.c.dilectus.§.quia verò. Si autẽ
extra iudicium appelletur, ab aduerſario nulla caſa requiriť
ſecundũ Hoſti.qui ſic dicit decre.intelligendã: cordi.j.co.ti.
lib.vj.In glo.propriè.in fine. & de.ipſarũ in effectu notatur.
ſ.e.non ſolum.lib.vj.In glo.Sed *non videtur*, hæc glo.reſpicit
licentiam, ad quam bene dicit.j.ꝙ cõpellitur alternatiuè.ſ.
vt proſequať, aut redeat ad iudicem à quo appellauit. In glo.
4 vltima, ibi, *notorium*, dicit Hoſti.ꝙ licetin † notorijs quoad
ſatisfactionem vel reſtitutionẽ faciendã, abſens & irrequi-
ſitus poſſet condẽnari nunquã tamen excõicabitur, niſi mo
nitione præmiſſa.j.de ſenten.excõ.ſacro.nec hodie ſine ſcri
ptis.j.tit.j.c.j.lib.vj. Vnde cum hic de excõicatione loqua-
mur, neceſſe eſt per ſuppletionẽ legi vt ſequitur in glo. Alij
dicunt ſecundũ eum, nullum abſentem condemnandũ, niſi
ſit contumax.ij.q.ix.per totum. C.quomodo & quando iu-
dex.ea quę.ff.quæ ſen.ſine appel.reſcin.poſ.l.j.§ item cum ex
edicto. Et de hoc, de iureiurãd.ad noſtram. uj. Vnde nullus
5 † quatũncũq; notorius ſiue citatione & admonitiõe cõdẽ
nandus eſt. Et hoc fatetur Hoſt. Iuſtius & tutius, Tum quia
multi dicuntur notorij, qui non ſunt.j.e. conſuluit.j. Tum

quia & ſi notorius quandoq; legiti mas exceptiones habet,
quæ ſunt admittendæ de offi.dele.ex parte.ij.de reſti. ſpoli-
teras.ad finem. Tunc qa omnis condemnatio, maximè nimis
accelerata, odioſa.ar.ff.de acti.& obl.arrianus.&.ſ.ti.j.c.fin.
&.c.cùm Bertholdus. ver. poſt modum. *& in fine*, ſecundũ
Tanc.Inno.& idem Inno. ¶ Collectarius in verbo Reſcibus
dicit, quòd quoad cõparitionem & proſequutionẽ, ſed non
quoad cauſæ deciſionẽ, poteſt iudex per prius reſcindere.ar.
j.e.ex inſinuatione &.c.ſicut in cle. Poſteà ſubintrat mate-
teriã prędicti.c.cordi.dicẽs, ꝙ datis Apoſtolis, poteſt appel-
latus petere, ꝙ partes accedant ad curiam cum actis & mu-
nimẽtis, vt ibi & ſufficit hoc petere ante iudicem datũ, vel
nunciũ, nec nocet et feſtinatio malicioſa. vt not.j.c.vt debi-
tus. Dicit etiã quòd iudex & appellans, & nõ appellatus ter-
minum appellatiõis pfigere poſſunt: & ꝙ de conſenſu ſolius
appellati poteſt procedi in curia ſuper principali, omiſſo ar
ticulo appellatiõis exponẽdo in.c.cordi. partium.i. pactũ.ſ.
appellati. Subdit, ꝙ quicquid tenerent antiqui cancellariæ,
appellatus citatus per iudicẽ à quo, nõ teneť comparere niſi
poſt lapſum terminũ iuris vel hominis darẽt.j.c. ſi à iudice.
lib.vj. Subdit etiam, ꝙ partes poſſunt cõſentiendo in iudicẽ,
renunciare appellationi: per lecta & notata.ij.q.vj. ſi ait. Et
ſcripſi poſt Inno.de arbi.innotuit. Et faciunt quæ ſcripſi de
excep.paſtoralis: ſed Archi.in prędicto.c.ſi aũt dicit hoc nõ
poſſe fieri per ſimplicem reſignationẽ. Sed bene perpli-
cò, ꝙ maioris authoritatis eſt cõſenſus duorũ, quàm vnius.
Subdit, quòd ſufficit appellare in curia priuata maxime ma-
nu propria ſcripta per notata.in.c.j.&.c.vt debitus.& in.c.j.
de fide inſtru.dic nõ curandũ, dummodò cõſtet, ꝙ ſcrip.&c.
& pdicto.c.cordi. Item dicit, ꝙ ſi notorius criminoſus deten
dens appellet, nõ teneť iudex deferre: vt.c. Romana.§.ſi aũt.
vt in caſibus notatis, &.ij.q.vj.ſunt quorũ.& ſe.nec in ſimili
bus caſibus ſuper notorio fundatis vt ſi appelleť ne hęres in
poſſeſsionẽ mittať vt ibi in ver. *Si quis auſo*, vbi vide notata
per Archidi.ac etiam lecta & notata. C.de edicto di. Adria.
tol.l.ij.&.iij.per quę apparet ſecũdũ eum, ꝙ licet hęres quo-
ad proprietatẽ ſit dñs, tamen in poſſeſsiunẽ eſt mittendus:
quod eſt cõtra cõſuetudinẽ Franciæ quæ habet ꝙ mortuus
ſayſiſt viuum. Subdit quòd licet mittendus ſit poſſeſsio-
nem per iudicem, ſi hoc petat, vt in illa teneatur per iudicem
contra omnes: vt ſic procedit.l. iij. alleg. tamen ſi hæredi-
tas à nemine ſit poſſeſſa, hæres poteſt ſua authoritate illius
poſſeſſionẽ nanciſci: maximè ſi nullus eũ impediat.ar.ff.de
6 acquir.hęred.l.cũ hęredes.naturali † enim iure dominiũ ad
ſe trahit poſſeſsionem: vt patet ex lectis & notatis de cauſa
poſ.cum dilectus nec enim reperio iure prohibitũ, ne dñi à
nemine impeditum, vacuam poſſeſsionẽ rei ſuę à nemine oc-
cupatam ſua authoritate poſsit recipere: pręterquã in lega-
rio: vt.ff.quorũ legata.l.j. Sed ibi eſt ſpeciale, & patet ratio
ſpecialitatis ex lectis & notatis in.d.l.j.§. ſi quis ex mortis.&
ſic in cõtrariũ eſt ius cõmune: vt.ff.ad municipal.l.j.in fine.
Et faciunt optimè notata Inno.& Compo.de elect.tranſmiſ-
ſa.nec obſtat cõtraria opinio notata per Hoſti.ibi & per Ar
chid.de prę.eum qui lib.vj.etiam ſi vera eſſet: quia alia ratio
habet locum in beneficialibus, propter periculũ vitioſi in-
greſſus: de inſti.ex frequentibus.de eo qui mit.in poſ.c.vno.
lib.vj.& de reg.iur.c.vno.e.lib. Item Collectarius de differẽ
tia inter prouocationẽ & appellationẽ remittit ad lecta &
7 notata in prędicto.c.bonę.& ſubdit, ꝙ cùm † prouocatio nõ
ſit niſi quoad quędam vocatio: nõ ſic põt fieri ad Archiepm
vel alium, qui per viam ſimplicis querelę adiri non poſsit: re
mittẽs ad notata.j.c.dilecti. Item dicit, ꝙ notorius extra ter-
ritorium exiſtẽs excõicari poteſt: inducens notata de offic.
dele.nouit licet enim trina & ſolẽnis monitio aliàs ſit neceſ
ſaria, non tamen requiriť vbi cõtumacia & rebellio eſt noto
ria: vt legiť & no. de iudi.c.j.aliàs tamẽ ſemper monitio ſeu
requiſitio debet excõicationẽ pręcedere: cum ſit cauſa proxi
ma & immediata ſentẽtię vt notatur.ſ.tit. proximo cõſan-
guinei. ſecundũ eum. ¶ Primò opponitur, quia videl. ꝙ iu-
dex non

dex non poſsit tempus appellationis abbreuiare.arg.ff.de re
iudi.l.iiij.§.ſi quis cõdemnatus.dic vt no.hic in glo.iij.& me
liùs vt notatur per Bar.ff. de re iudi.l.ij. vbi de hoc pleniſsi-
mè & fortè ad hoc redibo.
8 ¶PRIMO quæritur quæ † tempora cõpetant appellanti
circa negociũ ſuę appellationis, & verũ de momẽto ad mo-
mentum ſeu qualiter aliter alias debeant computari? Circa
quod ſequẽdo dicta Henrici diſtinguere potes quinq; tem-
pora,vnum,ſcilicet appellationis interponẽdę. Aliud petio-
nis Apoſtolorũ ſuper appellatione.aliud appellationis intee
poſitę intimãdę,aliud appellationis proſequẽdę & aliud ap-
pellationis finiendę dic ergo aut quæris de appellatione, de
tempore appellationis interponẽdæ, & illud eſt decendiũ à
tempore ſcientiæ numerandũ vt in authen. de app. & intra
quæ tẽpora.§.j.coll.iiij.C. de app.in authen.hodie.ĩ.e. cõcer
tationi.lib.vj. Circa hoc tamen diſtingue q̃a aut quæris de
appellatione iudiciali,aut extraiudiciali.ſi de iudiciali,tunc
aut appellaſ à ſentẽtia definitiua,vel interlocutoria,aut ap-
pellaſ à grauamine, ſi à definitiua vel interlocutoria. Et ve-
rum eſt,quod eſt dictũ.ſ.ꝙ intra.x. dies à tẽpore definitiuæ
interlo,ſeu poſtquã ſciuerit cõputandos quis debeat appella
9 re,nam † nedum definitiua, ſed interlocutoria poſt.x.dies,
tranſit in rem iudicatã: quoad partẽ quantũ ad hoc, vt pars
poſt.x.dies appellare nõ poſsit:vt.ſ̃.de elect. cum dilecti. in
fine de teſti.ſignificauerũt ad finem de re iudi.cum inter vos
&.c.quod ad cõſultationem.vbi de hoc per Inn.ſuper verbo
decendium. & verbo iudicare.ĩ.e. cum ceſſante.vbi hoc no
tat Ber.& Hoſti.poſt eum. Idem notãt Cardinalis Archidi.
& Io.And.ĩ.e.tit.c.Romana.§.ſi verò vocatis.lib.vj.Et quod
dictum eſt de ſentẽtia,intellige fore verum,ſiue ſentẽtia fe-
10 ratur purè,ſiue feratur ſub cõditione.Sententia † enim ſub
conditione ferri põt,nedum definitiua, ſed & interlocuto-
ria:vt notat plenè Inno.in.d.c. quod ad cõſultationẽ. & Ioã.
And.poſt eum.& Hoſti.in ſum.tit. de ſententia & re iudi.§.
qualis.ver.puta &c.& Card.ĩ.c.nõ ſolũ. lib.vj. ſuper verbo
decendium.& probaſ.ff.quãdo app.ſit.l.j.§. biduũ.&.ij.q.vj.
biduum.vbi de hoc per Archi.in.ij.glo.licet Goffre.&.B.in
ſentẽtia lata ſub cõditione,dicant cõtra.ĩ.e.prętereà.ij.dicẽ
tes ꝙ.x. dies qui dantur ad appellandũ, incipiunt currere à
tempore cõditionis extãtis:quia tũc incipit eſſe ſcientia, &
non ante.inſti.de ver.ob.§. ex cõditionali.ĩ. de voto & voti
redemptione.c.licet.ver.ſciturus:ſed primũ verius. Sed hoc
fallit in ſentẽtia excõmunicationis ſub conditione lata per
hominẽ,quia nulla & ab illa põt appellari,quãdocunq; ante
conditionẽ extãtem: & nũ poſt etiam ſi exiſtat.ĩ.x.dies vt.ĩ.
eo.prętereà.ij.ſed in alijs ſentẽtijs ſecus.Et eſt ratio diuerſi-
tatis:q̃a iſtę ſententiæ excõicationis ſecum trahunt execu-
tionem,ex quo ſemel ligauit,aliæ non ſecundũ Inno.Hoſti.
Abb.& Io.and.ĩ.e. prætereà.ij.Sentiunt ibi Lau.& Ber. nec
faciunt Inn.Hoſti.& Io.And.ibi differentiã ſiue excõicatoe
dicat excommunico te ex nunc ſiue dicat tunc ſis excõica-
11 tus,quia ſemper † ſentẽtia trahitur ad diem cõditionis extã
tis & idem tenet quoad hoc Archi.ĩ. de præben. dudũ glo.
in lib.vj.Et pro hoc facit extra de app.c.j. in prin. in cle.vbi
Ge.ſuper verbo ex nunc videſ appobare iſtam opinionẽ.Sed
Tanc.& Bar.Brix. in q̃one ſua venerabili, eſto ꝙ iudex &c.
notant cõtra.ſ.ꝙ à ſentẽtia excõicationis lata ſub cõditiõe,
non põt appellari poſt.x.dies à tẽpore ſentẽtię: & dicunt ꝙ
eſt caſus illius.c.quod ad cõſultatiunẽ.ſ̃.de re iudi.quodã,ta
men nõ obſtat,quia nõ loquiſ de ſentẽtia excõicationis, ſed
alterius.Idem tenuit Pe.de ſamp.in.c.alleg.prętereà,dicẽs cũ
Vinc.& Aegi.ꝙ illa litera ipſius decre.vbi dicit medio tẽpo
re &c.debet exponi.i.ante.x. dies vel ſaltẽ in decima die.Nã
ſi poſt non valeret ſecundũ eum.Go.aũt & Ro.dixerũt per
illam decre. prætereà in quali ſentẽtia lata ſub cõditione.x.
dies appellationis incipere currere à die cõditionis extãtis,
quia tunc incipit eſſe ſentẽtia,& non ante.inſti.de ver. ob.§.
ex conditionali.ver.j.de voto.licet.ver.ſciturus. nec ob.ij.q.
vj.biduum.q̃a vbi dicit vtile, nõ ſequiſ quod neceſſariũ.Sed
tu tene opinionẽ Inn.& Hoſti.& ſequentiũ:quam etiã tenẽt
& approbat Gar.& Cardinal ĩ.de ſenten.excõ.c. quicũq; in
magna glo.&.c.is cui in gl.ſi.lib.vj.& Archi.in.§.alleg. biduũ.
in.ij.glo.ſi appellatus à grauamine,abſq; aliqua interlocuto-
toria vel definitiua tunc refert ſecundũ Hoſti.in.c.Romana
§.ſi verò.lib.vj.Aut grauamẽ habet vim ſentẽtiæ puta ſi iu-
dex dicit nũ eſſe rñdendũ libello,vel petitioni:vel dicit prę
cipio,vel volo,nolo,vel ſimile & tunc intra.x.dies eſt appel
landũ.Iſta enim habent vim ſentẽtię interlocutorię.ar.ff.de
arbi.l.qualem.l.ij.C.cõmunia de leg.l.iij.de app.l.qui ad ciui-
lia.&.l.nominationes.canonizata.ij.q.vj.ff.de decur. impera
tores.Et ſic intellige,quod notat Hoſti.ĩ.e.vt debitus.in fi-
ne.ſup verbo de maioribus ibi & idem intelligas &c.Ita etiã
intellige,q̃d notat Hoſti.ſ̃.de re iudi.Cum I.& A.vbi dicit,
12 ꝙ grauamen † cõtra ius litigatoris illatũ tranſit in rem iudi-
catam.ſi non appelleſ ab eo.intra x. dies. ſicut & definitiua.
vt in.c. alleg. cũ inter vos.&.c. quod ad conſultatinnẽ. & q̃d
notat Inn.ĩ.e.cum ceſſante.glo.j.ver.& generaliter. Aut gra
uamen nõ habet vim interlo. & talis grauaminis illatio nõ
tranſit in rem iudi.nec habet vim interlocutoriæ:quia non
omnis vox iudicis &c. C.de ſent.& interlo.omn.iudi.l.ex ſti
pulatione.verbigratia iudex aſsignat parti locum nõ tutum
certè niſi velit aſsignationẽ hmõi reuocare requiſitus, iuſta
eſt appellatio ſi ſuper hoc appelleſ.Idem in cõminatiõe, niſi
fortè poſteà coram eo cõſentiret procedere.ĩ.e.cũ ceſſante.
& idem vbicunq; grauat nõ ſolùm verbo,ſed etiã facto: q̃d
plus eſt.ĩ.e.dilecti.j.&.c vt noſtrũ.ff.de legi.l.de quib*. vel ſi
exceptione neglecta ꝓcedit.ĩ.e.ex parte.iij.Ita notat Hoſti.
in.c.allegato vt debitus.&.c.Romana.& ſępe.hoc ti.§. reſtat
videre.verſic.ſed quã dices & idem Archi.in.c.alleg.cõcerta-
tioni.in glo.ſed quid dices &c.& hoc intellige de appellatio
ne iudiciali.Si queris de appellatiõe extraiudiciali. Tunc dic
vt dicam.ĩ.e.vt debitus in fine.diſt.ſi.vt notant Archi.& Io.
13 And.ĩ.c.cõcertationib*.lib.vj.Item iſtud † tẽpus appellatio
nis interponẽdę currit de momento ad momentũ:vt.ſ̃.de re
iudi.c.quod ad cõſultationẽ:vt notat Io. And. extra.e.ti.c.ſi-
cut.ſuper verbo à die in cle.in tantũ quod illo decẽdio cõpu
tatur hora in qua appellaſ,vt in.d.c.quod ad conſultationẽ.
vt notat Ber.ĩ.de excep.c.pia.li.vj.& Arch.ij.q.vj.§.anterio
rum.& Spe.e.ti.§.reſtat.ver.ſed nũquid dies.ſed Cardi.aliter
in.d.c.pia. Aut quęris de tẽpore petitionis Apoſtolorũ.ideſt
xxx.dierum:vt.C.e.tit.l.iudicib*.quę eſt canonizata.ij.q.ij.§.
iudicibus:&.ĩ.e.tit.c.ab eo.lib.vj.ſed à quo tẽpore computẽ
tur iſti.xxx.dies,& diſſentio:nam Accur.ff.de lib.di.l.vna.&
Io.And.d.c.ab eo.& quidã alij tenent ꝙ computanſ à die ſen
tentię vt in prędicta.l.& p̃dicto.§.iudicibus. Quod verũ in-
telligit Io.and.quãdo appellatũ eſt intra dies, aliàs cum quis
non teneaſ appellare,niſi à tẽpore ſcientię ĩ.e.cõcertationi.
lib.vj.Similiter nec Apoſtolos petere,& ſic tẽpora Apoſto-
lorum currere incipiũt,cum tẽpore appellatiõis interponẽ-
dę & ſic à tẽpore ſentẽtiæ.Idem notat ipſe Io.and. extra.eo.
ſicut:ſuper verbo à die.in cle. Et idẽ videſ notare.G. in.d.c.
ab eo.Alij vt Hoſti & Pe.de ſamp.ĩ.e.cordi.lib.vj. & Hoſti.
in ſum.e.tit.§.qualiter.ver.iudex autẽ tenent, ꝙ iſti.xxx. dies
currunt à tẽpore appellationis interpoſitę.ideu tenet G.ex
tra.e.quãuis.ſuper verbo vno cõtextu.in cle. dicens ꝙ licet
in.d.c.ab eo notaſſe videaſ ipſos fore à tẽpore ſentẽtiæ com
putandos,intelligit ſentẽtiæ per appellationẽ ſuſpenſæ dic
ipſos fore demũ à tempore appellationis emiſſæ cõputan-
dos:& ad hoc dicendũ mouetur quatruplici ratione. Prima
ratio,quia licet multæ ſint ſpecies Apoſtolorũ, tamen quo-
ad preſentẽ materiã,vel erant dimiſſorij.de quibus.ff. de.li.
di.l.j.ij.q.vj.§ formã.Aut refutatorij de quibus. C.de appel.l.
vlti.§.in refutatorijs.ff.de app.re.l.ſciendũ. Aut reuerẽtiales.
i.in quibus ob reuerentiã ſuperioris, defertur appellationi
in dubio.de quib*.ĩ.e.cordi.& tunc nec illi nec iſti peti vel
14 concedi poſſunt:donec ſit appellatũ.cùm † nõ poſsit admit-
ti vel refutari appellatio,donec ſit emiſſa: nec ante põt quis
eximi à iuriſditione iudicis à quo donec appellauerit. Eius

enim quod nõ eſt, nulla poteſt eſſe amiſſio vel refutatio ſeu
exẽptio.ar.ff.de le.ij l.ſi ita ſcriptũ.§.ſi ſub cõditiõe.xxxij.q.
ij.c.quod verò.&.c.Moyſes.j̃.de deſpõſ.impub.c.ad diſſoluẽ-
dum.Secunda, quia demũ appellans, & non ante eos petere
adſtringit.& demũ appellato, & nõ ante iudex eos præſtare
tenetur.ij.q.vj.poſt appellationẽ.ff.de.li.di.l.j. vnde abſonũ
videtur dicere, quòd.xxx.dies currãt ad eos petendos, ante-
quam neceſſario ſint petendi: qa tunc reperiretur præſcri-
ptio currere cõtra illum, qui in nulla eſt negligẽtia: quod eſt
contra naturã pręſcriptiõis, quæ eſt in odium negligẽtis in-
troducta.C.de an.excep.l.vlti.ſ.de præſcr.c.j.&.c. vigilanti.
Tertia, quia ſimile eſt tẽpus.j̃.quod habẽt peti, illi tẽpori.j̃.
quod habent concedi in.d.l.iudicibus.&.c.ab eo. Sed tẽpus.
xxx.dierum.j̃.quod habẽt concedi, currit poſt appellationẽ:
vt in.d.c.poſt appellationẽ.&.d.l.j.de.li.di.ergo & tẽpus.xxx.
dierum.j̃.quod habẽt peti, vel aliâs citius currerent habẽti
appellare quã habẽti eos concedere: qd videtur abſurdum.
Quarta, quia certum eſt tẽpus.xxx.dierũ dari de iure benefi
cio appellãti ad petendũ Apoſtolos: vt in dictis iuribus: po-
ne ergo ꝙ appellauerit vltimo momẽto.x.dierum quæ dant
ad appellãdũ quod põt.ij.q. vj.anteriorũ.ſ.ti.proxi.quod ad
conſultationẽ & computa.xxx.dies à tẽpore ſentẽtię: ſic ad
petendũ Apoſtolos, nõ reſtabunt ſibi niſi.xxx.dies, quod eſt
expreſſẽ cõtra prædicta iura, Quinta, quia certum eſt Apo-
15 ſtolos ✝ non poſſe peti niſi per illum qui appellat. Si igit com
putas.xxx.dies, à tẽpore ſentẽtiæ & per conſequẽs antequã
ſit appellatũ, ſic illorum dierum pręſcriptio curret, antequã
ſe offerat poteſtas petendi eoſdẽ: contra.l.j.in fine. C.de an-
na.excep.maximè quia dictum.c.ab eo. expreſſẽ dicit, quòd
ab illo qui appellati habẽt Apoſtoli peti intra.x.dies.ergo nõ
ab alio aliâs currerent antequã appellaret: qd eſt cõtra men-
tem iuris: ſecundũ Ge.Item certũ eſt, ꝙ iſti. xxx. dies currũt
etiam iudici, vt in.c.ab eo. Quomodo ergo deliberabit, an
deferat vel refutet, niſi prius appellatio porrigat. Cùm eius
quod nõ eſt, nulla deliberatio fieri poſsit: vt in.c. allegato ad
diſſoluendũ.cum concordãt.ad hoc maior abſurditas. cũ ſa
tis appellãti ſit petere intra.xxx.dies ſi vltima die petat: qua
le tẽpus reſtat iudici ad petendos Ad.l.iudicib⁹ & ad.§. iudi
cibus.reſpondet G.ꝙ loquũtur de.xxx.diebus.j̃.quos habet
concedi per iudicẽ, non de illis.j̃. quos habet peti vel dato
quòd etiã de illis exponit ibi à tẽpore ſentẽtiæ per appella-
tionem ſuſpenſę ne iura & rationes allegatę obſtent.ar.j̃.de
elect.cum expediat.lib.vj.nam à propria ſignificatiõe diſce-
ditur, vt mens ſeruetur.C.de li.pręter.l.iij.& nota.j̃.de ver.
16 ſignific.intelligentia.Item quia ſermones ✝ legum ſunt intel
ligendi etiã contra ſignificationẽ propriam, iuxta materiã
ſubiectã: & ſub qua poſitæ ſunt.ff.lo. & con.l.ſi vno anno.
Sed.l.illa iudicibus.§.iudicibus poſiti ſunt in materiã de ap-
pellationibus.ergo.xxx.dies de quibus loquitur currẽt poſt
appellationẽ, & non ante: cũ ante non ſit appellatio, quã ſit
emiſſa vt dictum eſt hoc opinio poteſt ſuſtineri tanquã ve-
ra de ſe.Sed propter contrarietatẽ opinionũ, cõſului in peti
tionibus Apoſtolorũ, dum emergebãt, ſeruari opinionem
contrariam Io.and.iuxta illud tene certum, & dimitte incer
tum, de pœ. diſt.iiij.c.ij.j̃. de ſpon.iuuenu & de homici.ad
audientiam. Aut quæris de tempore appellationis interpoſi
tæ intimãdæ & illud eſt vnus menſis cõpręhẽdi ab interpo-
tione ipſius appellationis, vel ſaltem poſt lapſum eiuſdem
menſis, quã cito cõmodè poterit fieri: vt probat extra de ele
ctione.c.cauſam appellationis in clem.& de app.c.j.in cle.eñ
ibi no.per Io.And.& G.illud tẽpus computatur de momẽto
ad momentum: vt no.ibi Io. and. ſuper verbo interpoſitio-
ne.in.c.cauſam.aut quęris de tẽpore appellationis proſequẽ
dæ, vel etiã de tempore appellationis, & tunc enim impedi
mento ceſſante regulariter datur annus à die interpoſitiõis
ipſius appellationis vel à die illati grauaminis, vt hîc & ex-
tra.e.tit.c.ſicut in cle.& facit quod no.Ber.& Hoſti.j̃.e. ſup
eo.ij.in fine.licet Hoſti.j̃.ex ratiõe dicat, ꝙ tẽpora appellatio
nis proſequendæ currunt à tempore die ſententiæ & malè.

Fallit hoc in cauſis electionũ, vbi datur certum tẽpus ad iter
arripiendũ, & ad comparendũ: quod dic.j̃.de elec.c.j.&.c.co
pientes. lib.vj.interueniẽte verò impedimẽto, diſtingue ſe-
cundum Inno. vtrum impedimentũ interuenerit in primo
anno appellationis, poſtquã cœpit proſequi: & tunc etiã ſi
per vnũ diem tantũ fuerit impeditus, quominus poſſit pro
ſequi, & petere ſentẽtiã ferri ſuper cauſa appellatiõu, totus
ſecũdus annus ipſo iure ſine beneficio reſtitutionis, ſibi in-
dulgeret à iure ſicut apparet in authen allegata de his qui in
gre.ad app.licet Pe.de Bella perti.in hoc contra.C.de temp.
app.in authẽ.ei qui appellat.vel vtrum impedimentũ inter-
uenit in ſecundo anno appellationis proſequẽdę, & tunc be
neficio reſtitutionis ei ſubuenit & reſtituetur ei tẽpus, qd
amiſit: nec reſtituetur ei tẽpus, niſi tantũ quãtum amiſit: vt
ff.ex quib.cau.ma.l.ab hoſtibus.§.fin.vt hic notat Ion.j̃.ex
ratione.in.ver, ſed videt: ꝙ ſi tantũ &c. & Hoſt.poſt eũ.Idem
Archi.ij.q.vj.in ſum.in glo.adde verũ eſt ex iuſta cauſa &c.
vbi dicit, ꝙ decre.alleg.ex ratione.j̃.e.loquit ſi ſanè intellega
tur, quãdo per totũ bienniũ fuit impedimentum: aliâs ſi a
primo fatali impediat appellans, etiã per vnam diem habe
bit totũ bienniũ ipſo iure, nõ per beneficiũ reſtitutiõis.Sed
ſi impediat in ſecũdo, reſtituat ſibi tempus impedimẽti ſe-
cundũ Archi.ibi idem. Io.and.j̃.de elect.c.ſi electio.glo.li.
vj.Et idem videt approbare G.extra.e.c.ſicut glo.antepen.
in cle.vbi remittit ad glo.Inn.in.c.alleg.ex ratiõe.& hoc pla
cet Accur.in authen.ei qui.C.de temp. app.ꝙ poſt ſecundũ
annum per reſtitutionẽ prouideat tamen videtur velle, ꝙ re
ſtituat integer annus.dicendo, ꝙ tertius annus datur per re-
ſtitutionẽ.Sed ipſe Accur.in authẽ.de his qui ingre.ad app.§.
ſi verò coll.v.tenet, ꝙ ipſo iure nõ currit bienniu impedito.
Et idem no.in authẽ.de app.§.ad hoc. colla.iiij.&.ff.ex quib.
cau.ma.ſed & ſi per prætorẽ. gloſ.j. Sed cõtrariũ notat io au
then.de his qui ingre.§.vnde hoc.in glo.j.&.C.de temp.app.
in authen.itẽ ſi appellatione.Sed cõcordari poſſunt hæ glo.
vt dicit Ber.in.d.c.ex ratione.vt diſtinguat impotentia pro
ueniens ex facto iudicis, cum determinatione quã ponit Io.
17 And.ibi per.l.vlti § illud.C.de temp.app.l.ꝙ tunc ✝ demũ ne-
gligentia vel impotẽtia iudicis excuſat, quãdo ſibi per ſupe-
riorem eius appellans ꝓuidere non põt vel ſaltem nõ.j̃ tẽ-
pus fatale ſecundũ de quo loquit ille.§.ibi.cũ ſit ei apertiſſi-
ma facultas noſtrã adire maieſtatẽ, & tarditatem iudicis in
querelã deducere: & noſtro bñficio potiri quia tunc ipſo iu-
re illæſus. Et idem ſi de volũtate partium ſi ex proprio im-
pedimento reſtituatur ſi per tertium qui non eſt ſoluendo,
etiam reſtituatur & ſolum tẽpus reſtituetur quo læſus fuit
vt dictum eſt ſecundũ Innocen. ita notat Ioan. And. ibi &
adde quod dicam ibi poſt eum. Et quod dictum eſt de impe
dimento, idem intellige, ſi appellans fuit deceptus per ali-
quem, qui dixit ei ꝙ terminus fuerat prorogatus, vel iudex
excõicatus, vel mortu⁹, vel vltra mare.ſ. de reſti.in integ.ex
literis. ſecundũ Hoſti.j̃. e.c. ſępe.in fine. Et intellige ꝙ non
18 ✝ ſufficit, ꝙ intra tẽpus legitimũ incipiat appellans appella-
tionem ꝓſequi, niſi etiam ipſum finiat: quod põt habere lo-
cum in appellationib⁹ factis ad alium, quã ad principem.In
illis verò quę fiũt ad principẽ, videt ſufficere, ꝙ intra tẽpus
legitimũ incipiat appellans appellationẽ proſequi: & ſi cau-
ſa finita non ſit: quia ibi abſq; damno morę, manet cauſa fi-
nita.ij.q.vj.§.appellatore. &.j̃.c. inſinuante.C. de temp.app.
in authẽ.ſed hi.ſecundũ Hoſti.in.c.alleg.ex ratiõe.Sed Hug.
notat.ij.q.vj.anteriorũ.ver.ad hoc idem in quolibet alio iu-
dice, qd in imperatore.ſ. ꝙ cauſam poſsit ita differre pręſen
tim de volũtate partiũ. Sed cõtra videt, nam licet terminus
legalis pręuenire poſsit, nõ tamen põt prorogari.vt.j̃.e.obla
19 tę.ver.quia tamen vbi notat.Io.ꝙ ✝ terminus legalis nõ po-
teſt protendi.& ibi de hoc in glo.pars appellata.Sed ſi vis ſu
ſtinere ſententiã Hug.rñdeas verum eſſe, ꝙ nõ põt proroga
ri contra voluntatẽ partiũ.vt notat Archi.in.c.alleg.anterio
rum.ver.ad hoc ſuper verbo donec. Et vide quod notat ipſe
Archi.ibi ſuper verbo intacta.& Hoſti.j̃.e.ex inſinuatione.
ver.

ver. cum & ſecundũ. Iſte tamen annus appellationis proſe-
quendæ, vel etiã finiendæ nõ computaſ de momẽto in mo-
mentũ, ſicut de decendio appellatiõis anterponẽdæ dictum
eſt: quia in iſto anno nõ computaſ dies, in quo appellaſ: ſi-
cut latis probaſ in.c.allegato.ſicut extra.e.tit.in cle. ibi quã-
do dicit.j̃.annum à die interpoſitionis ipſius &c. per quod
videtur, ꝙ illa pars diei, in qua appellaſ, cedit lucro appellã-
tis nec computaſ in illu anno.ſic.j̃. de elect.c.ſtatuimus. de
reſti.ſpo.c.frequens.& de excep.c.pia. de præbẽ. ſtatutũ.lib.
vj.vt no.Io.an.in.c.alleg.ſicut. ſuper verbo à die.& credo, ꝙ
20 bene qa† appellatio eſt fauorabilis, & fauorabiliter introdu
cta: quia ad releuamen oppreſſorũ, & vt iniquitatẽ vel impe
ritiam iudicãtiũ corrigat.ff.e.l.j.in prin.ij.q.vj.c. omnis op-
preſſus.&.c.ad Romanã. Ex quo ergo eſt fauorabilis, & eius
proſecutio fauorabilis, & ſic præſcriptio annalis: eius proſe-
cutioni impediẽs odioſa.hoc propoſito.ſ.quòd ſi aliquid eſt
fauorabile, & eius proſecutio fauorabilis.patet in ſpualibus:
puta matrimonijs & alijs quę ſunt fauorabilia: & ideò eo-
rum ꝓſequutio eſt fauorabilis: qa ſummaria & de plano vt
extra.de iudi.diſpendioſam.iuncto.c.ſępe cõtingit.de ver.ſi
gnific.in cle. Quę ratio ceſſat in tẽpore appellationis inter-
ponẽdę quia appellatio quę notãda eſt, non põt eſſe fauora
bilis.ar.ff.de col.bo.l.vlti.de iniuſt.rup. irrito teſtamẽ.l. ſed
& ſi ſub cõditione-§ poſt defectũ, licet Ge. ibi cõtra. Et iſta
intelligas vera, quãdo iudex appellatiõis cognoſcit de meri
tis cauſę appellationis.ſi verò cognoſcat de nullitate ſenten-
tiæ quod põt: vt notat Inn.j̃.de preb.dilecto. & de in integ.
reſti.cõſtitutus. Et G.extra.de re.iudi.c.j.in cle. Quod credo
verum, ſaltẽ eſt talis iudex, qui põt adiri per viam ſimplicis
quęrimonię ſecundũ G.de mon.Lau. ibi tũc aut cauſam vbi
eſt periculũ animæ: & tunc poterit agi de nullitate pręſum-
ptiune tẽporis.vt.ſ̃. tit. proxi.c.lator.c. tenor.&.c.cõſangui-
nei. Aut eſt alia cauſa, in qua nõ eſt periculũ animæ, & tunc
vſq; ad.xxx.vel.xl.annos, nõ vltra agi põt, cũm omne ius agẽ
di illo tẽpore tollatur: vt.C.de quadri.ꝓſcrip.l.ij.de præſcrip.
xxx.vel.xl.annorũ.l.omnes.niſi fori vel loci cõſuetudo aliud
inducat.ar.ſ̃.de eo.qui mit.in poſſ.cum veniſſent. tali enim
conſuetudini debet ſtari.ar.op.C. de veteri iur.enu.l.j.§. de-
bet & ſi quę leges.ad hoc facit qđ no.Hoſti.ſ̃. de cõſti.ex li-
teris.j̃.de crimine falſi quã graui.& Inn.ſ̃.de offi.le. ꝙ trãſla
tione: ſed per modũ exceptionis perpetuò de nullitate op-
poni põt .quia quæ tẽporalia ſunt ad agendũ, &c.ff.de ex-
cep.doli.l.purè-§ fin.vt notat Ge.in.d.c.j.extra de re iud.
21 ¶SECVNDO quæritur† vtrum condẽnatus de crimi
ne notorio poſsit appellare à cõdemnatione. Phi.& Gof.de
coha.cle.veſtra & La.ij.q.v.c.pręsbiter.ſi à plebe.& Ber. hîc
tenent ꝙ non per hanc decretalẽ in.c.ſi.&.j̃.e.c. peruenit ad
nos &.c.cõſuluit. quod alij fateſ in notorio facti. ſed in no-
torio iuris dicunt contrariũ: quod reprobaſ j̃.e.cum ſpãli-§.
porrò. Alij dicũt ſemper appellari poſſe, niſi tria cõcurrant:
videlicet ꝙ fuerit cõfeſſus, teſtibus cõuictus, & argumẽtis ſu
peratus.ij.q.vj-§-ſunt quorũ.ver.nullus homicidarũ. Spec.ve
rò de app-§-in quibus.ver.decimo diſtinguit, qa aut eſt noto
rium per rei euidentiã, & tunc nõ appellat: vt hic.&.c.perue
nit.&.c.cõſuluit. alle.&.j̃.e.reprehẽſibilis.de ſpon.ex literis.
in fine de vſuris qa pernicioſam.C.de app. cõſtitutiones quo
22 rum appellationes nõ recipiunſ.l.ij.nam appellatio† nõ de
bet eſſe vinculũ iniquitatis: vt hîc.&.j̃.eo.ad noſtrã.&.c.re-
præhenſibilia. aut eſt notoriũ ſolùm per famã & tunc audiſ
appellãs: vt hic in fine. Aut eſt notoriũ iuris, & tunc ſi aliter
quàm per confeſſionẽ auditur appellãs: ſed ſi per cõfeſsionẽ
non audiſ.C. quorũ app.non reci.l.obſeruare.niſi dum con-
feſſus appellare põt: iuxta nota.Inn.ff.de app.l.vlti.ſuper ver
bo obſidioni. Aut eſt notoriũ facti ꝓſumpti, & tunc appella
tio recipiſ, ſicut & reciperenſ probationes.j̃.qui filij ſint le
gitimi.c.trãſmiſſæ. ¶ Henricus aũt.j̃.de coha.cleri.c.veſtra
diſt.ij.circa hoc: ſic diſtinguit qa aut quæriſ vtrum appella
re poſsit vtrum iudex à quo eſt appellatũ teneatur appella-
tioni deferre. Aut vtrum iudex ad quem eſt appellatum, te-
neatur appellationẽ recipere. Si quæritur vtrũ poſsit appel-
lare, & tunc dic, ꝙ ſic.vt not.per Io.j̃.e. Romana-§ ſi autẽ in
glo. ergo notorius. vbi etiam hoc notat Cardinalis. Si verò
quæras de iudice à quo, dic ꝙ deferre non teneſ ex iuribus
alleg.&.j̃.paſtoralis.niſi appellans, in appellatione cãm pro
babilem exprimat: puta in cõfeſſione tormẽtorũ, terrorem
vel errorem facti.ff.ad.l.Aquil.l.inde Neratius-§ vlti. &.l.ſe-
quenti.aut ipſius cõfeſſionis declarationẽ.j̃. de accuſa. cum
dilecti. vel aliam cauſam rationabilẽ.ff.de confeſ.l.penul.&
vltima. Aut quæris de iudice ad quẽ, & tunc dic idem quođ
in caſu immediatè præcedẽti, eadem ratione. Nec obſtat ꝙ
quis in appellatione à definitiua, non tenetur cãm exprime
re vt legitur & no.j̃.e.cordi.lib.vj.&ff.de app.l.uj.quia licet
hoc ſit verũ regulariter, tamen hîc iudex nõ tenetur deferre
niſi reperiat cauſam expreſſam: eò ꝙ ius generaliter ꝓhibet
appellari. Expedit ergo ꝙ exprimat, licet aliâs nõ teneatur:
nam ſi non expreſſerit, & ſentẽtia ſit mãdata executioni an-
te inhibitionẽ, tenet, licet iudex ad quẽ inhibere poſſet: vt
prædicto-§ ſi autẽ. Vnde ſi intra octo dies poſsit probari cau
ſa notorij, & propter hoc lata fuerit ſentẽtia excõicationis,
non relaxabitur niſi præmiſſa congrua ſatisfactione: vt.j̃.de
ſentẽ.excõ.ſolet-§-in prima. Vnde nõ adſtringitur hîc appel-
laus, cauſam exprimere, vt in iuribus allegatis tamẽ expedit
exprimere propter leuiorẽ appellationis receptionẽ & inhi
bitionem faciliua obtinendã ſecundũ Hoſti. Cardi. Archid.
& Io.in prędicto-§ ſi aũt. Ex quorum dictis ſumpta fuerunt
per Henricũ omnia ſupradicta. Qualiter aũt ab indicta pur
gatione appellare licet: collige ex lectis & notatis j̃. de purga.
ca.c.nos inter.& in prędicto.c.pręſbi.ſi à plebe vbi de hoc ꝑ
Laur.& Archi.& hic per Phi.& Go.quos omitto: quia tran
ſcendit materiã decre.de quo latius ſcr.pſi.j̃.e. titu.c.conſu-
luit.j.in ſecunda oppoſitione & in.j.q.
23 ¶TERTIO quæritur vtrum † iudex.j̃.territoriũ ſuum
exiſtens poſsit excõicare ſubditũ ſuum extra territoriũ ſuũ
exiſtentẽ ſi contumax ſit. Super quo vide quæ ſcripſi.ſ̃.eo.c.
in expoſitione literę ad finem ſuper verbo excõicauit. Et ve
rè quicqđ ſcripſerim ibi poſt Mar.magis mihi placet opinio
Pauli.videlicet ꝙ non poſsit per prædictũ.c. vt animarũ. in
fine.quia licet loquatur in ſtatuto, tamen ratio quã ponit ibi
textus videlicet ꝙ extra territoriũ ius dicenti non paretur
impune generalis eſt ad ſtatutũ & ad ſententiã: nec apparet
ratio diuerſitatis inter iſta.ar.ff.de ver.ob.l.à Titio in fine.
24 ¶QVARTO quæritur, qualiter iudex † põt abbreuia-
re vel prorogare tẽpus ꝓfixum ab homine vel à lege: de quo
tetigi in cle.eccleſia. de in integ. reſti.in.v.q.& remiſi ibi ad
locum iſtũ. Item tetigi de hoc.ſ̃.de offi.dele.de cauſis.ad finẽ
primę qõnis vbi de hoc per Henricũ in.j.diſt. Et de hoc etiã
tetigi poſt Car.j̃.de elect.cupiẽtes.lib.vj.in prin. ¶ Henricũ
vt habeas plenius iſtam materiã, quæritur primò quid de tẽ
pore ſtatuto ſeu limitato à iure & hîc ſunt opiniones. Nam
Hoſti.tenet ꝙ ex cauſa poteſt breuiari & prorogari per iu-
dicem vt hic: &.ſ̃.de procur. dilectus.vt plenè no. per eum
ſ̃.de dila.c.j. Sed Car.Archi.& Car.in.j.c.cupientes.in prin.
ſunt in opinione cõtraria, notat enim ibi, quòd circa tẽpus
à iure ſtatutũ, non habet locum iudicis arbitriũ, nec per eũ
arctari poterit vel etiam prorogari: vt probatur & patet de
tempore quatuor menſiũ, indulto cõdemnatis ad ſoluẽdũ:
vt.ff.de re iudi.l.ſi ſe nõ obtulerit-§ ſi quis cõdemnatus.& in
decem.diebus qui dantur ad appellandũ. in authen.de app.
& intra quæ tẽpora.ap.debet-§ j.colla.iiij.&.C.de app. in au
then.hodie &.ij.q.vj.anteriorũ. & in ſpatio. iiij. annorum:
quod datur ad petendũ reſti in integrũ vt.C.de temp. in in-
tegrũ reſti.pe.l.vlti.ſ̃.de reſti.in inte.c.j.&.ij. lib.vj. &.c.j.in
25 cle. Et eſt ratio, quia† beneficiũ iuris nemini eſt auferendũ.
xxviij.diſt.de his.j̃.de re. iuris.c.indultũ.lib.vj.vbi de hoc.ꝑ
Dy.& Nouel. Et hoc verum, niſi in illo iure vel alio caueaſ,
quòd illud tẽpus ſit arbitrariũ. & poſsit per iudicẽ abbre-
uiari & prorogari: quia tunc ſecus.& ita intelligunt & non
obſtãte iſta decre.&.j̃.e.oblatę vbi de hoc.ff.de iudi.nõnun-

quám.& de re iudi.l.ij.idem notat Archidi.in.c.alleg. de his.
xxviij.diſt.& G.de mon.lau.extra de vi.& ho.cleri.c.j. ſuper
verbo deſtiterim in cle.Et idem notat dñs Iac.de Ra.C.quo
modo & quñdo iudex in authenti.qui ſemel.;ſi tamen velles
iſtam materiã latiùs & ſpãliùs explicare,ſic poſſes diſtingue
re nam quoddã eſt tempus ſtatutum & limitatũ à iure ſolo,
quoddam ab homine ſolo,quoddã verò eſt ſtatutũ& limita
tum ab homine & firmatũ à iure.Si quæris de primo, refert
aut quæritur de tẽpe ſtatuto à iure circa iudicialia, aut circa
extraiudicialia.Si primo modo, tunc aut quæris in caſu vbi
tempus imponitur & limitaẽ iudici ſoli ad aliquid facien-
dum,& maximè pœnam ſibi ſi nõ fecerit imponendo. Aut
imponitur & limitaẽ iudici,& etiã partibus & maximè pœ
nam illi per quem fecerit imponẽdo.Aut limitaẽ ſolis parti
bus ſeu alteri partiũ. Si in primo modo, tunc tale tẽpus per
iudicem arctari vel prorogari nõ põt.ita intelligo.C. vt oẽs
tam ciuiles quã mili.l.j.in fine & de decu.l.generali.libr.x.&
de app.l.à iudicibus.& de temp.l.vlti.&.ĩ.de app.c.vt ſuper.
c.ab eo.& de ſent.excõ.c.cùm medicinalis.§.j.&.ij.libr.vj.cũ
ſuis concor.in quibus pœnæ iudicibus imponũtur: ita etiã
intellige.C.de ędi.priua.l.ſi.&.ĩ.de no.oper.nunc.c. fina. Et
eſt ratio ne ſit iudex in cauſa propria.C.ne quis in cauſa pro
pria ius ſibi dicat.in rubro & nigro. Pro hoc.ſ̃. de temp.or.
dilectus.vbi habes,ꝙ prælati contra canones ſibi pœnã im-
ponentes diſpenſare nõ poſſunt.Si ſecundo modo,tunc idẽ
in eadẽ ratione, vt patet in triennio.ĩ.quod debet finiri in-
ſtantia iudicij.C.de iudi.properandũ.§.ſinautẽ vtraq; parte.
& per totum vbi pœna imponiẽ illi,ſiue iudici ſiue parti,per
quam ſtat quominus intra trienniũ finiaẽ quod quidẽ tem-
pus per iudicem immutari non põt: vt notat ibi glo. ſuper
verbo fiſcale.in fine.Si tertio modo,tunc aut ipſum ius abſq;
aliquo miniſterio iudicãtis tacito vel expreſſo,indulget tẽ-
pus ſiue dilationẽ aut per miniſteriũ iudicis, indulget tem
pus ſiue dilationẽ. Si primo modo, tũc tempus ſiue dilatio
per iudicem abbreuiari vel prorogari nõ poteſt, niſi in iure
contrariũ caueatur. Et,præſertim quãdo per hoc alteri poſ-
ſet magnũ præiudiciũ generari:vt patet de temp.ordi.x.die
rum qui dantur ad appellandũ.in authẽ.de app & intra quæ
tempora.§.j.colla.iiij.C.de app.in authen.hodie.&.ij.q.vj.an
teriorum.quod per iudicẽ immutari non põt: vt notant hîc
Ber.& Hoſti.& Io.and.&;Dy.ĩ.de reg. iuris.c.indultũ. li.vj.
& patet in tẽpore octo dierum quod datur ipſo iure ſiue mi
niſterio iudicis,ad probandũ exceptionem.ĩ.de excep.c.pia
lib.vj.vt not.Spe.rubri.de dila.§.j.ver.ſed nunqd currũt &c.
Idem de tẽpore.iiij.annorũ,quod datur ad petendũ reſtitu-
tionem in integrũ.vt.C.de temp.in integ.reſti.pe.l.vlti.ĩ.de
in integ.reſti.c.j.&.ij.lib.vj.&.c. vnico in cle. Et in tempore
anni vel ex cauſa biennij quod datur ad appellationẽ finien
dam.C.de temp.app.aut.ei qui appellat.Et not. Accur.C. de
litis cõteſt.authen.offeraẽ.in.v.glo. in fine vt hîc notãt Ber.
& Hoſti.&.ĩ.e.ex ratione.&.c.oblatę.vbi de hoc in.iiij. glo.
Et eſt ratio,qꝛ huius beneficiũ temporis à iure indultũ, de
negari non debet. ar.c.alleg.indultũ & in authẽ.de nupt.§.ſi
verò ſolum. colla.iiij. Si verò per iudicis miniſteriũ lex vel
canon indulget tẽpus,ſiue dilationẽ,tunc aut lex vel canon.
ſtatuit maius tẽpus non dari, & tunc iudex abbreuiare põt,
etiam ſine cauſæ cognitione:vt patet de tẽpore quod datur
ad producendũ teſtes abſentes. Ita intellige.C.de dila.l.j.&.l.
ſiue pars.prorogare verò nõ poteſt:vt.C.de legi.non dubiũ.
quod dic vt notat Ber.ſ̃.de dila.prętereà.Aut ſtatuit minus
tempus nõ dari,& tunc maius etiam ſine cauſæ cognitione
iudex dare poteſt.ff. de re iudi.l.iiij.§. ſi quis cõdemnatus. Si
minus tẽpus non põt dare ſine cauſę cognitione:vt ibi &.C
quomodo & quãdo iudex in authen.qui ſemel niſi parte cui
per hoc præiudicatur cõſentiente ſecundũ Hoſti.in.c.quod
ad conſultationẽ.ĩ.de re iudi.l.ij.ar.ff.de iudi.l.nunquã.&.ſ̃.
c.quod ad conſultationem.circa finem & ita ſentiunt Iac.de
are.& Ty.C.de dila.l.j.Aut ius nihil ſtatuit de maiori vel mi
nori tempore dando vel denegando,& tunc hîc articulatim

proſequere multa tempora. Nam ſi ad iter arripiẽdum vel
ad comparendum prorogationi vel, abbreuiationi non eſt
locus:vt de elect.c.ſtatuimus. &.c.cupientes. in princ. li.vj.
& cle.cauſam electionis.e.tit. cum notatis ibi per glo. ſuper
26 verbo tempus. ¶ Ad citaodũ verò, tẽpus † datum ex cauſa
arctari poteſt vt.l. nõnunquam &.c.conſuluit.allegato notat
Gof.de probat. licet & Archi.iij.q.iij ſpacium. ¶ Ad delibe
randum autem arctatur & prorogatur.vt in Spec.de proro.
gatione.§ ſit autem & per Laurẽ.in cle.vna de in integ.reſti.
Et per glo.in authen.de exhi.reis.§.ſancimus.licet ſit Accur.
contra in authen.offeraẽ. ¶ Ad declinatorias,vel dilatorias
& perẽptorias proponẽdas abbreuiatur cum cauſa,& cauſę
cognitiõe patet de declinatorijs & dilatorijs de excep.paſto-
ralis.notãt Ber.& Hoſ.de proba.quoniã cõtra.& de perẽpto
rijs,patet quia etiã per iudicem limitatè aſsignari poteſt.ĩ.
j.c.licet. & de teſti.cum cãm de fide inſtru. cum accepimus.
& ſcripſi poſt Innoc.& Hoſtiẽ.in.c.paſtoralis &.c.licet & de
elect.quod ſicut.&.c.ſtatuimus.& no.in Spec.de excep.§.di
cto.ver.vtrum aũt & per Archid. xvj.q.ij.in ſumma.Et per
27 Dynum in.c.indultum.& per Lau.in cle.alleg.Termini ſu
rò iuris ſunt in declinatorijs.xx.dies vt authen.offeraẽ.no
tat Inno.in.c.paſtoralis.vel donec in iudicem tacitè cõſenſe
rit.ſecundũ Hoſti.;ibi ac Bernardũ & alios de re iudic.inter
monaſterium.& Spec.de recuſa.§.ſit aũt. & de excep.§.nūc
videndũ circa principium facit.C.de except.l.vlti.in dilato-
rijs verò tẽpus eſt ante lit.conteſt.C.de procu.l.ita demum.
de proba.l.exceptionẽ.de excep.l.penul.& no.ſ̃.de off.dele.
prudentiã.§ ſexta & c.ſuſpicionis.& in.c.quoniã cõtra &.c.
inter monaſterium alleg.&.ĩ.c.cum ſpeciali.& in perempto
rijs,ante concluſionẽ cauſæ. C.ſen reſtin. non poſ.l. perem-
ptorias.& de excep.l.pręſcriptionẽ. & de præſcript.auditis.
& de fide inſtru.cum dilectus. ¶ Ad probandũ verò,quali-
ter poſsit arctari vel prorogari videamus, hic verò tempus
iuris in declinatorijs,eſt ante lit.cõteſt.& in dilatorijs,poſt-
quàm actor ſuam probauit intentionẽ: vt.C.de proba.l.ex-
ceptionem.vbi de hoc per glo.in perẽptorijs verò ante cauſę
concluſionem:vt.c.licet.&.c.cùm cauſam.alleg.& de fide in-
ſtru. accepimus. & hîc tẽpus cum cauſa,& cauſę cognitiõe
arctatur in iuribus allegatis & prædicto.c.prudentiã.§ ſexta
& prædicto.c.paſtoralis. Et notat Archi.in prædicto.c. ſpa-
cium.& ibi probatur.& C. de dila.l.j. quia dicit in non am-
plius.ar.xxv.diſt.qualis & de præſumpt.nonne.¶ Ad produ
cendum inſtrumenta,idem videtur.ſ.quòd poſsit abbreuia-
re ex cauſa: vt ꝓdicto.c.cùm dilectus:&.ff.de ędén.l.j.§.ędẽn
da. Et de optione leg.l.mancipiorũ.C. de re.pig.l.ſi eo tẽpo-
re.C.de inge.manumiſ.l.diffamari.C. q accuſare nõ poſſunt.
l.ſi ea quæ.ar.ff.ſi certũ pe.l.quidam.de dolo.c.finem.vide in
Spe.de inſtru.ędi.§.nũc dicamus.& glo.in cle.Sępe.§.& qꝛ de
ver.ſigni.ſuper verbo.partes.& ſup verbo non obſtãte.licet
ſine cauſa nõ poſsit:ſcd̃m Lau.ibi,& hanc tenuit Odoſ.Sel
la.de Ra.cõtra pro quo authẽ.de iudi.authẽ.iubemus.Cy.
tamen poſt Ia.de are.e.tit.l.iudices.ad finẽ ſecundę q̃onis,vi
detur diſtinguere,qꝛ aut ius aduerſarij nõ eſt lęſum,& tunc
Ber. ad fin. glo. ¶ Subdit Collectarius ꝙ non oportet, ꝙ ap-
lans in primo anno impeditus petat annum ſecũdum: quia
datur ſibi à iure. j. c. ſignificãte. & c. ij. q. vj. biduum. circa prin
cipium. ¶ Sed quicquid dicat Hoſti. hodie habemus expreſ
2 ſum, ꝙ intra † annum debet eſſe appellationis cauſa finita vt
in cle. ſicut appellationem. j. c. Oldr. autem in quadam qõne
allegando dicit, ꝙ ſufficit ꝙ appellans ad curiam fuerit dili-
gens immittendo tali tempore, ꝙ ceſſante impedimento iu
dex potuerit impetrari & appellationis cauſa peragi. & fini-
ri. argu. ff. de dam. infe. l. cum poſtulaſſem. circa principium.
& de re milit. l. qui commeatus. ¶ Nec obſtat, ꝙ fuit modico
tempore impeditus, quia ſecundus annus datur à lege. argu.
ff. de mino. l. intra vtile. & C. de adul. l. vlti. in fi. & de excu.
tu. l. ſi cum ipſe. & ideò integer debet ſibi dari. arg. ff. ad tur-
pil. l. ſenatus § vlti. & de ver. ſigni. l. in itinere. ſtatim enim ex
impedimento quæritur beneficium ſecũdi anni appellato:
& ideò per ſubſequentem negligentiam non aufertur. argu.
in authẽ. de nup § ſi verò. & tamen non propter hoc currit
annus ſecundus. argu. ff. ne ſucceſ. edic. l. j § ſed videndũ. quia
aliâs non daretur ſecundus annus ſine bienniũ ſicut vult tex.
in authẽ. de his qui ing. ad appel. in princi. & C. de temp. ap.
authẽ. ei qui ſecũdum cum. ¶ Sed caue quia iſtud de iure nõ
procedit. prout. j. declarabo in. xv. & xvj. qõnibus. vnde dic
vt ibi, *per impotentiam*. ex impedimẽto perſonæ puta appellã
tis vel appellati aut procuratoris alterutrius aut iudicis vel
notarij ſeu nuncij citantis ſeu cauſæ puta ex defectu proba
tionis vel proceſſus prouenientis. ¶ Sufficit enim quęlibet
iuſta cauſa. vt. s. eo. cũ ſit Romana. & ff. ex quib. cau. ma. l. j §
ſi. cũ ſimi. Et fa. quod hic no. in glo. per Ber. ſuper eodẽ ver-
bo, *conſtiterit*. per legitimã probationẽ. iij. qõ. v. quiſquis. vij.
q. ij. præſentiũ. *nolumus*. per beneficiũ reſti. in integ. ſecũdum
vnã lecturã. vel nolumus quia nec velle debemus: & ſic ipſo
iure ſeruantur illęſi, ſecundũ aliã & hîc vltima placet Hoſt.
maximè attenta ſimplicitate iure canonici. argu. de iudi. di-
lecti. j. eo. ad audientiam.

¶ PRIMO quæritur ad expeditionẽ glo. Ber. & magnę
glo. Inno. ibi *dummodo proſequutionem ipſius per impotentiam con
ſtiterit omiſiſſe*. qualiter iſta exemplificantur & intelligãtur?
¶ Bernar. in princi. gl. ſuæ ponit tria exempla. ¶ Et idẽ po-
nit hîc Inno. in effectu in principio glo. ſuæ allegans eadem
iura. & ff. de mino. l. intra vtile. & ff. ſi quis cautionibus. l. ij.
§ ſi. Et addens idẽ ſe dicere, ſi ſui facilitate lapſo primo an-
no, &c. & ad hoc adde omnino quæ ſcripſi. s. de præſcrip. c.
auditis. in ſecundo notabili, vbi poſui latã diſtinctionẽ repe
ries qualiter non valenti agere currit præſcriptio. Itẽ etiam
adde iſtis ea quæ ſcripſi. s. eo. tit. c. cũ ſit Romana. in. j. qõne,
vbi etiam longã diſtinctionẽ reperies, circa id quæ tempo-
ra cõpetant appellanti Nouella aũt etiã remittit ſuper mo-
dis quib⁹ quis impeditur appellationẽ proſequi, ad effectũ
de quo hîc agitur. ¶ Ad Spe. de appel. § nũc breuiter in. j. &
ij. colum. & ſubdit etiã Nouella. ꝙ Io. de Deo. lib. j. q. xxij. te-
net fatalia nõ currere, quãdo viæ ita ſunt clauſæ ꝙ ſine peri-
culo curia nõ põt adiri: inducens ad hoc. ij. q. vj. interiorũ.
§ ad hæc. & xxxiij. q. ij. § fine & s. vt lit. nõ cõte. c. accedẽs. ij.
& hanc decretalem & adde omnino quæ ſcripſi. j. e. c. in. vj.
q. verſu quod impedimentũ. ¶ Et ad id quod dicit Berũ. de
arbi. inducit cle. quãdiu. j. eo. in tribus ſuppleti auth. ſi tñ. C.
de tẽpo. appel. vt ibi no. ¶ Item ad id quod dicit Ber. dari re
ſtitutionẽ circũuento per dolũ alterius illo nõ exiſtente ſol-
uẽdo. ¶ Simile habes notatũ. s. de præſcri. auditis in glo. vlt.
¶ Item per illud quod dicit Ber. de cõpul. iudi. & per. l. vlti-
mã § vlti. C. de tẽpo. appel. videtur poſſe inferri iſta cõcluſio
3 ſcilicet ꝙ tunc † demũ negligẽtia vel impotẽtia iudicis, ex-
cuſat quãdo ſibi per ſuperiorẽ eius appellans prouidere nõ
põt vel ſaltẽ quãdo hoc nõ põt facere intra tempus fatalis ſe
cũdi. de quo loquitur ille § vltimus ibi enim cũ prædixiſſet
poſt ſecũdũ fatale, appellãtẽ etia cũ per iudicẽ ſterit cadere
ab appellatorio iuuamine ad literã ſic ſubdit, *cum ſit ei aper-
tiſſima facultas noſtram adire maieſtatem & tarditatem iudicis in
querelam deduci & noſtro beneficio perpotiri*. ſiue ergo illud *cum*.
ſit redditiuum cauſæ, & ponatur pro quia ſiue proponatur
pro quando, vt notatur per Nouellam. j. de commodato. c.
vno. in princi. concluditur quod prædixi. aliâs enim non ſa-
tisfaceret ei, quod ibi præcedit videlicet ꝙ ſumma ope de-
bet appellationem proſequi.

¶ SECVNDO quæritur occaſione eorum quæ ſcri-
pſi, in qõne. s. proxima. verſu item per illud vſq; in finẽ quæ
4 ſtionis, quę hîc nõ repetas, qualiter † negligentia iudicis ex-
cuſat appellantẽ & videtur ꝙ nõ excuſet de per ſe: per prędi
cta maximè ſi appellans potuit facere cum ſuperiore ipſius
iudicis, ꝙ ipſum iudicẽ cõpelleret, aut aliũ iudicẽ daret per
illud quod hîc no. Ber. hîc ver. ſi. glo. ibi vel quia non potuit
facere &c. ¶ Caue tamen ordinarij vel in ſubdelegato dele-
gati Apoſtolici, patet aliud remedium videlicet reaſſumen
di cauſam, aut alteri delegandi maximè igitur quando ipſe
delegans, eſt præſens hoc nõ debet prætermittere appellãs:
& ex prædictis patet, ꝙ nõ excuſat negligẽtia iudicis, ſi ap-
pellans potuit facere erga ſuperiorẽ prædictas diligẽtias, &
nõ fecit. ¶ Et facit bene pro hoc quia ſummitas dicit quę-
5 dam in re ſuprema quo nihil amplius vnde † in diuinis tri-
nitas dicitur ſumma: vt. s. & C. de ſumma trinitate in rubri.
& Deus dicitur ſummus. C. de ſum. tri. l. ij. & in humanis an
nnatis, Romanus pontifex dicitur ſummus. xxj. diſt. § de ſta.
mo. cũ ad monaſteriũ in ſi. Et in meritorijs, ſummũ bonũ di
citur iuſtitiã colere. xij. qõ. ij. cũ deuotiſſima. & ſummopere
cauendum eſt, ne violentus &c. xj. q. iij. ſummopere. ¶ Si er-
go appellans ſumma ope niti debet ad finem litis, ergo tũc
ſolũ excuſatur, ſaltẽ poſt bienniũ, cũ nõ habeat vltra quid fa-
ciat. & ad hoc. s. de iudi. cũ nõ ab homine. Habẽs aũt copiã
delegãtis, per quã altero de tribus modis ſupradictis, ſibi po
teſt prouideri, illud non petens, non videtur ſumma ope
viſus: & ſic per lapſum fataliũ, appellatio eſt deſerta. ¶ Hoc
etiam ſcias aliquos tenere etiam, delegatum Papæ qui negli-
ger per ſuum ordinarium ad hoc vrgeri poſſe ſuper quo vi-
de quod ſcripſi de reſcri. c. vlti. ſuper vlti. glo. Nouella. Et ſu-
per illo generali quod per me nõ ſtat &c. quod inducit Ber-
nar. vide lecta & notata. s. de eo qui mit. in poſſ. c. ij. & j. de
regu. iur. imputari. lib. vj.

6 ¶ TERTIO quæritur nunquid † vt impedimentũ ex-

cuſet appellantem ad proſequutionem appellationis prote
ſtatio ſit neceſſaria?& hîc ſubintro magnã gloſ Inno. ¶ Di-
cit Inno. ꝙ prudenter faciet, qui leui impedimento detẽtus
vt non poſsit proſequi ſuã appellationẽ, ſi impedimentum
ſuũ proteſtetur coram iudice à quo appellatum eſt, petẽdo
ne procedat. & coram executore, petendo ne ille ſentẽtiam
exequatur: & appellando ſi cõtra fecerit. Sed pone ꝙ obmi-
ſerit proteſtari, & ꝙ iudex fuerit ſententiam executus, quid
tũc fiet? reſpõdet Inno. ꝙ tunc ſi nullũ erat impedimẽtũ, te-
nebit executio etiam nulla citatione facta: cum enim lapſu
7 †anni rata maneat ſentẽtia, ſi nullo impedimẽto tenetur,
iudex eam exequi poteſt: & eſt ratio quia executor nec in ci
tationibus nec in alijs ordinem iudiciarium tenetur obſer-
uare ſecũdum Inno. & hoc dictũ menti tene, quia ſemper al
legatur ſecũdum Mar. ¶ Super quo vide quod ſcripſi de offi.
dele. c. paſtoralis § quia verò. lib. vj. Si ergo rata manet ſentẽ-
tia lapſo anno, vt. C. de tempo. appel. auth. ei qui appellat. nõ
apparet ex quo nullũ impedimentũ ſubeſt, quare deberet iu
dex differre executionem: imò certè poteſt & debet eam fa-
cere. ¶ Fatetur tamen Inno. ꝙ ſi pars veniat coram executo
re, & dicat ſentẽtiam nullã, audienda eſt ante executionẽ: &
ꝙ niſi audiatur iuſtè poterit appellare: & ad hoc inducit no
ta. ſua. ſ. de de off. le. c. paſtoralis § ij. & eo. ti. c. cũ in iure. & fa
cit quod ſcripſi. ſ. titu. j. quod ad conſultationem. ¶ Plus di
cit Inno. ꝙ etiam ſi non proteſtetur aliquid corã iudice, vel
executore, nec excipiat de nullitate nihilominus tam pen-
dente executione, quã etiam ea finita, poteſt appellãs implo
rare officiũ iudicis, vt quæcũq; facta poſt eius appellationẽ
in ſtatum priſtinũ reuocentur. vt. j. eo. bonæ. & ſ. de excep.
dilectę. ad finem vbi de hoc not.

¶ QVARTO quæritur occaſione præcedentiũ, vtrũ
8 †executio facta abſq; citatione valeat? & videtur placere In
no. ꝙ ſic. quod enim dicitur nõ valere ſentẽtiam vel etiã alia
extra iudiciũ facta, non ſeruato ordine iudiciario, vel à iure
vel ab homine ſtatuto. ij. q. j. de his. ſ. de reſcrip. c. cũ dilecta.
ad finẽ. j. de cenſi. Romana. lxiiij. diſtin. c. ſi. lxv. diſtin. per to
tum. ſ. de elec. quia propter de offi. dele. prudentiam. j. rñ ſo.
verſu fina. tunc habet locũ quando certus ordo ſtatutus eſt,
& ille obmittitur, quod hîc nõ eſt quia executori nullus or-
do præfixus eſt à iure vt dictum eſt ſecundum Inno. & ſi im
poſitum ab homine, ab eo appellari poſſet ſecundum Hoſt.
C. quorum appellatio non recipi. l. ab executore. ¶ Et idẽ eſt
ſi modum executionis excedat: nam & ſi executori non præ
figitur ordo iudiciarius obſeruandus, ei tamen imponitur
certus modus, & multas exceptiones habet de neceſsitate
recipere & admittere, quod dic vt ſcripſi. ſ. titulo. j. c. de cæ-
terò. & c. quod ad cõſultationem. & cle. paſtoralis. e. tit. ¶ Et
per hoc videtur ſecundũ Hoſti. ꝙ executor cautius proce-
det ſi citet partes, antequã ſentẽtiam exequatur: & ſi audiat
ſi contra executionẽ aliquid rationabile opponatur non vt
diffiniat ſed vt per hoc inſtruatur vt etiã ſcripſi in locis ſta-
tim allegatis. ¶ Et enim non ſolũ in iudicialibus, ſed etiã in
extraiudicialibus hij quos res tangit, & quorũ intereſt, ſunt
vocãdi: vt patet. ff. de aqua plu. ar. l. in cõcedẽdo. C. de autho.
tu. l. fi. ff. de adop. l. nam ita. ſ. de offi. Archi. ad hæc § fi. & de
maio. & obe. inter. iiij § fi. & c. vlti. e. ti. & in eo quod legitur
& not. ſ. de tẽpo. ordi. c. ſi Archiepus § fi. maximè hi de qui-
bus præſumi poteſt ꝙ aliquas legitimas exceptiones habeãt
quæ omnino ſunt admittendæ. ſ. de offi. dele. ex parte. ij. ſe-
cundũ Hoſti. ¶ Sed dic vt ſcripſi in locis ad quæ. ſ. remiſi. &
ſ. de pſcri. c. dudũ. & in cle. vna. de offi. dele. c. quoad executo
rẽ gratiæ & aliqua forte addam de executore gratię. j. de cõ
ceſ. præben. propoſuit vbi de hoc etiam tangitur per Inno-
centium.

¶ QVINTO quæritur quia hîc loquitur de anno da-
to à iure, quid in termino dato ab homine. ¶ Reſpondet In
no. ꝙ in illo idem eſt: & ꝙ eodem modo proceditur in ter-
mino dato ab homine, ſicut in dato à iure: licet aliqui dixe-
rint, ꝙ ſtatim elapſo termino dato à iudice, etiam ſi habeat
legitimum impedimentum, tamen ſententia tranſit in rem
iudicatam. ſ. eo. cum ſit Romana. j. rñ ſo. & c. perſonas. vbi de
hoc. & argu. pro hac differẽtia. ſ. de in integ. reſti. c. conſtitu
9 tus. vbi notatur, ꝙ cõtra †temporalem præſcriptionem ſta-
tutam ab homine, neceſſaria eſt reſtitutio: & tamen contra
temporalem præſcriptionem à iure ſtatutam non eſt neceſ
ſaria reſtitutio. C. in quibus cau. non eſt neceſſaria in integ.
reſti. l. fi. ſecundũ Innoc. Et quia ſicut dici conſueuit, mitius
agitur cum lege, quã cum miniſtro legis. ff. de arb. l. celſus. ff.
de cõpenſa. l. ſi cũ militi. ſecundũ Hoſti. ¶ Ad illud tamẽ qđ
dictũ eſt de tẽporali præſcriptiõe. Reſpõdet Inn. ꝙ certè nõ
eſt ſimile: quia tempus huius appellationis proſequendę ſta
tutõ ab homine, ſuccedit loco termini ſtatuti à iure: & ideò
eodẽ iure cum illo cenſeri debet. ar. ff. ſi quis cau. l. ſi eũ § qui
iniuriarum. & quod legitur & not. j. de voto magnæ § cum
igitur. j. rñ ſo. ſuper verbo, obliget. Illud autẽ tempus de quo
loquitur pręd. c. cõſtitutus non ſuccedit loco alicuius termi
ni à iure ſtatuti: imò illi iidẽ ciues de nouo inter ſe hoc or-
dinauerant ſecundum Inno. ¶ Per hoc tamen non videtur
ſuffitienter reſponſum, ad prædi. l. celſus. quia ibi terminus
ab arbitro ſtatutus ſuccedit loco termini à iure ſtatuti. l. qua-
drimeſtris. ¶ Sed poteſt reſponderi ſecundum Hoſtiẽ. ꝙ ibi
durius voluit lex agere quantũ ad pœnę cõmiſsionem cum
illo qui arbitro nõ paret, quã cum illo qui nõ paret iuri, vel
iudici. & poteſt reddi ratio quia ille qui cõpromittit volun
tariè hoc facit. vt. ff. de arbi. l. iij § cauta. & ſi neminẽ. & ideò
ſi quid durum ei præcipiatur, imputet ſibi, qui compromi-
ſit vt. ff. de arbi. l. diem § ſtati. & qui talem elegit. ff. de mino.
l. cum mandato. ad finem. ideò cum voluntariè ad hoc pro-
ceſſerit, ſi conqueratur de grauamine, nõ auditur: aliud aũt
eſt in iure, iudice, ac iudicio: quia ius omnes aſtringit. ſ. de
conſti. c. j. in fi. & C. de legi. l. leges. & iudiciũ redditur in inui
10 tum. ff. de verbo. ob. l. inter ſtipulantẽ § j. & ideò in his †quę
neceſsitatis ſunt, magis eſt ſuccurrendũ, quã in his quę ſunt
ſolius voluntatis. ¶ Item poteſt etiam reddi ſecunda ratio:
quia firmitas arbitriorum, ex ſolius pœnæ promiſsione de-
pendet: nec aliud reſtat remediũ cõtra non parentẽ, niſi pœ
næ cõmiſsio. vt. C. de arb. l. j. ¶ Et ideò qui nõ paret arbitro
incidit in pœnam ne arbitria cõtingat eſſe deluſoria ſi aliud
diceretur. ¶ Sed aliud eſt in illo, qui nõ paret iuri vel iudici
ille enim in nullã certam pœnam pecuniariã incidit regula
riter: quia nec aliqua eſt promiſſa ſed nec impune hoc tranſ
ibit. quia aliâs à iudice diſtringetur atq; punietur. prout le-
gitur & not. ſ. de maio. & obe. c. ij. & vt lite non conte. c. tuę.

¶ SEXTO quæritur nunquid ille qui appellat nedum
habet inchoare ſeu proſequi imò etiam finire. & terminare
cauſam appellationis intra annum. Reſpondet Inno. dicens,
ꝙ ſic & ꝙ intra annum debet finire cauſam appellationis:
niſi impedimento legitimo impediatur. quod impedimen-
tum tripliciter prouenire poteſt. ¶ Primo ex parte iudicis:
quia non poteſt vel nõ vult in cauſa procedere. ¶ Vnde ex-
11 cuſat †infirmitas iudicis, put eſt expreſſum in auth. vt ſpõ-
ſalit. largitas § hoc quoq; ſancimus. ar. ff. ex quibus. cau. l. ſed
& ſi per prætorem. ¶ Secundò ex parte aduerſarij, qui pro-
ponit multas exceptiones, vel petit vel obtinet multas dila
tiones vel quia infirmus eſt, vel aliâs venire nõ poteſt: & eſt
cauſa grauis in qua non tenetur procuratorem mittere. ſ. de
procu. querelam. imò & infirmitas procuratoris excuſat vt
C. qui petant tutores. l. cum à matribus. argu. ff. de ope. l. pre
ſes. ſecundũ Oldra. ¶ Tertiò ex parte ipſius met appellantis
qui impeditur propter ſui inopiam vel impotẽtiam, vt hîc
quod eſt notabile. argu. j. de ſenten. excom. c. quod de his § j.
vel propter ſuam infirmitatem vel tempeſtatẽ, vel propter
alium caſum fortuitum: de quibus ponitur multa exempla.
ff. ſi quis cau. l. ij. ¶ Aut propter impedimentũ teſtium vel
inſtrumentorum, quæ ſine culpa ſua habere non potuit in-
tra annum: ſed poſteà poteſt habere. vt. ff. de ędẽ. l. argenta
rius § cum ante. ¶ Aut quia dolo vel violentia cuiuſcunque
extranei impeditur, in quo caſu eidem per beneficium reſti.
in integr.

in integ. ſubuenitur. vt patet ex his quæ not. hîc per Bernardum poſt principium glo. in ver. ſi verò alicuius. & tetigi. ſ. in. j. q. & colliguntur hîc in primis iuribus, & in auth. de his qui ingredi. ad appel. rñſo. j. & § j. ij. & iij. col. v.

¶ SEPTIMO quæritur nunquid ſufficit appellanti incipere proſequi cauſam appellationis tali tẽpore, ꝙ ſi nullum inopinatum interueniret ante finem anni, ſententiam petere poſſet. ¶ Reſpondet Inn. ꝙ ſic. ¶ Ex quo videtur inferri poſſe, ꝙ aliâs non ſufficeret puta incipere proſequi tali tempore, ceſſante impedimento non poſſet intra annum finire. &c. quod mẽti tene. ¶ Sed pone ꝙ differtur cauſa appellationis, eò ꝙ aduerſarius petit dilationem ad reprobandum teſtes appellantis, nunquid imputabitur iſtud appellãti? Reſpondet Innocẽ. quòd non. Et eſt ratio: quia ſi reprobauerit aduerſarius appellantis, tunc illis non obſtantibus, cõfirmabitur ſententia contra appellantem lata videlicet ſi ex illis ſolis teſtibus erat infirmanda. ſi autem non reprobauerit, vel ſi ex illis ſolis teſtibus non pendebat victoria cauſæ, apparet ꝙ malè petita fuit & obtenta dilatio. & ideò nõ debet obeſſe appellanti. ¶ Item pone, ꝙ appellatus petijt dilationem ad probandum de iure ſuo, ſicut & fortè appellans ad hoc ſimilem dilationem habuerat, nũquid imputabitur hæc dilatio appellanti? Reſpondet etiam Inno. ꝙ non. argu. C. de in integ. reſti. pe. l. petendæ. in principio.

¶ OCTAVO quæritur pone, ꝙ appellans poſtquàm ipſe incœpit proſequi appellationem per vnum tantũ diẽ, in illius proſequutione, fuit impeditus, videlicet, quominus intra annum poſſet facere ferri ſententiam in cauſa appellationis, nunquid propter hoc totus annus ſecũdus ipſo iure, ſine beneficio reſtitutionis ſibi indulgetur à iure? videtur ꝙ ſic: & ſatis hoc colligitur ſecundum Inno. in authẽ. de his qui ing. ad ap. ¶ Et hoc verum intelligas, quãdo per hoc impeditur petere ſententiã finalẽ & finire cauſam. Secus enĩ ſi ſolũ impediretur proſequi & non finire. hoc eſt quia & ſi non fuiſſet impeditus cauſam veriſimiliter nihilominus nõ finiuiſſet nec finire potuiſſet: quia tunc nimis dicitur ſe ar-
12 ctaſſe, prout. ĩ. declarabo. ¶ Ratio autẽ † quare pro impedimẽto vnius diei (intelligendo vt ſtatim dixi) datur annus à iure, eſt iſta: quia ſecundũ fatale propter impedimentũ legitimũ datur à iure: & datur à iure pro fatali homini vnus annus: nec reperitur in iure aliud tẽpus minus dari. ¶ Subdit tamen Inno. ꝙ ſecus eſt, quando alicui per beneficium reſtitutionis ſubuenitur: quia tunc non reſtituitur ſibi tempus, niſi quantũ propter impedimentum amiſit. argu. ff. ex qbus cau. ma. l. ab hoſtibus. § fi. ad quod. ĩ. redibo.

¶ NONO quæritur pone de voluntate partium differtur cauſa appellatiõis, puta quia itur ad arbitros vel alio ſimili modo, nunquid illud tempus ipſo iure recuperat, quod remanſerat de anno? Reſpondet Inno. ꝙ ſic. vt in authẽ. eo. titu. § deinceps autem. colla. viij. de quo videbitur in clem. quãuis. ĩ. eodem.

13 ¶ DECIMO quæritur vtrum † appellatus circa finẽ primi anni ſcilicet quando vnus menſis tantũ de anno ſupereſt, poſsit petere confirmationem ſuæ ſentẽtię? videtur tex. dicere, ꝙ non. in authẽ. de his qui ing. ad ap. § iij. col. v. ¶ Sed Innoc. dicit ꝙ non videt rationem huius & de hoc notatur. ĩ. c. oblatę. § licet igitur. ¶ Imò plus videtur Innoc. ꝙ ex quo appellans fecit citari appellatum cauſa appellationis, etiam ſi hęc citatio emanauerit in principio primi anni, tamen ex tunc appellatus habet poteſtatem petendi cõfirmationem ſuæ ſententiæ pro ſe latæ non expectato prædicto vltimo menſe anni: vt. C. quomodo & quando. in authẽ. qui ſemel. Nam ſi ita obtinet in cauſa principali, vt prædi. auth. eo. qui ſemel. fortiùs hoc idem dicẽdum eſt, in cauſa appellationis, quæ minus tempus habet, quàm cauſa principalis: quia non habet niſi annum vt hîc: & principalis triennium. C. de iud. l. properandum. ¶ Et videtur hoc expreſſum in cauſa appellationis. C. de tempo. appella. l. fi. § illud. Et hoc idem concedunt. ¶ Sed alij contradicunt, pro quibus facit expreſsè in authen. de his qui ing. ad appellationem. § quia enim. colla. v. vbi dicitur, ꝙ etiam in medijs certaminibꝰ, cauſam appellationis deſeruit ad hoc tamen vt petat ſentẽtiam, debet ad finem biennij expectare. Nec obſtat ſecundum iſtos prædi. authen. qui ſemel: quia loquitur in cauſa principali, nec eſt trahenda ad cauſam appellationis: quę habet tempus ſuum certum & à iure determinatum: ſecundum eos. ¶ Sed prima opinio videtur mihi ſecurior, & etiã de facto ſeruatur. ¶ Vnde prædi. § quia enim. debet ſimiliter intelligi videlicet niſi perpetuus proceſſus cauſæ appellationis, vſq; ad ſententiam eſſet conſummatus: quia ſi conſummatus eſt, iudex debet iudicare de eo quod cognouit. ff. de iudic. l. de qua re.

¶ VNDECIMO quæritur quid ſi in principio vel ante finem primi anni vel ſecundi, feratur ſentẽtia infirmationis primæ ſententiæ, & poſteà appellatus petat mandari executioni ipſam primam ſententiam, tanquàm etiam ſi lapſu primi vel ſecundi fatalis, in rem tranſiuerit iudicatam. Quid tunc fiet? Reſpondet Inno. licet Hoſti. contra ſecundum Nouellam. ꝙ videtur ꝙ illi appellato petenti executionem, obſtabit exceptio rei iudicatæ ex ſentẽtia ſecunda nec audietur ſi dicat, ꝙ ante ſecundam ſententiam infirmatoriã primæ ſententiæ poſt lapſum anni rata manet ſententia pri-
14 ma: quia † prætextu nouæ defenſionis non debet retractari ſententia. vt. C. de tranſactio. l. ſub prętextu. & ſ. titu. j. inter monaſterium. vbi de hoc nec obſtat ſi dicas, ꝙ nõ valet ſententia ſecunda lata contra ſententiam primam: quia ſecundum hoc, nunquã valeret ſententia ſecunda lata in cauſa appellationis ſententiam primam infirmans. ¶ Sed nec ſuper eodem eſt prima ſententia quæ fertur in cauſa principali & ſecunda quę fertur in cauſa appellationis. ¶ Super quo vide notata in cle. ſi appellationem. ĩ. eo. vbi de hoc in glo. *hoc fortificat.* ¶ Refert hoc tamen Henricus, Hoſtienſem hîc tenere contrarium & eius appellationem præualere & approbari per prædictam clementinã ſecundum Ioan. Andrę. hîc & Zenzel. ibi in. j. glo. licet Archidi. ibi. ij. q. vj. ei qui. videatur præeligere opinionem Inno. & malè ſecundum Henricum ſed bene ſecundum me. ¶ Ad quod declarandum redibo. ĩ. in ſequenti quæſtione. verſi. Item nec placet. & verſi. ego autem per quæ apparebit, ꝙ Hoſti. Henri. & Nouella. hîc malè intellexerunt Inno.

¶ DVODECIMO quæritur quod ſi tertio anno vel vltra impediatur, ꝙ nõ poſsit appellationem proſequi? ¶ Reſpondet Inno. ꝙ videtur ꝙ ipſo iure habeat quartum & quintum vel vlteriorem annum. argu. in authẽ. de his qui ingre. ad appellationẽ. § ij. ¶ Sed finaliter magis videtur In-
15 no. ꝙ vltra † ſecundum fatale nullum aliud habebit tempus ipſo iure. Tamen per beneficium reſtitutionis ei ſuccurretur, & reſtituetur tunc ei tantum tempus, quanto tempore fuit impeditus, proſequi appellationem: arg. in eo quod ſcripſi. ſ. in fin. octauæ quæſtionis. ¶ Et placet hoc Accurſio in authen. ei qui. C. de tempo. appellationum. ſcilicet ꝙ per reſtitutionem prouideatur. ¶ Tamẽ videtur velle, ꝙ reſtituatur integer annus, dicendo ꝙ tertius annus datur per reſtitutionem. ¶ Sed ipſe Accurſius. in authen. de his qui ingredi. ad appellatio. § ſi verò. colla. v. tenet quòd ipſo iure non currit biennium impedito. & idem notatur in authẽ. de appellatio. § ad hoc. collati. iiij. & ff. ex quibus cau. maio. l. ſed & ſi per prætorem. in glo. j. ¶ Sed contrarium notatur in authẽ. de his qui ingre. ad appella. § vnde hoc. in. j. glo. & C. de tempo. appellatio. authen. item ſi appellationem. ¶ Sed concordari poſſunt hæc, vt dicit hîc glo. vt diſtinguatur inter impedimentum proueniens ex facto iudicis cum determinatione quam, dixi. ſ. in. j. & ij. quæſtionibus. vt tunc ipſo iure ſit illęſus. Et idem ſi de voluntate partium prorogetur. vt dixi. ſ. in. x. qõ. & ſtatim tangam. ¶ An verò ex facto proprio, & tunc reſtituatur. ¶ An verò impediatur per tertium, qui non eſt ſoluendo: & tunc etiam reſtituatur. vt in glo. & ſolũ ad illud tempus reſtituatur in quo lęſus fuit vt dixi ſecundũ Innoc. ¶ Prædictæ tamen opinioni fortiter contradicit ſe-

cundum Hoſti.in authen.eod.ti.§.item ſi appellat.colla.viij.
vbi dicitur quòd ipſe appellans ipſo iure ſeruatur illæſus.ita
quòd nec ei obſit,etiam ſi decies milies pluſquã biennij tẽ-
pus excedat.Sed illud quando devoluntate partium fit pro-
rogatio per compromiſſum & idem ſi aliter quomodocũq;
vt in clemen.quandiu.ĩ.eo.¶ Item nec Hoſtiẽ.Solutio pri-
mæ quæſtionis quã moui.ſ̃.eo.c.in.x.q.certum enim eſt, ꝙ
lapſo primo anno,rata manſit prima ſententia, vbi nullum
iuſtum impedimentum interuenit:ac perinde eſt,ac ſi nun-
quã appellatum fuiſſet:imò & appellans ad cauſas ſuas, ceci
diſſe videtur.vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ̃.eo.cũ
ſit Romana.&.ĩ.c.ſæpe.§.quia verò tamen.&.§.ſequenti.ſi
igitur poſteà fuit infirmata per iudicem appellationis patet
16 quia ſecunda ſententia à non ſuo iudice lata fuit.Quia † ap-
pellatio quæ fingitur non fuiſſe, iuriſditionem non poteſt
ei dare.& ſic nulla fuit ſententia infirmationis.ſ̃.de iudi.c.
at ſi clerici.¶ Sed nec valet ſententia contra primam ſentẽ-
tiam lata,de qua nec oppoſitum, nec actum fuit vt patet in
eo quod legitur & notatur.ſ̃.ti.j.inter monaſterium.¶ Nec
obſtat quod dictum eſt,quòd ſecundum hoc, nunquã vale-
ret ſententia contra iudicem appellationis,contra primam
lata.Quia hoc non eſt verum,imò ſemper valebit:quandiu
ex vi appellationis,prima ſuſpenſa eſt ſed ex quo appellatio
ceſſat,non valebit ſicut nec valeret ſi appellatum non fuiſ-
ſet. Sed nec obſtat quod dictum eſt, quòd prætextu nouæ
defenſionis &c.quia illud verũ eſt de ſentẽtia à ſuo iudice la
ta & quæ tenet ſed hic per exceptionem lapſus anni patet,
quòd nec iudex eſt is, qui ſententiam tulit: & quòd ſenten-
tia nulla eſt dicendum eſt igitur ſecundũ eum, quòd in præ
miſſa quæſtione poteſt appellatus petere cum effectu,quòd
prima ſententia pro ipſo lata executioni mandetur. Et ſi ex-
cipiatur de ſecunda ſententia per appellantem, poterit ap-
pellatus replicare de nullitate illius & hoc vult clementina
ſi appellationem.ĩ.eo.quæ etiam fortificat opinionem Ho-
ſtiẽ.vt habeat locum etiam appellato cum appellante vel ſi-
ne poſt fatalia proſequente ſecundum Nouellam. ¶ Ego au
17 tem miror † de tantis viris, ſicut fuerunt Hoſti.& Ioan. An.
quòd voluerunt mordere Inno.ad literam,non ad mentem.
¶ Vnde pro breui expeditione diſtinguas: quia aut ſenten-
tia ſecũda reuocatoria primæ fuit lata poſt fatalia,& appel-
latione iam exiſtente deſerta,& tunc non valet ſecunda re-
uocatoria primæ nec primæ executionem poteſt impedire:
& ſic procedit opinio.Hoſtiẽ.& Nouellæ.¶ Sed abſit quòd
Inno.in caſu iſto loquutus fuerit. ¶ Aut ſecunda ſententia
reuocatoria primæ lata eſt ante lapſa fatalia,& adhuc appel
latione pendente, vt puta in principio vel in fine primi fata
lis hoc eſt primi anni. ¶ Aut ſecundi fatalis.id eſt ſecundi
anni à iure dati ratione impedimenti vt hic.¶ Et tũc ſi aliâs
ritè lata eſt,tenet & impedit primæ executionem. ¶ Et ita
procedit opinio Inno.& eius motiua & ſic intelligendo mo
tiua Hoſti.& Nouellę ad propoſitum non faciunt: quia ſo-
lũ reſpiciunt primum caſum.Inno.patenter liquet ex termi
nis quæſtionis quã formaui.ſ̃.in principio vndecimæ quæ-
ſtionis, quos terminos ego reccepi originaliter ex lectura
mea Innocen.quam conſueui reperire veracem: & credo in
alijs libris idem communiter reperiri.

18 ¶ DECIMOTERTIO quæritur nunquid † iu-
dex appellationis poſsit arctare tempus appellationis proſe-
quendæ? Reſpondet Inno.dicens, quòd nõ:niſi ex cauſa ma-
gna,vt.ĩ.eo.oblatæ.& argu.ff.eo.titu.l.ij.& l.iiij.§.ſi quis cõ-
demnatus.de qua ſatis ſcripſi.ſ̃.de.c.cum ſit.in.iiij.v.vj.&
viij.quæſtionibus.

¶ DECIMOQVARTO quæritur pone appel
lans proſequi neglexit,& in tantũ ſe arctauit,quòd ita mo-
dicum reſtat de anno,ſibi à iure dato ad ſuam appellationẽ
proſequendam,quòd non poſſet intra illud tempus qđ ſibi
reſtat perficere cauſam appellationis poſteà ſuperuenit ſibi
impedimentum ante finem anni per quod impeditur vlte-
rius ſuam appellationem proſequi & finaliter labitur annus
vnde ipſe appellans,prætextu impedimenti prædicti vult
gaudere ſecundo fatali,& habere alium annum ſecundum
ipſo iure.Sed appellatus dicit,quòd hoc nõ debet fieri imò
debet imputari ipſi appellanti: quia in tantum ſe arctauit,
nunc quæritur quis meliùs dicat? Innocen.quaſi ad quæſtio
nem reſpondere volens, dicit, quòd bene poteſt imputari
appellanti, ſi modicum tempus reſtat ſibi de anno, in quo
potuit cauſam proſequi propter impedimentum ſi ipſo im
pedimẽto ceſſante in anno,nullo modo cauſa valeat termi-
nari:quia non incoepit cauſam bono tempore intra annum
& probat quia qui aliud dicit, dat cauſam prorogationi li-
tium:contra id quod legitur & notatur.ſ̃.de do.& contu.c.
finem.¶ Alij verò aliter intelligunt Innocen. videlicet hoc
modo,quòd bene poteſt imputari appellanti, ſi modicum
tempus reſtat ſibi de anno,in quo non potuit cauſam proſe
qui propter impedimentum,ſi ipſo impedimento ceſſante
non incipiat cauſa intra annum: licet in anno cauſa nullo
modo valeat terminari: & iſte ſecundus intellectus placet
Hoſtien.ac Nouellæ.& mihi quia procedit directè ex ver-
bis Innocen.& ſic ſum expeditus de tota gloſ.Innocen.& ad
hoc infra redibo in quæſtione.xvj.vbi omnino videas.

¶ DECIMOQVINTO quæritur pone impedi-
tus vſq; verſus finem anni,in illo modico tempore quod re
ſtat de anno,abſq; impedimento in quo non poſſet tractari
& finiri cauſa appellationis, non curat appellans incipere
proſequi ante finem anni huiuſmodi cauſam quæritur nũ-
quid poſsit hoc ſibi imputari vt ſic ſua appellatio debeat
reputari deſerta?& ſic quòd ſecundum fatale ſecundi anni,
ſibi debeat denegari?videtur quòd ſic per notata hic per In
no.ſ̃.proximè per me expoſita.¶ Et videtur placere Hoſti.
in hoc quòd recitatis verbis Inno.addit quòd idem videtur
ſi per totum annum impeditus fuerit niſi &.ĩ.ſecundum
annum quãcito poteſt, incipiat cauſam appellationis pro-
ſequi: & hoc per eandem rationem. ¶ Sed & in vtroq; di-
cto videlicet Inno.& Hoſti.videtur melior ratio ſecundum
19 Hoſti.quia † quandocunq; aliquid pręcipitur fieri intra cer
tum tempus,ſi is cui præcipitur per idem tempus impedia-
tur in partem vel in totum,debet cauſam ceſſante impedi-
mento quàmcitò poteſt commodè quod ſibi præcoeptum
eſt adimplere.vt.ff.ad tertul.l.ij.§.confeſtim.&.ff.de arbit.l.
Celſus.& in eo quod legitur & notatur.ſ̃.de dolo & conta.
cum dilecti.& optimè facit de elect.cupientes.§.quod ſi per
xx.in fine verſi.& nihilominus.lib.vj.ſed re vera iſta opinio
ſaltem quoad effectum deſertionis inducendum, videtur eſ
ſe perquàm dura:& credo quòd in palatio non ſeruaretur:
quia videtur prima facie eſſe contra mentem iurium volũt
enim iura,dari appellanti ad proſequendam ſuam appella-
tionem vnum annum,& ex cauſa biennium vt hîc & tamẽ
iſte in caſu quæſtionis,non haberet annum.nec ex cauſa bi-
ennium ſed vnum tempus minus anno, & ſatis modicum.
¶ Prætereà iura volũt,ꝙ impedito legitimè intra primum
annum,detur ſecundus annus ipſo iure & ſine ope reſtitu-
tionis vt hîc & ita videntur velle iura, ꝙ lapſus temporis
impediti non noceat ipſo iure:qui tamen multum noceret
ſecundum opinionem prælibatam:maximè quia non repe-
ritur iure cautum, quòd tam modica negligentia irrogare
debeat tantã poenam.¶ Et pro hoc optimè facit quod ſcri-
pſi.ĩ.in quæſtione proxima.verſu in primo articulo refert
Nouella vt ibi ſcripſi.¶ Ego igitur circa iſtud,ſic diſtinguo
quia aut quęritur an talis negligentia debeat imputari quo-
ad poenam deſertionis incurrendam,quia hoc non reperio
in iure expreſſum: vt prædixi: quia aut quæris an debeant
ſibi imputari quoad hoc,vt minus tempus ſibi à iure detur,
quàm ſecundus annus pro ſecundo fatali: & adhuc dico ꝙ
non:quia hoc etiam non reperio in iure expreſſum:& tamẽ
à iure datur ſolùm illud, quod in iure exprimitur eſſe dan-
dum.¶ Aut quęris:an imputetur ei quantum ad hoc,quòd
iudex poſsit ſibi diminuere de ſecundo anno, licet à iure da
to tantum tempus quantùm fuit illud reſiduum primi an-
ni,in

ni, in quo ceſſauit impedimentum & potuit ſuam appellationem proſequi, & non fuit eam proſequutus, & tunc dico quòd ſic. quia cum maxima iuris æquitas etiam ſcripta dictet hoc fieri, & lex omiſerit iſtud exprimere, iudex qui eſt miniſter legis, debet hoc ſupplere: vt prædicto §. ſi quis condemnatus. & ad hoc bene faciunt notata Bar. ff. de re iudi. l. ij. nec obſtant ea quæ ſcripſi. ſ. eo. c. cum ſit. in. iiij. qõ. ad fin. & ſ. eo. c. in. xiiij. q. quia illa intelligo regulariter vera. ¶ Fallit tamen ex maxima cauſa, vt hic. vel dic, quòd debet computari ſecundus annus à tempore ceſſantis impedimẽti primi anni, & inchoantis negligentiæ appellantis: vt ſit illud reſiduum per quod fuit appellans negligens non cedat appellanti negligenti ad lucrum ſed ad damnum. ff. de interdi. & rele. l. ij. ff. de nego. geſt. l. ſiue hæreditaria. in fi. & j. de prębend. cum qui. libr. vj. & vt in eo in quo delinquit puniatur per communia iura, ad quæ redibo. in quæſtione infra proxima.

¶ DECIMOSEXTO quæritur ad declarationẽ
20 præmiſſorum, quanti † temporis negligentia interueniens in primo anno ex parte appellãtis repellat ipſum ab anno ſecundo. ¶ Pone enim quòd appellans vna die vel ſeptimana fuerit negligens, ſed toto alio anni tempore fuit vel ſolicitus vel iuſtè excoſatus, nunquid ſibi deberet biennium? & conuertendo eodem modo quæritur quanti temporis impotentia excuſet an ſcilicet excuſet impotentia vnius diei, vel ſeptimanæ ipſo appellante toto reliquo anni tempore exiſtente negligente vel ſolicito vel partim ſolicito, & partim negligente, & qualiter circa hoc regularis doctrina dari poteſt. ¶ Ad primum articulum arguitur, quòd modici temporis negligentia repellat à biennio per l. fina. C. de tempo. appllationum § illud ibi, *iubemus eundem appellatorem niſi obſeruauerit iudicium & cauſam vſque ad finem peregerit ſed per eum ſteterit, quominus omnis litis certamina impleantur appellatione defraudari.* Et ſequitur ibi, *niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus poſsit oſtendere ſe quidem ſummis ope niſum voluiſſe litem exercere &c.* Circa quod vide quod ſcripſi. ſ. eod. c. in xiiij. & xv. quæſtionibus. quia & ſi etiam modico tempore fuerit negligens non impleuit omnia litis certamina. ergo &c. ¶ Præterea decre. cum ſit. ſ. eodẽ. dicit ex neceſſaria & euidenti cauſa dari biennium ſed neceſsitas eſt voluntati contraria. ſ. de iureiuran. querelam. & ff. quòd met. cauſa. l. j. ¶ Negligentia verò deſignat cauſam voluntariam. j. de conceſsio. præben. quia diuerſitatem. ergo negligentia quantuncunq; modici temporis impediet dari ſecundum annum. ¶ Item in corpore de his qui ingrediuntur ad appel. § j. & § ij. & § iij. ſæpius iteratur quòd ineuitabilis debet eſſe cauſa impedimentum vel langor propter quæ detur ſecundus annus. Sed negligentia voluntaria eſt vt prædixi &c. idem ibi. in § j. dicit quòd non debet appellans cauſam ſine prouiſione dimittere. Sed negligens pro tunc ſine prouiſione dimit-
21 tit cauſam. ¶ Item quia † conſtat quòd terminus hominis ſuccedit loco termini iuris ſed quid vltima die termini hominis, quis ſe debet præſentare ne iter arripere id negligat deſerta eſſet appellatio vt. ſ. eo. perſonas. & c. cum ſit. & j. c. ad aures. & c. ſæpè. ver. ſaluis. & j. eo. titu. c. cordi. libr. vj. igitur & negligentia vnius diei nocebit in termino iuris. ſcilicet in anno. ¶ ¶ Ad ſecundum articulum quòd modici tẽporis impotentia non excuſat probetur. Et primò quia conſtat annum appellationis proſequendæ currere à tempore appellationis interiectæ vt in cle. ſicut appellationem. j. eo. ſed ad appellationis proſequutionem videntur Apoſtoli neceſſarij. j. eo. c. j. c. vt ſuper. & c. ab eo. lib. vj. & in cle. j. eo. titu. & tamen illos iudex intra. xxx. dies tradere non tenetur. vt c. ab eo. & cle. j. allegatis. ergo licet iſto modico tempore impediatur currit illud tempus in anno. item terminus ſi detur ab homine, non pręuenit. j. eo. ſæpe. in fine & tamen currit in anno appellationis licet tunc impediatur appellãs licet Bernar. contra ibi in glo. pe. ¶ Et vide quod ibi dicam. ¶ Item conſtat, quòd in anno appellationis ſunt feriæ ſolennes fauore ſanctorum & hominum vt. ſ. de fe. c. fin. & in eis impedire appellans & tamen ille computantur in anno appellationis & probatur vtrunque. C. de dila. l. ſiue. in fine. & C. de fe. l. j. & ibi de repen. no. in fi. j. glo. & C. de tempo. appella. l. ij. § pe. & notatur in prædi. decretali vltima de fe. in glo. ij. ſicut in quadriennio reſtitutionis petendæ. vt. C. de tempo. appel. in integ. reſtitu. peten. l. fi. & in cle. vna. de in integ. reſtitutio. In contrarium in vtroq; articulo adducitur primò: quia & ſi modicum ſecerit in primo anno, debet habere ſecundum: quaſi per id ſit interruptum primum fatale in authen. de his qui ingre. ad appellationem § vnde hoc nos. ver. ſi verò pro veritate. Et facit quod ſcripſi in expoſitione ſuper verbo proſequuti. ¶ Item quia authen. ei qui. canoniſata. ij. q. vj. ei qui. dicit ſi *intereſſeris cauſa*. & decretal. oblatæ j. eo. dicit ex iuſta cauſa biennium indulgeri. Sed iuſta cauſa videtur impedimentum vnius diei tantũ & adde quod ſcripſi. ſ. eo. in. viij. qõ. ¶ Item quia iſta decretalis dicit propter impotentiam & loquitur etiam de biennio. ¶ Satis ergo videſ, vt indefinita loquutione ſufficeret quantuncunq; temporis impotentia interuenerit. nam & clemen. ſicut appellationem. j. eo. dicit iuſto impedimento ceſſante: arguendo ergo à ſingulari vnicum impedimentum excuſat. ¶ Item ſatis probatur. j. c. ſignificante. vbi ſola impetratio delegatorum facta intra annum, ita tardè quòd ſecunda intra annum fieri non potuit, excuſat appellantem. ¶ Item decretalis conſtitutus. j. eo. videtur probare, quòd ſufficiat miſiſſe procuratorem intra annum. ¶ Ad idem. j. eo. Nicolao. & ff. commo. l. argentum. Pro & contra facit. j. de pigno. ſignificante.
22 Item † quia communis eſt opinio, quòd annus primus & annus ſecundus differunt in duobus: ſcilicet quia impeditus in primo ipſo iure habet ſecundum integrum annum: ſed impeditus in ſecundo, eget reſtitutione & reſtituitur ſolũm ad illud tempus in quo fuit impeditus. ¶ Ex quo ſequitur, quòd id operatur impedimentum primi anni, quoad dationem ſecundi anni ipſo iure quod operatur impedimentum in ſecundo quoad reſtitutionem illius temporis quo fuit impeditus. ¶ Sed conſtat, quòd impeditus in ſecundo vna ſola die reſtituitur ad illam diem: vt in cle. vna. de in integ. reſtitu. Ergo & vna tantũm die impeditus in primo, habebit ſecundum annum: cum non minus imò plus faueri debeat impotentiæ primi anni, quàm ſecundi. facit in authen. de litig. § omnem. in fine ſicut difficilius datur ſecunda dilatio. quàm prima. ff. de fe. l. oratione. & l. final. ¶ Et notatur. ſ. de dilatio. c. ij. In primo articulo refert Nouella, quẽdam Nicolaum mathia de Mutina antiqua doctorem paduanum, vt recitat Cynus. C. de tempo. appellationum. authen. ei qui in iij. q. vbi omnino videas, tenuiſſe quòd quando negligentia appellantis in anno primo fuit tanti temporis quòd veriſimiliter illa non interueniente cauſa expediri potuiſſet, repellatur ab anno ſecundo. cum per hoc appareat ipſius negligentiam ſententiæ cauſam impediuiſſe: aliâs ſi nõ potuiſſet cauſa expediri, dato quòd negligentia non impediuiſſet habeat ſecundum annum. ¶ Et hoc facit optimè pro eo qđ ſcripſi in qõne. xv. proxime procedenti verſi. ſed re vera iſta
23 opinio & allegabat quia † culpa non punitur vbi ſine illa interueniſſet quod obuenit. ff. ad. l. rhodiam de iactu. l. fina. § ſi hac conditione ver. Paulus. & ff. quod me. cauſa. l. ſi cum exceptione § ſi homo. ver. ſi tamẽ paritura. & ff. ſi quis in ius. voca. non ierit. l. ij. in fi. de verbo. oblig. l. cum ſtipulatus ſim mihi ab ꝓculo. ¶ Et facit quod notatur. ſ. de dolo & cõtu. c. finali in vltima glo. & facit. ff. de iudi. l. ſi debitori. ¶ Et facit iſta decretalis, per quam patet quod etiam toto ſecundo anno, non poteſt quis quandoq; ſentẽtiam reportare. ¶ Vnde dicit iudicem appellationis ſecũdum diſtinctionem prædictam debere declarare dandum vel denegãdum bienniũ: argumen. ff. de verbo. obligatio. l. continuus § cum ita. ¶ Sed huic dicto obſtare videtur quod ſcripſi poſt Innocen. ſ. eo. c. in. xiiij. q. & maximè in verſicu. alij verò aliter intelligunt. ſeu quod ſcripſi poſt Hoſtien. in. xv. q. ſ. proxima verſicu. &

videtur placere Hoſtien. quia volens ſaluare vtrunq; dictũ
poſſet dicta Innocẽ. & Hoſtiẽ. intelligere in negligentia in-
choandi. ¶ Et hoc dictum Nicolai intellige in negligen-
tia proſequendi iam inchoata. ¶ Sed dic meliùs, vt ſcripſi
in prædi. qõ. xv. verſi. ego igitur. ¶ Quid autem velit Innoc.
in ſecundo articulo ſcripſi. ſ. eo. c. in. vij. qõ. & in quæſtioni-
bus ſequentibus. ¶ Sed aliquibus videtur, quòd ſi appellans
ſemper fuit diligens in principio, & in medio & in fine an-
ni, quia ſcilicet inchoauit tali tempore, quod intra annum
finem vel ſententiam conſequi potuiſſet. Et proſequutus
eſt & per eum non ſtetit quominus haberet ſententiam:
quia ſine prouiſione & continuatione proceſſus, non dere-
linquit cauſam: etiam ſi per vnum ſolum diem impedimen-
to ineuitabili fuerit impeditus integrum ſecundum annum
habeat & à iure per authen. de his qui ingre. ad appel § hæc
nos. & § ſequentibus. & per. l. finalem. C. de tempor. appella-
tionum. ¶ Nouella tamen dicit, quòd hoc dicere nihil eſt:
quia etiam ſine alicuius diei impedimento, quid ſi feciſſet
vt prædixi ſecundum annum haberet. ¶ Secundum prædi-
ctos ſi non inchoauit proſequi tempore quo veriſimiliter
finiri potuerit, & fortiùs ſi nullo modo proſequutus eſt, vel
aliquo tempore fuit diligens fuit tamen alio tempore negli
gens: licet iſte fuerit die vel ſeptimana impeditus, etiam in-
euitabili impedimento potuiſſet tamen ſi poſt inchoatio-
nem talem vt prædixi & poſt impedimentum ſemper dili-
gens fuiſſet intra annum ſententiam conſequi tunc à iure
non haberet annum. ¶ Sed hoc caſu videtur quibuſdam, ꝙ
reſtituetur ad tempus illud impotentiæ tantùm. argu. C. de
reſtitu. mili. l. quo tempore. &. ff. ex quibus cau. maio. l. ab
hoſtibus § ſed quod ſimpliciter. &. l. ſed & ſi per prætorem §
ſi ſeruæ. & l. necnon § ſi quis ſæpius. ¶ Alijs autem videtur,
quòd nec reſtituatur quaſi tempus negligentiæ: concordat
tempus impotentiæ per. l. prædictas. & facit. ſ. de elect. c. cũ
in veteri. in fine cum concor. Nouella. ¶ Henricus autem &
Lignanus recitant dicta Nouellæ proximè præcedentia de
verbo ad verbum: nihil addentes: quæ fuerunt pro magna
parte originaliter Nicolai ſupradicti in tractatu quodam
quem ipſe compoſuit de tempo. appel. & Cynus in prædic.
authen. ei qui. quæſtio. iij ¶ Collectarius refert Archidiac.
notare ij. quæſtio. vj. c. primo. quòd ſi in primo fatali impe-
diatur appellans, etiam per vnum diem habebit totum bien
nium ipſo iure: nõ per beneficium reſtitutionis: licet ex im-
pedimento ſecundi fatalis, detur ſolùm ſibi reſtitutio indu-
cit lecta & notata de elect. ſi electio. libr. vj. & in cle. vna de
24 in integrum reſtitu. ſubdit, quòd ſuper † impedimento ſtan
dum eſt iuramento appellantis vt not. in Specu. eod. titu. §
qualiter. & dicit ſic. Cle. determinari mãdaſſe ad quod vide
de dolo. cum dilecti. ¶ Item ſubdit. ꝙ ſi poſt impedimentũ
reſtat aliquid de tempore, imputatur appellanti ſi cauſam
non incipiat licet intra tempus finiri non poſſit: vt in au-
then. ei qui. de quo ſatis ſcripſi. ſ. quod bene æquum videre
tur, ſi aliás præſumeretur ex tempore reſiduo negligentia
in primo ad hoc. xxxviij. diſtin. quia ſunt. xxxv. quæſtio. pri-
ma cum per bellicam. ſecundum eum. ¶ Opinionem prædi
ctam Nicolai videtur tenere Cynus in prædicta authen. ei
qui in tertia quæſtione. ¶ Sed Guli. de Cugno ibi tenet cõ-
trarium per. l. in itinere § j. ff. de verbo. ſignifica. quanquàm
fateatur Iaco. de Raſtare cum opinione Nicolai. ¶ Ray. au-
tem de forliuio reprehendit Guli. & ſtat cum Nicolao per
l. ait prætor § conditionalis. ff. de his qui in frau. credi. ¶ Et
reſpondet ad. l. in itinere § j. allegato. dicens, quòd loquitur
in ſpacio vnius diei, & ſic in modico tempore de quo lex
non curat vt. ff. de iudi. l. ſi debitori. ¶ Hic autem loquimur
in anno. & in materia dilationum quę amputanda eſt: vt. C.
de tempo. appel. l. ij. in princip. ¶ Ioan. fabri. in prædi. auth.
ei qui. & Zenzel. in cle. ſicut appellationem. ſuper verbo fi-
nitu per. l. ij. § ſi quis tamen cum poſſit. ff. ſi quis cau. vbi vi-
detur eſſe caſus in ratione. ¶ Simon de broſſano in prædi.
clemen. tenet eandem opinio. & inducit Simon etiam quaſi

pro textu. ff. ex quibus cauſis maiores. l. antepenultima. ¶ Ia
co. de bellouiſu. in authen. de his qui ingre. ad appel § illud
etiam claré tenet opinio antedictam. ¶ Ego autem in con-
ſilijs meis, conſilio. lxxj. occaſione eiuſdem quæſtionis tunc
de facto emergẽtis, hanc quæſtionem latiùs diſputaui ratio
nes ad vtranq; partem formando & opinionem prædicti
Nicolai finaliter videndo & ſeriosè ad rationes oppoſitas
reſpondendo, vbi omnino videas: quia per illa fuit tunc per
dñm quondam Petrum villani tunc legum doctorem an-
tiquum, tunc lombarieñ Epiſcopum & iudicem ſuper hoc
à ſede Apoſtolica deputatum pro prædicta opinione Nico
lai lata ſententia, pro qua videtur etiam eſſe textus. C. de tẽ
po. appella. l. finali § illud. verſi. niſi ipſe appellator &c. ¶ Vn
de teneas concluſiue in prima quæſtione, quòd ſi negligen-
tia fuerit tanta, quòd per eam finalis conſummatio cauſæ
fuerit impedita, id eſt quia etiam omni impedimento ceſ-
ſante, non potuiſſet finiri cauſa appellationis obſtante negli
gentia tali: tunc ex nullo impedimento interim obuenien-
te ſuccurritur appellanti imò rata manet ſententia, lapſo
anno. ¶ Sed ſi tanta non fuerit negligentia, quin impedimẽ
to ceſſante, potuiſſet finiri cauſa appellationis, tunc ex quo
cunq; impedimento legitimo magno vel paruo interim ob
ueniente ſuccurritur appellanti: & datur ſibi ſecundus an-
nus ipſo iure. ¶ Ratio diuerſitatis quia in primo caſu ipſa
25 † negligentia cui de iure ſuccurri non debet, fuit principa-
liter in cauſa ſed in ſecundo caſu, impedimentum legitimũ
aduerſus quos iura ſubueniunt & ſubueniri mandant: fuit
principalius in cauſa, videlicet quare cauſa appellatiõu ter-
26 minari non potuit intra annum, illud autem † quod princi-
palius eſt, in quolibet actu debet principaliter ponderari. ff.
de authoritate tuto. l. j. de condi. ob turpem cauſam. l. penul
tima. de ſtatu hominum. l. quæritur. cum ſimilibus. ¶ In ſe-
cunda quæſtione pari forma dico & infero ex prædictis, ꝙ
ſi impedimentum fuerit principaliter in cauſa, quare non
potuerit finiri cauſa appellationis intra annum, tunc ſiue
magnum fuerit ſiue paruum propter illud ſuccurretur ap-
pellanti: ſic quòd non tranſibit ſententia in rem iudicatam.
Sed dabitur ſibi ſecundus annus ſcili fatalis ipſo iure: quod
poteſt exemplificari dupliciter & primò per id quod ſcripſi.
ſ. proxi. in verſi. ſed ſi tanta non fuerit negligentia &c. & per
ea quæ ſcripſi. ſ. eo. c. in. xv. quæſtione. verſic. ſed re vera illa
opinio. & in tota illa quæſtione. ¶ Secundò poteſt exempli
ficari, per id quod ſcripſi. ſ. eo. quæſtione in verſicu. ſed ali-
quibus videtur quòd ſi appellans. Nec obſtat quod ibi ſcri-
pſi, Nouella tamen quia illud dictum Nouellæ licet Ligna-
nus recitatiuè concordet in illo, non videtur habere effica-
ciam ex defectu boni intellectus. ¶ Pro cuius euidentia ſic
diſtingue, quia aut appellans per totum annum diligens etiã
ceſſante quocunq; impedimento alio proueniẽte ab extrin
ſeco, nullo modo potuiſſet intra annum ſententiam repor-
tare: & tunc in caſu iſto, quoad impedimentum extrinſecũ:
& ſic procedit dictum Nouellæ & Lignani: tamen poteſt
exemplificari tunc, quoad impedimentum intrinſecum,
prouemens ex natura cauſæ aut ex perſona iudicis, vel ad-
uerſarij, vel notarij, vel probationis, vel proceſſus. ¶ Aut
appellans per totum annum diligens, ceſſante impedimen-
to allegato, potuiſſet ſententiam reportare: vt puta quia
dies vltima anni erat iuridica: & erat aſsignata ad ſenten-
tiam proferendam per iudicem & erat iudex deliberatus &
ſententia iam ſcripta. Sed non potuit illa die ſententia ferri
propter infirmitatem ipſius iudicis, aut aliud impedimen-
tum legitimi certè tunc impedimentum vnius ſolius diei,
eſt in cauſa, quod detur appellanti ſecundus annus ipſo iure
& ſic procedit exemplum noſtrum: & illud quod ſcripſi in
prædicto. verſicu. ſed aliquibus. ¶ Secundò dico, quantùm
ad hoc quòd ſi impedimentum quantuncunque magnum
atque legitimũ non fuerit principaliter in cauſa, quare cau
ſa appellationis finita non fuerit, ſeu finiri non potuerit in-
tra annum, vtpote quia negligentia appellantis fuit tanta,
quòd etiam

quòd etiam impedimento huiuſmodi interueniente ſed dicta negligentia ſolùm obſtante cauſa ipſa finita non fuiſſet ſeu finiri non potuiſſet intra annum propter ipſum impedimentum ſiue magnum fuerit, ſiue paruum, non debet ſecũdus annus ſecundi fatalis dari vel aliâs ipſi appellanti ſuccurri. Sed lapſo anno rata manebit ſententia. huius autem & ꝟ. proxi. dicti ratio patet ex præcedentibus.

¶ DECIMOSEPTIMO quæritur pone appellans neglexit per. xj. menſes, & fuit impeditus in menſe decimoſecundo vel per aliud tale tempus, in quo non potuiſſet cauſam appellationis terminare, etiam omni impedimento ceſſante, & ideò non datur ſibi ſecundus annus ipſo iure vt ſcripſi in quæſtione proximè præcedenti nunquid tunc ſibi ſuccurretur ſaltem per beneficium reſtitutionis: & ſaltem quoad illud tempus, quo legitimè fuit impeditus? & videtur quòd ſic quod ſcripſi in quęſtione ſupra proxima. verſicu. ſed hoc caſu videtur quibuſdam. ¶ In contrarium videtur per id quod ibi immediatè ſcripſi in verſicu. alijs autem videtur. ¶ Ego autem ſto in parte negatiua cum opinione ſecunda, quia non debet aliquis admitti ad negotij prorogationem, aduerſario pręiudicialem quę ſibi prodeſſe nõ poſſet. C. de probatio. l. ad probationem. l. neque natales modò in propoſito ita eſſet: quia iam ſupponitur, quòd illud intra illud tempus, cauſa terminari non poſſet. argumen. ff. ex quibus cauſis maiores. l. is qui reipublicæ. & . ff. ſi quis cautio. l. ij. §. ſi quis tamen cum poſsit. cum ſimilibus.

27 ¶ DECIMOOCTAVO quęritur nunquid † appellatus coram iudice appellationis poteſt petere pronunciari appellationem eſſe deſertam, & ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam? ¶ Refert Collectarius Ioan. And. in cle. ſi appellationem. ĩ. eo. tenere quòd ſic. Dicit tamen non videri cum iuriſditionem non habeat niſi dicatur quòd iuriſditionem habet propter appellationem, quæ propter hoc durat quod placere videtur Collectario inducit de reſcriptis. ex parte. ij. quod fateor de deſertione ſolùm ad effectum vt pronunciet ſe non eſſe iudicem: de reſcriptis. ſuper literis. in fine. & alibi dicam.

28 ¶ DECIMONONO quæritur nunquid † ſuper impedimento ſtabitur iuramento appellantis? Refert Collectarius Spec. eo. titu. §. qualiter. tenere quòd ſic. & quòd ſic Clemẽs mandauit terminari, prout etiam dixi. ſ. inducens notata de dolo. cum dilecti. Sed nõ placet hoc dictum: quia magnum eſt intereſſe appellati, quòd ſententia pro ſe lata in rem tranſiuit iudicatam. ff. de minori. l. minor. xxv. annis cui fideicommiſſum &. ff. de inoffic. teſtamen. l. j. & ſic magnum fieret ſibi præiudicium, ſi hoc ius hoc modo eidem tolleretur. ¶ Idem autem eſt præiudicium tollere vel dare probationem ſicut tollere vel dare ius parti: cum idem ſit iudicium de iure non probato, ſicut de non iure. ff. de teſta. l. duo ſunt Titij. modò vbi de graui alterius præiudicio agitur, non creditur ſoli iuramento partis. C. ne quis in ſua cauſa per totum & quod legitur & notatur. C. de iureiuran. l. in bonę fidei. & ſupra de iureiuran. c. iuramentum. § ſanè.

29 ¶ VIGESIMO quæritur vtrum † aduerſus lapſum anni vel biennij, eccleſia vel minor reſtituatur. ¶ Super quo vide quod ſcripſi, in cle. vna. de in integrum reſtituti. ſuper glo. pone exemplum in tertia ſuppletione, per quæ omnino teneas locum eſſe reſtitutioni & ita ſeruamus.

SVMMARIVM.

1 *Reo poſt citationem eunte ad curiam, delegatum in cauſa procedere.*

2 *Subditum ſuum an poſſit ordinarius vbique citare.*

¶ CAP. IX.

1 MEminimus. ¶ Caſus. Si reus † poſt citationem vel literarũ notitiam iuit ad curiam, delegatus in cauſa procedet: aliâs non & eodem modo ſummatur capitulum ſuggeſtum. ĩ. eod. & de eadem materia loquitur infra. c. dilecti. vbi ſupra Henricus poſuit vnam magnam & longam diſtinctionem, videlicet quòd ſi miſsio ſeu non itineris arreptio habet vim appellationis. de quo ſcripſi. ſ. de offi. deleg. cum pro cauſa. & de quo pleniùs ſolet notari. ĩ. c. vt debitus. & ibi intendo dicere diuiditur in duas partes: ſecunda ibi, *quòd ſi*. & pars huius de accuſ. meminimus Innocẽ. non gloſſauit iſtam, ſed remiſit ad notata ſua infra eodem vt debitus. ¶ Expone literam. *appellatione remota*. poſſet ergo dici, quòd determinatio huius caſus ponat virtutem prædictæ clauſulæ: vel dic quòd factum narrat & hoc placet *meminimus*. i. non obſtante talis itineris arreptione. *iuris formam*. & etiam formam reſcripti de reſcri. cauſam. Hoſtiẽ. *procedere*. ſi ad miſsionem & alia remedia contra contumacem prodita. ſ. vt lite non conte. tuæ. ſuper principali non proceditur regulariter. eo. titu. quoniam. *ante citationem*.

a de hoc Abb. dubitauit an ſubditũ † ſuum poſsit ordinarius vbiq; citare & dicit quòd pro quodam caſu de facto cõſulta fuit Romana curia, an poſſet ordinarius citare ſubditum ibi latitantem? & reſponderunt curiales, quòd quandoque curia ſeruauerat, quòd ibi non poſſet ordinarius ſubditum citare: poſteà mutaſſe quia per id multi occultabant ſuos exceſſus, & ſic dicit in illo caſu fuiſſe ſeruatum: vide quod plenè ſcripſi de foro compe. Romana. §. contrahentes. libro. vj. & in clemẽ. de re iudicata ¶ Opponitur quia videtur quòd itineris arreptio non habeat vim appellationis. per capitulum vt debitus. ĩ. eodem vide Bernard. in gloſſa quam Nouella ſupplet ibi non miſit dicens, quòd glo. non reſpicit textum qui non loquitur de mittente, ſed de eunte ſed reſpicit quod dixerat de decretali vt debitus. & quod refert hîc Ber. Tan. dixiſſe, poſuit hîc Hoſtiẽ. & allegat de cleri. peregri. c. j. ¶ Collectarius verò dicit quòd nihil eſt correctum: quia. c. vt debitus intelligitur vel in ordinario, vel ſecundum iſta iura, poſt notitiam literarum impetratarum. ¶ Dicit tamẽ id quod hîc dicitur in iudiciali appellatione, ceſſare vt dicetur infra. c. dilecti. Subdit iuſſum iudicis à quo non excuſare. ff. de minori. l. prætor. §. permittitur. & de offic. delegati. cum cauſa. ſecundum Archidiaconũ. lxiij. diſtin. Solonitanę. maximè ſi non ſit legitimè interpoſitus. C. vnde vi. l. meminerint. ¶ Dicit Lignanus, quòd de mente gloſſę eſt, quòd ſi aliquis litigat coram ordinario, & ex cauſa illa, vadit ad curiam, illa itineris arreptio habet vim appellationis. ſecus ſi ante litem motam. ¶ Primum dictum limitabitur. ĩ. c. dilecti vbi notabitur quòd in lite mota, ſola itineratio non habet vim appellationis iudicialis eò quòd appellatio habet formalitatem ſuam infra capitulo vt debitus. & capitu. cordi. ¶ Alij dicunt quòd ſi verbo, exprimat cauſam, maximè vbi non poteſt habere copiam iudicis à quo, habetur pro appellante & remittit Lignanus ad. c. dilecti.

SVMMARIVM.

1 *Si ſuperſedetur exceptioni ſuper qua eſt appellatum, etiam cauſæ principali ſuperſedi intelligi.*

2 *Caſum dari poſſe in quo cauſa principalis, ſine cauſa appellationis terminari poterit.*

3 *Peremptoriam omnino afficere principalem.*

4 *Exceptionum dilatoriarum, an aliqua ſit peremptoria ſine qua poſſit diffiniri principale.*

5 *Iuriſditionem ſuſpendi à tota cauſa per appellationem.*

¶ CAP. X.

SVper eo. ¶ Caſus. Si ſuperſedet † exceptioni ſuper qua eſt appellatum, tunc etiam cauſæ principali (cum ſinè alia diffiniri non poſsit) ſuperſedendum eſt. ¶ Ad intelligentiam autem huius decretalis, vide not. per me, in conſilijs meis conſilio. xlij. & ex illis pone caſum in iſta decretali. ¶ Et adde etiam quod

tetigi infra.de dolo & contuma.cap.ij. in prima quæſtione.
communis eſt diuiſio,ſecunda ibi,*ſi autem*.nec aliter ſumma
tur propter diuerſas lecturas. ¶ Expone literam *exceptioni*.
ſupple & negotio principali ſecundum Hoſtien. quod ha-
bet locum etiam ſi negotium principali ſine illa terminari
poſsit:fortiùs ergo ſi non poſsit & exponit quod ſequitur,
nihilominus.id eſt multomagis: & hanc violentam lecturam
facit vt ceſſet argumentum à contrario de quo in gloſſ. *ſu-
perſedendum*. ſupple à iudice à quo eſt appellatum. *terminari*.
poteſt intelligi ſecundum Collectarium ſecundum alia iu-
ra, videlicet quòd non ſuperſedeatur in principali, vbi
terminari poteſt ſine cauſa à qua eſt appellatum: niſi iudex
à quo eſt appellatum, recuſaretur, vt ſuſpectus iuxta nota-
2 ta ſupra eodem ad hęc poteſt † enim dari caſus, in quo cau-
ſa principalis ſiue cauſa appellationis terminari poteſt.vt ſi
reus vel actor condemnatus eſt in expenſis ſecundum Inno
cen.& Hoſtien.& Archidiaco.eodem titulo.licet ad finem.
libro.vj.¶ Vel ſi eſſet appellatum ne reciperetur aliquis ex-
communicatus, & plures alij eſſent electores:&c. ſecundũ
Innocenti. & Abbatem tamen receptionem teſtium non
credit impediri propter talem exceptionem: remittens ad
collecta ſua, de teſtib.ex parte.& ad Archidiaco. eodem ti-
tulo cordi.ſuper verbo articulo ei. ſcilicet principali quæ-
ſtioni.¶ *Superſedeatur*.notat Vincentius quòd ſi appellatum
fuit & conuentioni non ſuperſedebitur in reconuentione
nec econuerſo de quo in Speculo de reconuentione.§.penul
timo in fine.di.j.pro.Innocen.*falſi ſuggeſtione*.opposita poſt
litem conteſta.vel ante ſed friuolè ſecundum Abbatem vel
poteſt poni exemplum. per.c.j.de lite conteſta. libro.vj. ſe-
cundum Collectarium.*differenda*. imò quàmcito fieri pote-
rit dirimenda.ſupra titulo proximo.c.ij.infra eodem inter-
poſita.& fertur ſententia ſuper principali quęſtione.& non
falſi ſuggeſtione ſi talis eſt cauſa,in qua poſsit lite conteſta.
non contra procedi.vel contra talem appellantem contu-
maciter recedẽtem proceditur per miſsionem in poſſeſsio-
nem vel excommunicationem.ſupra vt lite non conteſtata.
c.tuæ.ſecundum Innocen.¶ Supple gloſſas in gloſſa ſecun-
da.in fine & nota ſupra de ordine cognitio.c.tuam. in gloſſ.
3 tertia, in fine vnde hoc tenendum,quòd † omnis perempto
ria afficit principale ita quòd ex quo ſuperſedetur in peren
ptoria:ergo & in principali.¶ *In glo.ergo videtur*.in fine, hoc
dictum gloſſ.& placet Hoſtien.cum nil debeat innouari ap
pel.penden.infra eodem dilectus. Et quia iudex appellatio-
nis ex quo recepit appellationem commiſſam ex cauſa pro
babili,poteſt inhibere iudici,ne procedat.infra eodem Ro-
mana.§.quòd ſi.libro.vj. meliùs facit quia verificata appella
tione omnia facta poſt ipſam per iudicem principalem, re-
uocantur.per modum nullitatis infra.c.non ſolùm.libro.vj.
¶ Exceptio verò ſine qua non poteſt principale negotium
terminari eſt illa, quæ competit certis perſonis, ne conue-
niantur vltra quàm facere poſsint.ff.de re iudicata ſunt qui
in id.& .l. ſequenti. Nam ſi negetur debitum, & nihilomi-
nus vt refert Innocen.quidam dicunt procedetur in princi-
pali coram eo iudice,etiam ſi fuerit delegatus.¶ Sed contra
quia per appellationem ſuſpenditur iuriſditio.ſ.de officio
delega.paſtoralis.ff. ad turpilia.l.j. propter quod alij dicunt
illud verum,ſolùm in ordinario & tunc ſi non recuſatur.ſ.
eo.ad hoc. ¶ Sed vt dicit Innocen. iſta decretalis non dicit
penden.appella.ſuper exceptione poſſe agi ſuper principali
coram eodem iudice: ſed eſt intelligendum de iudice com-
petenti.¶ Vel ſecundum Innocen.pone hoc exemplum pe
tebam centum à Titio,quo negante, debitum probaui per
duos teſtes,ille obijcit exceptionem contra vnum ex illis te
ſtibus,& iudex vnum teſtem per interlocutoriam repulit,
appellaui hic patet principale ſine hac exceptione expediri
nõ poſſe; ſupplebit ergo etiam ſi negotio principali ſi præ-
ter illum teſtem adhuc reſtant duo vel tres idonei, non ſu-
perſedetur principaliter quæ ſine illa terminari põt. ¶ Sed
nec procedetur in cauſa appellationis quia nõ intereſt mea
appellationem proſequi cum ius meum ſit liquidum:etiam
illo repulſo & vide quod dixi cum vobis.in gloſſa eſt ſcien-
dum.¶ Et idem exemplum ponunt Pe.& Abbas tamen per
modum conuerſum ſcilicet,quòd appellauit excipiens con-
tra teſtem:quia non admittebatur exceptio, & tunc eodem
modo eſt videndum,an ſine illo teſte liqueat ius actoris vel
non,vel ſecundum Innocen.eſt exemplum in condemnatio
ne expenſarum contumaciæ.à qua ſi appelletur, iudex ordi
narius vel delegatus poterit in cauſa ꝓcedere.cũ per ipſam
non fuit per præiudicium principali huius tamen difficilis
4 ſecundum eum.¶ Item ponit exemplum in † dilatorijs ſolu
tionis Go.quærens an aliqua ſit peremptoria ſine qua poſsit
diffiniri principale.¶ Reſpondet,quòd ſi exceptio compẽ-
ſationis,ex quaſi appelletur, ea ſalua manente procedetur
in principali.C.de compen.l.finali.ff.de compenſa. quod in
diem.§.ſi rationem.¶ Item dicit cum petitur reſtitutio con
iugis & opponitur conſanguinitas propter quam appella-
tur,fieri poterit reſtitutio nõ quoad thorũ.ſ. de reſtitutio.
5 ſpo.literas.¶ Credo cum gl.& ſic ſeruamus † quòd ſi iudex
me grauat,& appello,ſuſpenſa eſt eius iuriſditio quoad totã
cauſam:ita quòd verificata appellatiõe reuocatur quicquid
poſteà facit in principali per modum nullitatis. vt.ſ. dixi.
¶ In exemplis ergo ſuppoſitis de teſte,videat iudex ſi graua
uit & reuocet illud ſi non grauauit,ſecurè procedat à prin-
cipio ergo differre potuit probationem exceptionis: & de-
mum publicatis atteſtatiõibus, ex quo per alios probatum
erat,opponebatur illam repellere vt impertinentem & quę
non releuat& facit quod dixi de teſti.ex parte.¶ In glo.vlti.
ibi,*de falſi ſuggeſtione*.i.quòd in reſcripto ſuggeſtum fuit fal-
ſum, non intelligas de exceptione falſitatis,quæ poſſet etiã
poſt ſentẽtiam opponi.ſ.de procu.in noſtra. de excep.cum
venerabilis & ibi,*lis conte*.vel facit vim in verbo,ꝓrupit qđ
proculruperit non.ſcilicet excipiendo & ſuper exceptione
interlocutoriam expectãdo.¶ Sed ſimpliciter dixi, appello
ne procedatis quia falſum eſt reſcriptum nõ enim grauaba-
tur eo ſolo,ꝙ ſibi exceptio competebat ſed tunc demum cũ
per iudicem admiſſa nõ eſſet:facit.j.eo.dilecto. vbi de hoc.
&.ſ.de teſti.ſignificauerunt.in princ.& in glo.not. ꝙ alia le-
ctura ꝙ generalitas exceptionis eſt,quæ impedit vim appel
lationis. nam multiplex eſt falſi ſuggeſtio, aliqua impedit
vires,aliqua non:ſpecificari ergo oportebat argu.ff. de iure
fiſci.in fraudem.de elec.ne quis duas.lib.vj.¶ Item non de-
bet ſtatim emiſſa voce appellationis recedere, ſed expecta-
re,an admittat iudex appellationis alia lectura quę ſatis pla
cet & eſt plana,vt ſit mens literæ ꝙ ſi ex falſa cauſa appelle-
tur,iudex procedit:& tunc expone de falſi ſuggeſtione.i. ex
falſa cauſa ſuggeſta.i.expreſſa in appellatiõe iudex enim qui
ſcit cauſam falſam,non timeat procedere cum ad reuocatio
nem poſteà falſorum per ipſum,neceſſe ſit cauſam verifica-
ri coram iudice appellationis:vt dixi.ſ.glo.proxima.

SVMMARIVM

1 *Appellari poſſe etiam pro minimis cauſis.*
2 *Subiectũ appell.iuſtificans nõ conſiſtere in quantitate cauſæ princip.*
3 *Iudice alimenta præſtari decernente,an ab eo appellari poſsit.*

¶ CAP. XI.

DEappellationibus.

Breue eſt, ideõ Nouel
la non ſummat.Sed ſic ſummare potes: appel
1 lari † poteſt etiã pro minimis cauſis no.quali
ter de minimis bñ curandũ eſt vt in ſumma-
rio.ſic.C.eo.l.in minoribus.¶ Sed opponiſ cõtra hęc de.c.&
ſi qõnes.j.de ſimo.Itẽ aliud iudicamus in leui iniuria, ꝙ in
graui.j.de ſen.excõ.peruenit.ſ.ti ꝓxi.cũ te.leuis enĩ culpa,
leuiter indulgeſ.j.de accu.cũ dilecti.ac planiùs & ſimplici*
ꝓcediſ in minoribus.in authẽ.de man.prin.§ ſit tibi.imò &
leuia cõtẽni poſſunt.ff.de vẽ.inſpi.l.j.in fi.ſecũdũ Ho.¶ Sed
rñdeas vt hîc notaſ per Ber.poſt mediũ gloſ.ſubiectũ enim
2 † appellationem iuſtificans non conſiſtit in quantitate cau-
ſæ principalis ſed in iniuſtitia cauſæ & in iniquitate
iudicis:

iudicis: quæ poſſunt etiam in cauſis minimis obuenire. Vnde pro gallina appellari poſſet. Super quo vide notata ſecunda quæſtione ſexta anteriorum.§. illud. & ſupra titul. primo cum te. & in prædicto capi. & ſi quæſtiones. vbi ſuper hoc ponitur vna longa diſtinctio per Henricum. Ideò autem datur actio furti,& non actio de dolo pro modico: quia actio furti eſt ordinaria,& actio de dolo. extraordinaria vt notatur in.c.cùm te.ſecundum Collectarium. An au-
3 tem † appellari poſsit, cùm iudex decreuit alimenta præſtari vel cum iuſsit rem exhiberi? ſatis notatur. in Specu. de appellat.§.in quibus. ver. Octauo quando res.

SVMMARIVM.

1 *Cautum eſſe debere impetrantem reſcriptum nec tūc petat cùm tempus inutiliter labitur.*
2 *Iudice excommunicato poſt datam reſcripti, an ſibi propterea currat tempus.*
3 *Reſcriptorum verba in dubio ſemper eſſe ad ius commune referēda.*
4 *Iudice inuito, cauſam protellari non poſſe.*
5 *Iudicem vltra terminum præfixum, dilationes nequaquam concedere poſſe.*
6 *Sententiam contra contumacem ferri poſſe.*
7 *Iudicem non dici quemquam, ante quam incipiat iuriſdictione vti.*
8 *Appellationem fruſtratoriam, legem reprobare.*
9 *Iura canonica indiſtinctè ab omni grauamine appellari permittere.*
10 *Dignitates & perſonatus, ſolis peritis conferenda eſſe.*
11 *Motiuum legis canonicæ in appellationibus quale fuerit.*
12 *Accuſatio & recuſatio qualiter æquiparentur.*
13 *Ab officiali epiſcopi non appellari ad epiſcopum & quare.*
14 *In dato tempore ad cauſam decidendam, an computetur dies receptionis literarum commiſsionis.*
15 *Appellari an valeat quis à citatione.*
16 *Appellare non poſſe quem, ante ſententiam.*
17 *Litigandi grauamen illatum non poſſe per appellationem à diffinitiua reuocari. & num. 19.*
18 *Par. grauata an appellare poſsit à pronunciatione ſuper exceptione dilatoriæ facta.*
20 *Appellari an valeat ab interpoſitione primi vel ſecundi decreti.*
21 *Appellari à ſecundo decreto quòd poſsit quomodo intelligatur.*
22 *Dilatione data nimis breui vel nimis magna an poſsit tanquam à grauamine appellari. & quid ſi admittat probationes quas non debet admittere numero. 23.*
24 *Appellari à iudice permitti ratione relationis.*
25 *Appellari non poſſe à momentanea poſſeſſione.*
26 *Appellandi facultatem eſſe, in maioribus & minoribus negotijs.*
27 *Executor à quo appellatur, quòd poſsit rem cuius poſſeſsionem recuperat, ſequeſtrari.*
28 *Appellatio ab interlocutoria, qualiter diffiniatur. & numero. 29.*

¶ CAP. XII.

SVper eo.ii. ¶ Se ſummat & ponit tria principalia dicta. Secundum ibi, *in cauſis*. Tertium ibi, *ſi autem*. Et licet iſta decretalis ſit communis, tamen multùm eſt vtilis & menti tenenda.

¶ Expone literam. *Canones*, ſecunda quæſtione.vj.c.j.&.ij.&.iij.&.ſ.e.perſonas:&.c. Cum ſit. *ante*, videtur ergo loqui de appellationibus extraiudicialibus. Sed & extra iudicium canones appellare permittunt.ſ. eod. cum ſit Hoſtien. *in prolatione*, quod ſi quis appellauerit,tamē profertur ſententia excommunicationis? dic, vt notatur in ſumma.de ſent.& re iud.§.qualis ſub.§.puta.& ſub.§. ſi excōmunico te.& ſequentem Hoſtien. Et vide Nouellam.j.de reg. iuris.c.cùm ſunt iura partium in quæſtione mercuriali. lib. vj. *appellandi*, dum modo grauentur.j.e.vt debitus.Innocen. *non admittuat*, non ergo mirum,ſi ſecundum leges, perit inſtantia niſi incertis caſibus, vt puta ſi grauamen nō poteſt per appellationem à definitiua interponenda reparari. Sic intellige ff.de appel.reci.l.ante ſententiam C.eo.tit.l.ſi quis prouocatione.&.ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſi ab arbitro:&.ff.de mino.l.intra vtile.& idem ſi per appellationem huiuſmodi non eſſet plenè conſultum vel ſi non ſperaretur aliqua ſententia poſt ferenda: vt.ff.e.tit.l.ab executore. in princi. iuncta.l.cum quidam.e.tit.&.ff.de mino.l. ait prætor.§. permittitur.iuncta.l.prima.§.quæſitum.ff.e.tit.quod plenius proſequere, vt notatur per Bar.in prędicta.l. ante ſententiam.in principio in oppoſitionibus ibi per eum factis. per lapſum triennij & non ſecundum canones de quo ſupra de iudi.c. penultimo.Hoſtien. *Tollitur*, ſiue per ius commune.ſ.eo.c. tertio.&.c.cum ſcit in ſiue.ſiue per ſpeciale reſcriptum.ſ.de reſcrip. c. primo de offic. dele. ſuper quæſtionum. *Certum tempus*, definitum per numerum dierum ſeptimanarū, menſium vel annorum. Si enim limitaretur ad certum diem, puta infra tale feſtum, vel tales calendas, tunc certum eſt, tempus poſt datam currere: & ſemper labi. Ex tunc & non prius. Cum enim iuriſdictionem exercere non poſsint.ſ.de reſcript.paſtoralis.ad finem.ergo nec currit nec obſtat.ſ. de reſcrip.eam te.vt ibi ſoluitur:&.j.de prę.dilectus.ij.*receperiſſet*. fiat inſtrumentum de prę̄ſentatione reſcripti, in quo vtile eſt totum tenorem inſerere:& de hoc & ipſius inſtrumenti forma, vide in Spec. de reſcripti præſentione. in principio.
5 Sit † etiam cautus impetrans, ne tale reſcriptum præſentet, quando videt propter abſentiam rei vel imminentes ferias, aut propter aliam cauſam, tempus inutiliter labi.dic, vt dixi.ſ.de offic.deleg.conſultationibus.

¶ PRIMO quæritur circa vltimā partem decretalis quid
a ſi iudex † excōmunicatus poſt datam reſcripti, & ſic ligatus recipit reſcriptum, nunquid ſibi currit tempus? videtur placere Hoſti.quòd non: quia nec partes nec iudex procedere poſſunt.ſ.tit.j.ad probandū.ar.ſ. de reſcript.c.plerunq;. & de pręſcript.vigilanti.&.ff.ad turpil.l.ij.§. conſeſſum.&.j.de conceſſ.pręben.quia diuerſitatem.&.ſ.de elect.c.fin. Sed in contrarium facit opinio cōmunis quam etiam tenere conſueuit Hoſti.quę habet ꝙ terminus hominis ſemper ipſo iure currit legitimè impedito: licet docto de impedimento reſtitutio concedatur quam opinionem vide notatā.ſ.e.ex ratione:& de elect.c.fina.& de conceſſ.pręben.quia diuerſitatem. niſi dicas, ꝙ princeps eſt lex animata in terris.& quòd terminus ab eo prę̄fixus, cenſetur terminus iuris non hominis. Et videtur hîc probari, quia ante receptionem reſcripti non incipit tempus currere: quia propter defectū reſcripti impeditur iudex poſſe procedere.

¶ SECVNDO quæritur pone quòd de conſenſu partiū reſcriptum fuit impetratū & duplicatum,& traditum fuit ſub eodem tenore vtriq; parti: reus autē pręueniens ſtatim pręſentat illud iudici, vt tempus fluat quid tunc erit? Hoſti. dicit quòd ſi de fraude cōſtat licet de rigore fluat vt hîc: tamen ſubuenire debet delegatus.ar.j.e. oblatę.ſ.de in integ. reſti.ex literis. ff.de ver.obli.l.continuus.ff. de duobus reis.l eadem.§.fin.& eſt cōdemnandus reus in expenſis.ar.ſ.de reſcript.cęterum &.c.fina.niſi actore intra terminū veniente conſentiant partes in prorogatione,& in reſtitutione temporis quod iā fluxerat.ar.c. de offic. dele. paſtoralis in fine. Et idem dicit Hoſti. de quocunq; alio iuſto impedimento, vt ex generali clauſula ſuccurratur per arbitrium iudicis delegātis.ſ.tit.j..c.fin.

¶ TERTIO quęritur & hîc intro magnā glo.Inno.pone lis mandat decidenda infra certū terminū adueniēte termino, vna pars petit ſententiā, alia verò pars cōtradicit & petit terminū ad probandum de iure ſuo, & etiā propter hoc appellat nunquid propter hmōi cōtradictionē & petitionē debet differre iudex prolationē ſententię? Reſpondet Inn. quòd ſi tempus eſt ſtatutū de conſenſu partiū, non propter hoc differret iudex ferre ſententiā: hoc enim ipſo quòd ſtatutus eſt hmōi terminus, reputandus eſt peremptorius, & habendus eſt pro concluſione in cauſa, niſi nouum & inexcogitatū impedimentū interuenirēt quare probationes inducere non poſſet: quia tunc vel beneficio reſtitutionis in integrum, vel ex cōmuni iure ſuccurreret ei: ſicut eſt in termino iuris: vt notatur.ſ.e.ex ratione.ſecundū Innocen.

¶ Marti. tamen dicit, ſe non credere quòd ita habeatur iſte
terminus pro conſtitutione quòd ordo iuris ſubſtãtialis de
beat obmitti: quia non eſt veriſimile, quòd Papa velit tollo-
re omnia iura. C. de inoffic. te. l. ſi quando. ſ. de elect. c. eccle-
3 ſia veſtra cum concord. ibi ſignatis. Et quia † verba reſcri-
ptorum in dubio ſemper ſunt ad ius commune reducenda:
& ſecundum illud interpretãda. ſ. de reſcript. c. cauſam quæ
& ff. de vulga. & pu. ſub. l. ex facto. In hoc tamen videtur poſ
ſe ſaluari dictum Innocen. quòd dilationes tantùm poterit
abbreuiare, quòd totum expediat intra illud tempus: & ſi
termini ſint nimis arcti taliter quòd pars de iure ſuo, non
poſsit plenè probare: iuſta cauſa mouente debebit ſibi per
beneficium in integrum reſtitutionis ex generali clauſula
ſubueniri ſecundum eum. ¶ Ego autem puto, quòd prædi-
ctum intellectum non habuit Innocen. quia de ordine iudi
ciario ſeruando vel non ſeruando, verbum non fecit nec ad
huc in aliquo ſe retulit. Sed ſolùm retulit ſe ad petitionem
termini, ad probandum de iure partis contradicentis: & ſo-
lum voluit dicere Innocen. quòd ſiue pars neglexerit, ſiue
non neglexerit illum terminum perprius petere ſeu illo ter
mino per prius vti, ab illo termino excluſus erit pro eo quia
in illius temporis deputatione conſenſijt. & in illo conſen-
tiendo, ab vlteriori cauſæ prorogatione ſe excluſit: & per cõ
ſequens etiam excluſit ſe ab huiuſmodi termino qui de ne-
ceſſitate litis prorogationem induceret. arg. ff. de ſpon. l. ora
tio. ff. de ſena. l. qui indignus: & ff. de procura. l. ad rem: & l.
ad legatum. Nec obſtat, quòd dicit Innocen. de concluſione
in cauſa, quia hoc ſolum voluit dicere, quoad effectum exclu
dendi vlteriorem terminum ad probandum: licet & fatear
tacitè eſſe datam tali iudici facultatem abbreuandi dilatio-
nes ſecundum naturam temporis eidem ſtatuti ad cauſam
finiendam: per iura proximè allegata: & ff. de ſerui ru. prædi
orũ. l. tertia. § qui iter. de acquir. hære. l. illud. de excu tu. l. Vl-
pianus in fine. ſ. de offic. delegati capi. præterea cum ſimili-
bus. Fateor quæ etiam non eſſe laxatas habentias tali iudi-
ci, per talem commiſsionem ordinem iudiciarium obmitẽ-
di: quia non ex tacita cõmittentis intentione, per rationem
domini Martini: nec etiam ex tacita partium volũtate: quia
non poſſunt remittere ordinem iudiciarium: vt patet ex his
quæ ſcripſi de offic. dele. de cauſis. de re iudicata. c. finali. lib.
vj. niſi ex termini nimia breuitate, & alijs circũſtantijs, alia
voluntas ipſius committentis, veriſimiliter colligi poſſet:
quia tunc illa oratio ſequenda eſſet. ff. de condi. & de. l. in cõ
ditionibus cum ſimilibus.

¶ QVARTO quæritur quid ſi illud certum tempus ad
petitionem tantum alterius partis præfixum fuerit. Reſpon
det Innocen. quòd tunc ad petitionem illius partis non dif-
feretur ſententia contra tempus ſtatutum: quia ſic conſen-
ſiſſe videtur: dicit tamẽ quòd hoc alteri parti quæ nõ con
ſenſijt non præiudicat, quin debeat habere moderatas dila-
tiones ad probãdum de iure ſuo. Subdit tamen, quòd iudex
dilationes iuris debet minuere. In hoc enim delegans gratiã
feciſſe videtur impetranti & grauamen alteri parti. ſecun-
dum Innoc. certũ eſt autem, quòd ſi mandetur intra ſex vel
octo menſes cauſa per ſententiã terminari, nõ poſſunt dari
tot & tantæ induciæ quot & quãtæ dari poſſent ſi cauſa poſ
ſet durare ſaltẽ vſq; ad tempus in iure ciuili ſcriptũ: ſcilicet
triennium, & tamen etiam tunc iudex dilationes reſtringit.
4 Vnde dicit lex, quòd † non poteſt cauſa inuito iudice pro-
telari. C. de iudi. l. properandum: & alia lex dicit, quòd ſem-
per eſt dilationum materia amputanda. C. de temp. app. l. ij.
in prin. ſecundum Hoſti. Sed tamen ſecundum Inno. cauen-
dum eſt iudici, quòd ſic dilationes diminuat, nec ius partis
tollat. i. ne tam breue tempus aſsignet, quòd pars. ſ. illud de
iure ſuo nullatenus docere poſsit: quia ſic ius illius omnino
abſorberet. arg. ff. de admi. tu. l. tutor qui repertorium. § pri-
mo. & not. de offic. dele. de cauſis. ſecundum Innocentium.
¶ Caue tamen quia ſi reus qui non conſenſijt termino obti
nuerit dilationes vlteriores quàm actor qui conſenſijt, illæ
dilationes proderũt & actori. Vnde & infra eaſdem poterit
actor docere de iure ſuo, ſicut & reus. ar. C. de temp. in inte-
5 grum reſtitu. petend. l. petendæ. nunquàm tamen † pote-
rit iudex vltra terminum præfixum dilationes concedere
vel aliàs in cauſa procedere niſi conſenſu partium hoc pro-
cedat prout hîc legitur & notatur in prædicto. c. de cauſis.
& ſ. e. Quod ad conſultationem. § ſed nec exceptionem. Et
adde quod ſcripſi in ſimili de elect. cõmiſſa. lib. vj.

¶ QVINTO quæritur pone negotium intra certum
tempus inſtruendum. Et poſteà remittendum alicui man-
datur, nonquid habet locum quod proximè dixi? Reſpon-
det Inno. quòd ſic: & per omnia idem: & quòd iſtud tempus
pro peremptorio eſt habẽdum, ita quòd etiam coram iudi-
ce ad quem fit remiſsio, neutra partiũ admittitur de cæterò
ad probandum ſecundum eum.

¶ SEXTO quæritur, pone alicui committitur, quòd in-
tra tempus cauſam inſtruat, & ex hoc inſtructam remittat,
præſentatur ei litera commiſsionis, nulla tamen fit inſtru-
ctio intra tempus. modò ipſe iudex adueniente fine termini
eccleſia nulla inſtructione recepta in cauſa, & etiam reo. ſ.
dictum terminum non citato, vult tunc citare reum, & ei
diem præfigere in quo coram delegante compareat in ne-
gotio proceſſurus, nunquid poteſt. Refert Innoc. quoſdam
dicere, & fortè bene ſecundum eum, quòd ſic: & quòd reus
tunc non poteſt dicere ſe grauari: quia actor ſuper eo ſuper
quo noluit cauſam inſtrui non admittitur de cæterò ad pro
bandum: imò ei perpetuũ ſilentium imponetur: & impu-
tet ſibi, quia intra terminum non probauit. ar. C. de inge. ma
numiſſ. l. diffamari: & ſ. de teſti. ſpo. c. frequens. § penul. libr.
vj. cum concor. & ſupra de proba. licet primo reſponſo. nec
obſtat ſi dicat, quòd ordo omiſſus fuit, qui in reſcripto com
miſsionis continebatur, quia continebatur ſecũdum illum,
quod primò debebat cauſa inſtrui, & poſt remitti, & ſic nõ
videtur valere remiſſio, vt. ſ. de reſcrip. Cum dilecta. Reſpõ
detur enim, quòd imò eſt bene inſtructa cauſa, nam contra
6 † contumacem ſententia ferri poteſt. Vel dic, quòd hîc con
currunt duo principalia mandata, vnum de inſtructione, &
aliud de remiſſione vnde ſi non potuit primum propter ne
gligentiam partis, tenetur ſaltem ad ſecundum, ſcilicet ad
remiſſionem faciendam, quia primum non ex eo ſolo. Sed
& ex parte illius qui probare habet. Secundum verò ex eo
ſolo pendet, vt patet in eo quod legitur & notatur ſupra
de reſcript. conſtitutus, in primo reſponſo & ſupra de do. &
contu. cum dilecti. § præterea. verſu. primo. ¶ Alij tamen di
cunt & fortè melius quantum ad hoc, ſecundum Innocen.
quòd niſi iudex primò citauerit partes ad procedendum ſu
per inſtructione negocij, non poteſt remittere negotium:
7 quia nec merus executor eſt. Sed nec † iudex antequàm in-
cipit iuriſditionem vti: vt. ſ. de offic. dele. gratum: & c. rela-
tum. & ſupra de reſcript. paſtoralis. in fine. Sed poſtquàm
citauit patres poteſt fortè ipſum negotium remittere. Quia
& ſi non plenè, tamen prout poteſt inſtructum remittit:
ſcilicet quia dicet quomodo partes citauit, & quomodo ob-
tulit ſe paratum ad procedendum: & quomodo actor pro-
cedere noluit & etiam ſi expedit, quomodo dedit poteſta-
tem reo dicendi quicquid vellet: & ſic de alijs factis & omiſ
ſis ſecundum Innocentium. ¶ Sed opponitur quia vi-
detur quòd non potuit valere punitio, niſi pena imò quòd
puniendus ſit iudex, qui ipſam fecit: vt. C. eodem titulo. l. ne
cauſas: & C. de legi. l. humanum. & ſupra de electione &
electi poteſtate dudum. primo. § cum autem. Sed reſponde-
tur ſecundum Hoſtienſem, quòd illud verum eſt, & pro-
cedit quando fieri poteſt, & quando eſt, quòd poſsit iudici
imputari: aliâs autem ſufficit, quòd faciat id, quod facere
poteſt: vt notatur per Doctores canoniſtas in. c. faciet ho-
mo. xxij. q. ij. & adde legiſtas in. l. impoſsibiliũ. per illum tex.
ff. de reg. iuris. & textum in. l. inter ſtipulantem. § ſacram. &
l. impoſsibiliu. ff. de verborum obligatiõibus. & ibi per Bar.
& vide ad hoc textum in. c. fin. in fin. ſ. de pac.

¶ Septimo

¶ SEPTIMO quæritur nunquid in caſu ſupra proxi-
mo, iudex ad quem huiuſmodi commiſsio impetratur de-
bet condemnare in expēſis actorem, ſi fecerit citari reum,
& nullam probationem ſuper inſtructiōe cauſę induxerit.
Reſpondet Innocen. quòd ſic.argumen.ſ̃.de reſcript. Cæte
rum in fin.& eo.titu.c.fin. in fine.& de do. & contu. finem.
Semper enim debet cauſam remittere, ex quo hoc ſibi man-
datum eſt expreſſè licet aliqui contradicant. ¶ Quid ergo
tunc fiet de cauſa huiuſmodi ſi ſine cauſæ inſtructione re-
miſſa eſt? Reſpondet Innocē. quòd tunc ſuperior ad quem
cauſa remittitur, bene examinabit omnia, & tunc omnibus
examinatis actorem vel reum ad probationem admittet vel
à probatione repellet & aliàs eos puniet in expenſis. & ali-
ter procedet prout ei de iure viſum fuerit faciendum. Re-
fert tamen Innocētius alios dicere huiuſmodi tertium vim
peremptorij non habere. Vbi autem mandaretur, quòd iu-
dex cauſam inſtructam vel non inſtructam remitteret, ſicut
frequenter facit ſedes Apoſtolica, ceſſarent prædictæ opi-
niones: tunc enim nullus error eſſet cauſam nō inſtructam
remittere cum hoc mandaretur expreſſè. Sed tunc ſatis poſ
ſet dici, quòd etiam remiſsione facta, poſſet iterum dari no-
ua dilatio impetrāti, quia tunc nec expreſsè, nec tacitè con-
ſenſiſſe videretur hunc terminum peremptorium eſſe: imò
tunc contrarium eſſe innuit hæc pars mandati in qua dici-
tur, quòd etiam non inſtructam remittat: ſecundum Inno-
cen. niſi fortè repellatur, quia aliud actum fuerit: vel quia
probare potuit, & neglexit ſecundum Hoſtien. qui etiam
remittit. ſ̃.c.intimaſti. Et iſta pro magna parte quaſi ad lite-
ram poſuit Specula.de remiſsione.§.videndum.ver. in ſum-
ma.vſq; in finem.§.

¶ OCTAVO quęritur circa primū reſponſum huius de
cretalis in ver.leges autem ibi, *niſi in caſibus*. qualiter hoc in
telligit. Collectarius verò exemplificat cum iudex interlo-
quitur aliquem torquendum.ij. quæſtione.vj. ante ſenten-
tiam. & in quibuſdam alijs caſibus notatis.ij. quæſt.vj. non
ita.& plenius per Hoſtien.in ſumma eo.titu.§. à quo in fine
ſecundum eum. Ex quorum caſuū ratione poſſet etiam ſe-
cundum leges à quocunq; grauamine appellari: maximè
8 quia lex † appellationem fruſtratoriam reprobat. C.de epiſ.
aud.l.ij.per quod videtur rationabilem admittere ſed con-
trarium determinauit iſta decretalis dicens, quòd leges an-
te ſententiam non niſi in caſibus, appellationem admittunt.
¶ Legiſtæ autem circa hoc dant talem doctrinam, quia aut
infertur tale grauamen, quod poteſt reparari per appella-
tionem interponendā à definitiua, & tunc poteſt appellari.
ab illo ante definitiuam ſententiam: & ſic poſſunt intelli-
gi.C.quorum appell.non reci.l.ante ſententiæ: &.C.de epiſ.
audi.l.ij. Aut infertur tale grauamen, quod non poteſt re-
parari per appellationem interponendam à definitiua, &
tunc poteſt appellari ab illo ante ſententiam: vt.ff.qui ſatiſ-
da.cogant.l.ſi ab arbitro: &.ff.de appel.reci.l. ſecunda. vt ibi
ſcripſit Bartolus & vt ſcripſit Cynus.C.de epi.audi.l.ij.in vl
tima quæſtione & in prædicta.l. ante ſententiæ. in ſecunda
oppoſitione vbi Cynus contra canoniſtas inuectiuè loquē-
9 do, dicit quòd iura canonica † quæ indiſtinctè ab omni gra-
uamine appellare permittunt.vt.j̃.e. vt debitus in hoc ſunt
iniqua, & non reſpexerūt niſi exturſionem pecuniæ & ideò
admittunt crebras appellationes, & fruſtratorias impune
ſunt: & cauſas permittunt delegari viris imperitis eo ſolo
inſpecto, quòd ſit prælatus vel canonicus vnde grauamina
plura oriuntur. Sed leges litium immortalitates euitantes
C.de iudic.l. properandum non permittunt hic nec cauſas
imperitis committi.C.de iudi.l. certi iuris in authen.de iu-
dic.§.primo. Sed ad primum patet reſponſio in eo quod ſcri
pſi.ſ̃.c.proximo in oppoſitione. Et ad ſecundum reſpōdeo,
quòd licet decretalis prohibeat cauſas cōmitti à ſede Apo-
ſtolica alijs, quàm eccleſiarum cathedralium canonicis, aut
dignitate vel perſonatu conſtitutis.j̃.de reſcriptis.c. ſtatu-
tum.§.primo. libro. vj. tamen non propter hoc permittit
committi talibus, ſi ſint imperiti & de hoc conſtet. in du-
bio tamen, tales præſumit peritos ratione dignitatis vel gra
10 dus, quia non † niſi peritis dignitates vel perſonatus ſeu ca-
nonia conferri debet: vt notatur in.c.ſtatutum.allegato, &
minus benefaciunt leges, quia licet dicant cauſas non debe-
re committi niſi perſonis peritis, nullas tamen perſonas
quantuncunq; viles vel imperitas expreſſè prohibent ſal-
tem cum irritante decreto ſicut facit decretalis. Subdit Col
lectarius, quòd argumentum eſt, quòd ante definitiuam nō
poſſet appellari ſecunda quęſtione.vj.non ita. Quod corre-
ctum non reperitur: & ſupra de iureiurando.venientes in
principio: ſed quicquid dicat contrarium hîc determina-
tum eſt. ¶ Lignanus addendo dicit quòd non concernentes
negotium principale ſunt illa, quę non poſſunt releuari &c.
Idem dicit de interlocutorijs poſt quas nulla ſequitur defi-
nitiua: quia in illis ceſſat ratio legis, & etiam idem dicit de
illis interlocutorijs, quæ licet reuocentur pér appellationē
à definitiua interpoſita, irrogant tamen tale quale grauamē.
11 Subdit etiam, quòd motiuum legis † canonicę fuit vt gra-
uati ſtatim releuētur, quia ad hoc appellationis remedium
eſt inuentum.ij.quæſtione.vj.quoties. Motiuum autem le-
gis fuit, quia grauatus ante ſententiam releuabitur, in ſentē
tia vel ſaltem per appellationem à ſentētia interpoſitam, &
iſta etiam eſt ratio, quare iure ciuili triennio perit inſtantia
vt prædicta.l.properandum.& non iure canonico.ſ̃. de iu-
dic.c. penultimo. Dicit etiam, quòd tortura reparari non
poteſt. Et ideò ab interlocutoria de torquendo de iure ci-
uili appellatur.

¶ NONO quæritur, *circa ſecundum dictum decre.* qualiter
12 appellatio † & recuſatio ęquiparentur vel non ęquiparen
tur? & dic quòd non ſemper quoad caſus particulares: quia
incertis caſibus habet locum recuſatio & non appellatio ab
executore enim non appellatur, niſi modum excedat, & ta-
men recuſatur.de offi.dele.ſuper quæſtionū.§ verum. Quod
dic vt ibi notatur. Item quia à iudice appellari non poteſt,
niſi grauet.j̃.e.vt debitus: & tamen poteſt recuſari iudex ſu-
ſpectus, etiam ſi non grauet vt notant Innocen. & Hoſtien.
j̃.e.cum ſpeciali. Item quia appellari poteſt à iudice in quē
quis conſenſijt, & tamen nō poteſt recuſari niſi ex noua cau
ſa.ſ̃.de offic.dele.c.inſinuante. Item notoriè delinquens nō
poteſt appellare, qui tamen forte poteſt recuſare, vt legitur
& notatur.j̃.e.cum ſpeciali.§. primo. Tamen ęquiparantur
quoad modum, quia ſicut appellatio rationabilis admitti-
tur & non irrationabilis, ſic & recuſatio: vt hîc notatur per
Hoſtien. & Bernardum quod intelligendum quantū ad mo
dum cognoſcendi: quia de appellatione cognoſcit iudex ap-
pellationis.ſ̃.de reſcript.c.dilectus.ij.&.j̃.eod.vt debitus. &
per totum. ſed.non de recuſatione, Innocen. quandoq; arbi-
tri.j̃.e.cum ſpeciali: & de offic.de.c.ab arbitris.libro.vj.&.ſ̃.
de offic.de.c.ſuſpicionis. & quandoq; iudex ordinarius, &
quandoq; iudex delegatus, vt.j̃. de offic.de.c. ſi contra vnū.
13 libr.vj. Item † ad officiali Epiſcopi non appellatur ad Epi-
ſcopum: cùm ſit idem auditorum.j̃.de conſuet.nō putamus.
lib.vj.& de app.c. Romana.in princ.e.lib. & tamen ſecus de
recuſatione: vt prędicto.c.ſi contra vnum.§.fina.vbi de hoc
ſecundum Hoſti. Nouellam & Henri.

¶ DECIMO quæritur pone Papa cōmittit cauſam ita
vt delegatus non poſsit recuſari, vel ab eo appellari, nūquid
ex iuſta cauſa poterit recuſari vel ab eo appellari? de vtroq;
dic quòd ſic pro primo de offi.dele ex parte. ſecundo pro ſe-
cundo.j̃.c.vt debitus. Pro vtroq; facit, quod legitur & no-
tatur præſertim per Compoſte. & per me.de reſcriptis cau
ſam, quę. Sed primum fallit, quando certa cauſa exprimitur
propter quam poſsit recuſari.ar.ff. ſi quis cau.l. ſed & ſi quis
§.quęſitum ſecundum Henricum.

¶ VNDECIMO quæritur circa tertiū dictum, vtrum
14 † in dato tempore ad cauſam decidendam, cōputetur dies
receptionis literarum commiſſionis? Ber.hîc in glo.vltima.
c. Vincen. Goffre. Phi. & Hoſtien.hic tenent quòd non &

facit cle.eo. tit. ſicut appellationem. Et vide quod ibi notat Ioan. And. in principio magnæ gloſſæ. Gulielmus naſo in contrarium & dicit diem receptionis computari: & probat per literam ex tunc & quia ſequeretur aliàs reuocata iuriſditione, ea die procedere poſſet iudex: quia ſi non computat dies inchoandæ iuriſditionis. ergo nec dies finiendæ & hoc credunt Nouella & Henricus verius: quia regulariter de momento ad momentum talia computantur, vbi aliud non exprimitur à iure. Et per hoc tolluntur omnia contraria. Et facit. ſ. tit. primo quod ad conſultationem. & quod notatur. j. de reſti. ſpo. frequens. lib. vj. Et placet Collectario qui inducit c. audita de reſti. ſpo. & notata Archid. de reſcrip. c. ſi propter, & remanet ad Spe. de citatione. §. viſo vbi nota indiſtinctè, quòd non computatur

¶ DVODECIMO quæritur iuxta materiã tertij dicti huius decretalis à quo tempore quæritur iuriſditio? aliqui autem reputant caſum in iſta decretali, quòd à tempore præſentationis reſcripti & non ante. Sed Mar. dicit & bene hoc non eſſe verum: quia iſta decretalis non intendit illud decidere à quo tempore iuriſditio acquiratur. Sed ſolùm illud quando incipit currere tempus appoſitum in reſcripto imò quæritur iuriſditio abſenti & ignoranti quinimo & inuito. ff. de iudic. l. cum furioſus. ſ. de offic. dele. paſtoralis. & de reſti. ſpo. ex conqueſtione. Super quo omnino videas ea quæ ſcripſi in prædicto. capi. ex conquæſtione in prima oppoſitione. & de procur. capi. finali in oppoſitione ſecunda. Et adde etiam omnino quæ ſcripſi in conſilijs meis, conſilio primo. & infra de iureiurando capi. primo. lib. vj. in quinta quæſtione. Ratio eñ, quare non ſtatim quòd iuriſditio quæritur, currit tempus, eſt iſta quia illud quod fiendum eſt intra tempus, plus iuriſditionis exercitium, quã ipſam iuriſditionem concernit: vt patet ex lectis & notatis. j. de conceſſ. præben. quia diuerſitatem: &. ſ. de elect. capi. finali. modò licet ante præſentationem reſcripti habeatur iuriſditio, quia acquiritur etiam ignoranti, non tamen cenſetur de iure ipſius iuriſditionis exercitium, ante reſcripti præſentationem poſſe quæri pro eo quòd antea non poteſt ſaltem bene ordinatè de commiſſione ſe intromittere eo quòd verba reſcripti ſunt principaliter attendenda de priuile. c. porrò. argumentum. ff. de tranſac. l. de his. Sed pleniùs proſequere, vt ſcripſi in prædicto. capit. ex conquæſtione. vbi pleniſſime hoc tractaui.

¶ DECIMOTERTIO principaliter ſubintrando aliqua notabilia dicta poſita per Bartolum. ff. de app. reci. l. ij. quæ incipit, ante ſententiam. quorum ſententiam quædam recitat hic Lignanus ex malo more ſuo, nomen Bartoli ſubticẽdo, quæro à quibus interlocutorijs poſſit appellari maximè de iure ciuili. Et vt omnes partes iudicij quoad hoc pro-
15 ſequamur. Quæritur primò † quantum ad hoc vtrum à citatione valeat appellari. Refert autem Bar. vbi. ſ. canoniſtas dicere quòd ſic ſiue grauetur, quia aſſignetur terminus nimis breuis. ſ. de dilatio. c. primo ſiue quia arctetur ad locum non tutum. j. eo. ex parte tua. vbi bonus texus. in tantum quòd non eſt neceſſe quòd pars veniat ad iudicẽ, & petat ſibi aſſignari locum tutum, ſecundum Innoc. & Nouellam in prædicto. c. ex parte. licet Hoſtien. ibi contra & idem eadem ratione, vbicunque quis per citationem grauatur, ſiue propter defectum iuriſditiõis illius coram quo citatur: ſiue propter priuilegium perſonæ citatę, ſiue ratione rei de qua litigatur ſecundum eos: vt ſupra de dila. cap. ſecundo cum ibi notat. per Innocen. ipſe tamen Bartolus putat quòd de iure ciuili ſi quis citetur ad locum ſuſpectum vt quia perſonaliter ducatur tunc poteſt appellari quia tale grauamen non poteſt reparari per appellationem à definitiua: argumen. ff. de appel. reci. l. ante ſentẽtiam. Sed ſi citet citatione verbali, & in citatione exprimatur aliquid propter quod appareat manifeſtè, quod non teneatur ire, tunc citatio eſt nulla: vt. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. penultimo. Et nota. ff. ſi quis in ius vocat non ierit. l. ſecunda. Et plenè per Innocen. in capi. præterea de dilatio. allegato. Sed ſi in citatione non exprimatur aliquid tale. Tunc ſi notorium eſt iudici, quòd citatus ire non tenetur. Tunc etiam citatio nulla eſt ipſo iure. vt clemen. paſtoralis de re iudic. & not. ff. de re iudic. l. quæſitum. Si vero iudici non eſt notorium, tunc valet: vt. ff. ſi quis ius dicenti non obtem. l. ſecunda & de iudi. l. ſi quis ex aliena. Ratio tamen dictorum caſuũ appellari poteſt propter regulam quę
16 habet quòd † ante ſententiam non poteſt appellari: vt. l. ante ſententię. & l. ante ſentẽtiam &. C. de epiſ. audi. l. ſecunda alleg. &. C. de iudic. l. apertiſſimi. eo quòd tale grauamen poteſt reparari per appellationem à definitiua vel ab alio actu citationem ſequẽ. ſi talis ſit, à quo valeat appellari: vt ſi poſt citationem à qua non appellatur: vt. ff. de app. l. j. §. quæſitum bona ſub banno vel annotatione ſint poſita propter cõtumaciam tunc quia biennium ſeu annotatio huiuſmodi poſt eã per ſententiam non repararetur. C. de requir. reis. l. prima à banno ſeu annotatione tali, poteſt appellari: vt. C. ſi pendente appella. mors interuenerit. l. ſecunda. ſecundũ intellectum ipſius Bartoli licet & leges velint tales citatos ſi iuſtã cauſam non comparendi habuerint reſtituẽdos fore, aduerſus ſententiam vel actum qui vigore illius citationis emanauit: vt. ff. de in integ. reſti. l. fina: &. ff. de re iudi. l. quęſitum: & de dam. infect. l. ſi finita. § ſi fortè. & ſupra de re iudic. cum Bertholdus.

¶ DECIMOQVARTO quæritur quia poſt citationem diſceptatur de perſona iudicis, an ab interlocutoria per quam iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem, pars valeat appellare de iure canonico certum eſt, quòd ſic per regulam quam ponit hæc decre. in principio. Idem putat Bar. de iure ciuili. & idem tenet Accur. C. ne filius pro patre. authen. habita in vltima gloſſ. Et eſt ratio, quia ſi pronunciauit ſe non eſſe iudicem, per talem interlocutoriam non ſperatur alia, & ſi pronunciat ſe eſſe iudicem, non poteſt reparare &c. quia ſtatim ſequitur coerctio & executio. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. l. prima &. C. quomodo & quando iudex l. conſeutaneum talis enim coactio litigandi coram non ſuo iudice non bene poteſt poſteà reparari. Et idem dicit eadẽ ratione Bart. vbi aliqua perſona grauatur ad aliquod aliud factũ ſuę perſonę cohęrens: quia nec illud põt tolli &c. vt. ff. de cap. l. in bello. § facte ſecus ſi eſſent factum non cohęrens perſonæ poſſeſſionem reſtituere. Præterea quia negans negando eum iudicem, dicitur ſentẽtiam ab eo proferendam fore nullam. & ſi hoc ſtante, non poteſt ſequi ſententia & ſic non poteſt reparari per eum in definitiua. Et ideò opus eſt appellatione ſecundum eum.

¶ DECIMOQVINTO quæritur quia poſt legitimã perſonam iudicis, conſueuit de perſonis litigantium quæri an à pronunciatione, quæ continet partem habere, vel non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio, habeat appellari? De iure canonico certum eſt, quòd ſic. De iure ciuili videamus. Ecce pronunciatur aliquem non eſſe procuratorem legitimum. Certè ſecundum leges poteſt appellari, quia tunc non ſperatur alia definitiua. Et idem ſi pronuncietur procuratorium eſſe legitimum, cum non eſſet, quoniam ex hac pronunciatione, non efficitur procurator: nec acta cum eo domino præiudicant. ff. de collu. dete. l. cum nõ iuſto. C. de procur. l. licet: &. ff. de fur. l. falſus & ſi procederet, & vinceret non prodeſſet ſecundum Bart. ſed hoc dubium eſt propter ea quæ leguntur & notantur in prædicta. l. licet &. ff. de iudic. l. licet & quæ ſcripſi de offic. dele. prudentiam ſed hoc non proſequor. Item quia nec per appellationem à definitiua iſtud grauamen poſſet reuocari. Et idem ſi non idoneus fideiuſſor per interlocutoriam ab arbitro: vt. ff. qui ſatiſda cogan. l. ſi ab arbitro: &. ff. quis & à quo appelletur. l. fina. Et idem in tutore, quod in procuratore dictum eſt, eadem ratione. Saluo, quòd ſi pronũciando eum eſſe tutorem, dicat iudex ſe ratum habiturũ, quicquid ab eo geſtũ erit, non poteſt aduerſarius appellare: quia non grauatur, quia valent geſta per eum: vt. ff. quò. l. cum falſo tutore ge-

ſtum eſt.§. item Pomponius ſed ſi pronunciat ipſum tutorem ſimpliciter appellari poteſt ſicut in procuratore eſt dictum: quia geſta per eum pupillo nõ præiudicāt.C. in quibus cauſis io integrum reſtit.non eſt neceſſa.l.ſi tutor.Si autem pronunciet principalem, puta minorem non habere perſonam legitimam vt minorem, ex aſpectu tunc non poteſt appellari: quia non grauatur quoniam non ſtatur huic pronunciationi: niſi ſit perſona, cui poſsit imputari, quare debeat ſcire veritatem:vt.ff.de minoribus.l.minor viginti quinque annis ex aſpectu &.l.ait prætor.§.permittitur.ſecundum Bartolum.

¶DECIMOSEXTO quæritur deſcendendo ad materiam libelli, pone pronunciat iudex eſſe reſpondendum libello, vel eſſe procedendũ ſuper eo, nõ obſtantibus oppoſitis ex aduerſo, vel non eſſe reſpondendum, vel procedendum illis obſtantibus, nunquid pars ob hoc grauata, valeat appellare de iure canonico non eſt dubium quòd poteſt.ar. j.eo.ſignificantibus. De iure ciuili ſi pronunciet non eſſe reſpondendum, vel procedendum, etiam appellari poteſt: quia tunc non ſperatur alia definitiua. Si verò pronunciat eſſe reſpondendum, vel procedendum, adhuc poteſt appel-
17 lari:quia † grauamen litigandi illatum, non poteſt per appellationem à definitiua reuocari.In dubio enim fit reuocatio pro cauſa impedienti.ff.de condi.inde.l.ſufficit.ar. prædicti.c.ſignificantibus, ſi tamen exceptiones oppoſitæ clarè vel dubiè inferebant nullitatem, quia in dubio fit interpretatio.de qua ſupra, ſed ſi clarè nullam inferebãt nullitatem, ſed ſolùm tendebant ad libelli decrarationem, tunc ſecus ſecundum eum & Lignanum.

18 ¶DECIMOSEPTIMO quæritur hîc an à † pronũciatione ſuper exceptione dilatoriæ facta pars grauata appellare poſsit? Dicit Bartolus quòd ſi pronunciat nõ eſſe procedendum, exceptione non obſtante tunc idem eſt, ac ſi abſolueret ab obſeruatione iudicij: & ideò tunc appellatur etiam ſecundum leges: quia alia ſententia tunc nõ ſperatur debet ſi pronunciat eſſe procedendũ exceptione non obſtãte, quæ tamen erat legitima etiam, poteſt appellari ſecundũ
19 leges:quia † grauamen non poteſt reparari per appellationem á definitiua, Moleſtia enim per quam cogor tempore indebito litigare per dictam appellationẽ non tollitur: quia grauamen eſt factum cohęrens perſone, & pro hoc.ff.de appel.reci.l.ij.à contrario ſecundum Bar. Et idem ſecundum eum per eandem rationem videtur dicendum in omni exceptione, quæ opponitur ad proceſſum etiam ſi ſit peremptoria vt rei iudicatę vel tranſactę aut iuriſiurandi, vel ſimilium.j.de lit.conteſt.c.j.lib.vj.

¶DECIMOOCTAVO quæritur deſcendendo poſt
20 citationem & contumaciam ad decretum, vtrum † ab interpoſitione primi vel ſecundi decreti, valeat appellari? Dynus.ff.de dam.infect.l.ſi finita.§. ſi forte tenet quòd non, de primo decreto, quia eſt interlocutoria tantùm, & ius agentis non abſorbet:vt.C.de bo.author.iudi poſ.authen. es qui iurat.Sed à ſecundo decreto dicit appellari poſſe: quia licet ſit interlocutoria tantum, eo quòd parte abſente & lit. non conteſt.interponi poteſt, tamen abſorbet ius partis, & ideò appellatur.Bar.quoad primum decretum ſtat cum Dyno. quia per illud ſola detentatio tranſit quod modicum eſt ſicut à ſententia momentaneę poſſeſsionis, leges non permittunt appellare hoc tamen ſic limitat.Nam ſi per illud primũ decretum acquireretur ius quęrendi fructus, ſicut quãdoq; fit.ff.ex quibus cauſis in poſ.eatur.l.Fulcinius §. ſi.tunc poſſet appellari, quia in illo caſu ius partis irreuocabiliter auferetur.nec ſperaretur alia ſentẽtia. Et facit quod notatur per Cyn.C.de bo.aut.iudi. poſ.l.cum proponas circa finẽ. Item ſi reus veniens vellet defendere, & allegare aliquam cauſam, propter quam non deberent expeditę venire & iudex pronũciaret ipſum non eſſe audiendum, niſi reſtitutis expenſis, tunc ab hac pronunciatione poſſes appellari, ſicut ſupradictum eſt: quando pronunciat actorem non eſſe audiendum eadem ratione. Item ſi ideò quòd miſſus ex primo decreto, non admitteretur in poſſeſsionẽ, pars mulctaretur vel condemnaretur ad intereſſe poſſet appellari:vt.ff.de app.l.credi
21 tor.§. iuſſus. ſecundum eum. Prætereà † quod dicit Dynus à ſecundo decreto appellari poſſe, intelligit Bartolus eo caſu, quo poteſt ferri contra abſentẽ, & non latitatem. prout ipſe ſcripſit in prædicta.l.ſi finita.§.ſi.ſi enim ferretur contra latitãtem, tunc eſſet verus contumax, & non audiretur appellans:vt.ff.de app.reci.l.fina.iuxta lecta & notata per Bar. ff.de app.l.ex conſenſu.in fine.& per me in cle.ſi ante de dolo.& contumacia.

¶DECIMONONO quæritur deſcendendo ad interlocutorias.quæ poſt lit.conteſt.occurrũt, an ſi detur minor dilatio ad probandum, pars exinde grauata ab hoc valeat appellare? Bartolus dicit quòd non. Et eſt ratio, quia nõ grauatur: nam ſi non põt probare in termino primo, patet ſecũdum.& dabitur ei: vt.ff.de ferijs.l.ſi.Sed ſi petit ſecundum ex iuſta cauſa, & ſibi denegetur, an poſsit appellare? & videtur, quòd ſic. arg. eius quod dictum eſt.ſ. quando audientia denegatur.Sed hoc verum eſt, vbi denegatur certus actus, & niſi ſit tale grauamen, quod poſsit reparari: per appellationem à definitiua. Et ideò dicit Bartolus, quòd non poteſt appellari, niſi fortè ex dilatione facultas probationis deperiret. vt quia teſtes eſſent ſenes, & valetudinarij.aut aliâs cito morituri vel ſubitò abſuturi:vt.ff.ad.l. Aquil.l.in lege Aquilia. Vnde ſi timeretur aliquis caſus inſtantis periculi, ex perſonis teſtium ex his, quæ dicuntur.ff.de donat.cauſa mortis l.ij.&.iij.tunc poſſet appellari: quia tale grauamen nõ poſſes reparari per appellationem à definitiua.arg.prædictę.l.ante ſententiam. Conſuluit tamen vt talis cauſa exprimatur corã iudice, vt ſic cauſa grauaminis euidentiùs appareat.

22 ¶VIGESIMO quæritur quid ſi † daſ dilatio nimis magna, vel datur ſecunda dilatio cum dari non debeat ſecundum formã legis finalis.ff.de ferijs.an pars quæ ex hoc aſſerit ſe grauatam poſsit propter hoc appellare de iure ciuili? Et videtur quòd ſic quia quis admittitur ad procedendum, qui non debet admitti, poteſt appellari vt dictum eſt.ſ. In contrarium videtur quia tale grauamen poteſt reparari per appellationem à definitiua. Dicit Bartol. quòd quando terminus eſt ita longus, quòd certum eſt vel veriſimiliter apparet, litem poſſe finiri intra tempus ſtatutum à lege, vel ſtatuto, & tunc poteſt appellari, quia tunc non ſperatur definitiua. Tantùm enim eſt dare talem terminum, quantũ abſoluere partes ab obſeruatione iudicij: quod eſt verum ſi detur actori:vt.C.de tempo.in integrum reſti. pe.l.finali. Facit.C. de iudic.l.properandum.§. ſin autem vtraq;. Si verò dictum ſpacium non eſt adeò exceſsiuum &c. imò eſt dicta dilatio intra terminum conſtitutum à lege:vt.C. de dila.l.prima. & tunc nõ poteſt appellari, quia iudex non grauat partem. Eſt enim in ſui poteſtate hoc facere vt ibi patet. Si enim terminum non exceſſerit iudex, non grauat dando dilationes, ſaltem tali grauamine quod non poſsit reparari per appellationem à definitiua. Sed ſi intra terminum, quem nõ debet dare, recipiat probationes quas non debet, tunc partes grauat vt dicam in ſequenti quæſtione: nec obſtat ſi dicas admittere ad procedendum illum, qui non debet admitti, grauare eſt quia verum eſt in eo, qui nullo modò debet admitti ad litigandum, totum enim id tempus inſtantiæ conſtitutum à lege, eſt in poteſtate iudicis: ita tamen quòd tempus non proroget: vt prædicta.l.properandum.§. ſin autem vtraque. ſecundum eum.

23 ¶VIGESIMOPRIMO quæritur † pone iudex admittit probationes quas non debet admittere an ille contra quem fit, poſsit appellari? Dicit Bartulus, aut ſunt probationes omnino impertinentes, & pars non. Aut ſunt factę probationes ſup aliqua re adminiculãte ad cauſam, & tunc licet iudex nõ debeat nec poſsit admittere, vt q a elapſi ſunt termini, vel publicati teſtes, vel teſtes nõ iurati producunſ, vel ſi quid ſimile tũc ſi iudex admittit, grauat partẽ in tantũ q. po-

teſt appellari.¹ Et eſt ratio, quia per appellationem à defini-
tiua, tale gramen non poteſt reparari: nam ſi teſtes qui nō de
bent examinari, examinetur puta minor infans aut lapſo ter
mino, & deponat pro parte facit aliquod indicium: vt. ff. ad
ſilleya. l. j. §. impuberes. & de pœ. l. qui vltimo. & facit quod
no. C. de fide inſtru. l. ſicut iniquum vbi inſtrumentum, non
ſolenne facit iudicium. io hoc ergo faueret parti tam in cau
ſa principali, quàm etiam in cauſa appellationis ergo iuſta
cauſa appellandi. arg. optimū. ff. de alie. mu. iudi. cauſa facit
l. iij. §. primo. & ff. e. tit. l. à ſententia. in princi. Et per hoc dat
Bartolus vnam regulam, quam dicit ſatis notam videlicet,
24 quòd † quando per appellationē à diffinitiua nō poteſt re-
parari, quin aliquale præiudicium faciat poteſt appellari: &
pro hoc. ff. e. l. j. §. quæſitum. vbi permittitur appellari à iudi-
ce ratione relationis ratio, quia ſi princeps cōſulatur, & ſen-
tentia daretur, iudex appellationis ſtaret ſententiæ latæ ſe-
cundum conſilium principis. & ſic per appellationem à diſ-
finitiua non eſt plenè conſultō contra tale grauamen.

¶ VIGESIMOSECVNDO quæritur ecce à poſſeſ-
ſione momentanea ſecundum leges, non appellatur. C. ſi de
momētanea poſſe. fuerit appellatum. l. j. & tetigi ſatis in cle.
vna de ſequeſtra. poſſ. & in cle. j. de re iudi. in vna oppoſitio-
ne, & plenius in cle. cauſa. de cau. poſſ. quę eſt ratio huius? ali
qui dicunt, quòd ratio eſt, quia ſententia lata in poſſeſſorio
eſt interlocutoria. Sed iſta ratio non valet, quia imò eſt defi-
nitiua vt patet ex lectis & notatis in tribus clementinis pro
ximè allegatis. Dicit Bar. quòd ratio eſt, ſecundum Accur.
quia paratur modicum præiudicium: vt nutatur in prædi-
cta. l. ante ſententiam. & per Bartolum. ff. de re iudi. l. quod
iuſsit. & quia poteſt per iudicium petitorium reparari. ſ. de
cauſa poſſ. cum dilectus. Putat tamen Bartolus quòd ſi ex
ſententia lata ſuper poſſeſſorio tale pręiudicium afferatur,
ad quod non eſſet alio modo conſultum, quòd tunc poſſet
appellari per prædictam. l. ante ſententiam: & ponit exem-
plum, dum retentio affert vtilitatem vt. ff. de condi. inde l.
qui exceptionem. §. ſi pars. Non enim dicit lex ſimpliciter
25 propter poſſeſſionem appellari non poſſe: ſed † dicit quòd
à momentanea poſſeſsione non appellatur: vt patet. C. ſi de
momentanea poſſ. in rubro & in nigro. & intelligit de poſ-
ſeſſione quæ momento duratura eſt: hoc eſt quando de poſ-
ſeſsione quæritur ſolùm cauſa dilatandi litem circa petito-
rium: vt prædicta. l. j. C. ſi de mo. poſſ. agatur. & hoc eſt in iu-
dicio retinendæ poſſeſsionis ſecundum omnes vt ibi nota-
tur in iudicio autem adipiſcendæ poſſeſsionis, gloſſa tenet
idem: vt not. in prædicta. l. j. quod intelligit Bartolus, quan-
do conuentus victus eſt, & appellat, & occupat bona defun
cti, vel vacabant bona ipſa, vt. C. quorum appel. non reci. l.
quiſquis, & idem dicit in iudicio recuperandæ: quia nulla
fit iniuria, ſi res reponatur in priſtinum ſtatum. Sicut enim
poterant petere, ita modò poterunt. Sed ſi actor ſuccubue-
tit, qui forte non habet aliud auxilium niſi poſſeſſorium,
vel ſi ſuccubuerit reus, qui non occupat bona defuncti, nec
habet aliud remedium, niſi retentionis, tunc etiam putat
Bart. appellari poſſe. quia illud non repetit prohibitum: &
ſic videtur ſtandum regulæ generali. C. eod. tit. l. & in maio-
26 ioribus. quæ habet quòd & † in maioribus & minoribus ne
gotijs appellandi facultas eſt. Et pro hoc videtur eſſe textus
l. creditor. §. iuſſus vbi permittitur appellari à præcepto ex-
hibitionis, quòd minoris eſt præiudicij quàm reſtitutio. &
ſpecialiter cum deuenitur ad executionem. & ſic non poteſt
reparari per iudicium petitorium: facit quia & ſi peruerta-
tur ordo petitorij, & poſſeſſorij, appellari poteſt: vt. C. e. l. j.
quod tamen eſt minus, quàm ſi contra iuſtitiam ius poſſeſ-
ſionis auferat. Præterea quia in ſummarijs appellatur. C. quo
rum app. non reci. l. prima vbi de minori agitur pręiudicio.
Et facit quia licet poſſeſſorij ſententia poſsit per iudicium
petitorium reparari, hoc tamen non poteſt abſq; magna di-
ficultate & abſq; lęſione fieri: vt. ff. de iuſtitia & iure. l. penul
tima. ¶ Nec obſtat lex. prima. C. ſi de momentanea poſſ. aga
tur. quia non dicit, quòd nō poſsit appellari, ſed dicit quòd
appellatione non obſtāte, ſententia ſortietur effectū. Nam
appellatio à definitiua tollet etiam effectum ſententiæ latæ
in poſſeſſorio: vt. ff. ad turpil. l. j. in fine. Appellatio verò ab
interlocutoria nō tollit effectum interlocutoriæ niſi ſecuta
victoria. Item ſi appellatur ab executore, hîc dicitur ſuſpen-
27 di executio, non tamen in totum: quia † executor à quo ap-
pellatur, poteſt rem cuius poſſeſsionē recuperat, ſequeſtrari
C. quorum app. nō reci. l. ab executore, & quòd loquatur in
iudice exequente patet ex eo quod ibi dicitur de fructibus,
qui erant tempore appellationis. Dicit etiam Bart. quòd li-
cet ſententia lata in cauſa momentaneæ poſſeſsionis, ſit ſo-
lùm definitiua, vt dictum eſt, tamen in hoc habet naturam
interlocutoriæ quòd per appellationem talis ſententia non
tollitur & quòd iudex patitur eam exequi ſalua proprieta-
tis quęſtione: hoc eſt ab eo cui ſit reſtitutio promiſsionem
recipiet, quòd res non perdatur, quin ſalua ſit pro cauſa pro
prietatis. Et intelligit hoc, quando illa cauſa poteſt agitari,
& faciliter quod apparet ex eo, quia dicit ibi momento &c.
aliâs remanebit apud eum, apud quem primò erat quouſq;
per iudicem appellationis aliud fuerit iudicatū: vt dicit tex-
tus in prædicta. l. ab executore. In prædicta enim lege ab exe
cutore, executor excedebat circa poſſeſsionem: & ſic in il-
la executione erat plus de iure poſſeſſorij, quàm de iure pe-
titorij.

28 ¶ VIGESIMOTERTIO quæritur † qualiter appel-
latio ab interlocutoria definitur. Refert Bar. Hoſti. in ſum-
ma. e. tit. de appellationibus. §. vltimo in commēto. c. vt debi-
tus. ī. e. quod ibi ponit definire vt ſit appellatio ab interlo-
cutoria appellatio ab audientia minoris iudicis ad ſuperio-
rem propter grauamen illatum vel cōminatum verbo tan-
tum facta. Sed dicit Bart. quòd iſta definitio non eſt bona.
quia definit actum appellandi. & non ipſam appellationem.
Pręterea quia ſi inferior me grauat, mihi denegando iuſtitiā
vado ad ſuperiorem, vt eum cogat in authenti. vt null. iudi.
§. ſi verò colla. ix. & tamen non eſt appellatum. C. vt lite pen. l.
& in auth. de man. prin. § & non permittas. collat. iij. Præte
reà illud quod dicit de grauamine comminato, licet tangat
per glo. C. e. tit. l. ſi quis prouocatiōe. debet intelligi, quādo cō-
minatur tale quid quod per appellationem ab ipſo actu non
poſſet reparari: in caſu prædictę. l. ante ſententiam. Secus ve-
rò ſi comminaretur ſe daturum interlocutoriā contra eum,
tūc enim poſſet ab interlocutoria appellari, ſi illius eſſet na
turæ quòd ab ea appellari poſſet non autem ab ipſa cōmina
tione vt in prædicto. §. quæſitum. ¶ Definit ergo Bartolus
29 aliter appellationem ab interlocutoria dicens, quòd † ap-
pellatio ab interlocutoria. eſt ius per quod grauamen illa
tum à minore iudice, quod per appellationē ab actu ſequē-
ti non poteſt retractari iudex ſuperior prouocatur & in euē
tu victoriæ cauſa deuoluitur & probatur. ī. de appel. non ſo
lùm. libr. vj. ſecundum eum. & licet poſſem impugnare mo-
dum loquendi. quia non facit effectualiter ad propoſitum,
non inſiſto ſed id pertinacibus relinquo. Si vis autem vide
re generalem definitionem appellationis vide quæ tetigi de
hoc poſt Lignanum. ī. eod. c. primo Et ſi vis videre plenius
vide Bartolum. ff. eod. titu. l. j. cuius verba truncatè tranſtu-
lit Lignanus in prædicto. capi. primo non nominando etiā
Bartolum ex malo more ſuo. ¶ Caue tamen quia prælibata
dicta Bartoli hîc non examinare decreui pro eo quòd hanc
decretalem nimium oneraui. Sed in proſequutione tracta-
tus iſtius tituli dum caſus occurret à deo ſi deus dederit in-
tendo redire. ¶ Collectarius dicit quòd appellans ante ſen
tentiam fruſtratoriè, punitur in quinquaginta libris argēti.
per. l. ſecundā. C. de epiſ. audi. Sed illa. l. loquitur in clerico, &
ibidem dicit notari, quòd in dubio appellatio præſumitur
fruſtratoria. dicit tamen quòd in contrarium faciunt colle.
ſua infra eodem vt debitus. in fine. ¶ Subdit quòd propter
negligentiam iudicis, ab eo appellari poteſt. Refert ta-
men quendam dominū Petrum tenere, quòd non poteſt
appellari,

appellari,ſed debet ſuperior adiri.ar.de app.Romana.lib.vj. & quod not.ſ.e.ex ratione. Refert tamen Hoſti.notare contrarium.j.e.interpoſita.& dicit de hoc notari latius.j.e. ſecundo requiris in fine. Dicit etiam quòd propter ſolam cōminationem non poteſt iudex.recuſari per notata Hoſti.de reſcript.ſi quando. niſi eſſet talis qui dictis facta cōſueuiſſet compenſare iuxta notata.de offi.dele.cum ſuper. inducit no. per Inn.hic &.ſ.e.c.ij.Item dicit quòd quoad vires reſcripti inſpicit eiusdata ſed quoad exercitiū eius receptio.remittēs ad Archi.de procu.is qui.lib.vj.Item ibi, *prorupit*,exponit.vt quia licet ſibi competeret exceptio non expectaret quòd iudex eum recuſaret ſed prorupit ex cauſa falſa &c. ¶ Supple glo.in glo.ij. *in fine*.ff.e.l.ij.&.ff.de mino.l.intra vtile.& prædicta.l.ante ſentētię. & in Spe.e.tit.§. in quibus.ver.ſed nunquid poteſt & de hoc poſt Ber.ſcripſi.ſ. ſatis latè in glo.penul. *in fine*,reſpiciunt ergo hæc verba modū,non caſus quaſi ſicut friuola appellatio repellitur & probabiliter admittit: ſic & recuſatio vt ſuperiùs latiùs declaraui in glo.vltima ibi non numerata.Iſtud etiam late ſuperius declaraui.

SVMMARIVM.

1 *Conuentum ſuper iniuria clerici, vel ſuper adulterio, appellare poſſe.*

¶ *CAP. XIII.*

1 Peruenit. ¶ Caſus.Conuentus † ſuper iniuria clerici, vel ſup adulterio appellare poteſt, niſi ſit notorius. hoc dicunt iſtud.c. &.c.ſequens. Cōmunis diuiſio ſecunda ibi, *fraternitati*. quæ reſpondēdo diſtinguit ſecundum membrum ibi, *ſi verò*. ¶ Expone literam. *læſos*. corporaliter per hoc quod dicit. *denuncies qui*. ſcilicet lędentes, *& infra*. quęrit an tali appellationi ſit deferendum.*Compellas*. dicit. Inn. hodie non admiteretur talis appellatio.j.e.vt debitus.*Conueniens*.ſ.e.cum ſit *& notorius*. & pro id eſt & dic notorius iuris vel facti.ſ. de coha.clericorum.veſtra:&.c.fin.*donec*. j.e.de priore.¶ Supple glo.In glo.vltima in fine.ſic intelligo quod notatur e.tit. de ſenten.excom.ad hæc in vlti.glo.

SVMMARIVM.

1 *Notorium per appellationem non euitare correctionem.*
2 *Appellari poſſe etiam per tertium, & condemnato inuito.*
3 *Ad hoc vt quis non poſsit appellare: tria requiruntur.*
4 *Conuicti, & confeſsi in quibus criminibus appellare non poſsint.*
5 *Confeſsio criminis an ſit ad condemnationem ſufficiens, ſi delictum commiſſum non probetur.*
6 *Perſeuerantiam valere facere, quod aliàs eſſet inualidum.*
7 *Appellatio adhoc, vt condemnato denegetur, duo neceſſaria eſſe.*
8 *Appellationem tollere fortius eſſe, quàm ſententiam ex actis iuſtificare.*
9 *Probationem claram non eſſe per tormenta præcedentia, quorum repetitio timetur.*
10 *Probationem ſolam confeſsioni additam addere non poſſe effectum appellationis impediendæ.*
11 *Appellationem tunc ceſſare, quando ſententia tranſierit in rem iudicatam.*
12 *Iura prohibere crimināſos notorios generaliter appellare.*
13 *Iudex, ad quem appellat notorius crimināſus, an poſsit incontinenti inhibere iudici à quo eſt appellatum.*

¶ *CAP. XIIII.*

Conſuluit. ¶ Summata eſt.ſ.c. proximo quoad primum dictū demum in duobus inſtruit iudicem primum ibi, *Sed cum*. ſecundū ibi, *illos autem*. ¶ Expone literam.*& pro*. id eſt, *in clericum*.& ſic erāt excommunicati ipſo iure, *deferendum*. hodie ſiue ſit occultum ſiue manifeſtum non licet appellare niſi grauetur.& ſi grauetur ſemper licet.j.e. vt debitus Inn. Dicit Hoſti.q vbi crimen eſt notoriū,non poteſt de facili quis grauari,niſi iudex excederet modum:vt.ſ.e.c.iij. & de offic.or.c.licet & ſic videt velle, quòd tunc appellare poſſet, nec negat litera quin appellare poſſet,ſi diceret ſe nō eſſe crimināſum,niſi eſſet notorius, deferendum eſſet ſed ſi eſſet notori⁹,niſi cauſam adijceret, appellatio nō teneret ſuper quo vide glo.in.c.Romana.§.cum autem.libr.vj.ſecundum Mar. Nouella autem dicit ſic,& tu dic quòd iura intendūt,quòd
1 † notorius per appellationem non euitet correctionem criminis,quaſi id non cōmiſerit quod facit occultus.Dici Henricus,quòd in notorijs appellatur,cùm iudex modum excedit.vt no.in prædicto.c.licet,& de iureiur.ad noſtram.iij.& vbi iudex reputat notorium quod notorium non eſt vt hîc in textu.*habere*. ad idem.ſ.de reſcriptis cum contingat &.j. de ſenten.excom.c.ſacro.in fine.&.j.de hæreti.c.fina.libr.vj. & de foro compe.c.quamuis ad finem. *debes*. i.potes vel propriè eò quòd præſumitur contra appellantem cōueniens.ſ. e.cum ſit. Inno.¶ Opponitur de.l.non tantùm.ff.eo.tit. vbi
2 dicitur quòd poteſt † appellari etiam per tertium & etiam condemnato inuito qui condemnatus ad ſuſpendium ducitur & qui per gentes ex ſentētia factus eſt notorius.j.de coha.clerico.c.fina.Solutio textus ille ſupponit illum eſſe in caſu appellandi,& per gentes notorium non eſſe crimināſum Nec obſtat,q ſententia facit rem notoriam: quia illud intelligitur de ſententia quæ in rem tranſiuit iudicatam. ¶ Secūdò opponitur quia lex non tantùm. loquitur in eo qui acquieſcit ſententiæ,& ſic tacitè confitetur crimē.Solutio aut reus condemnatus de crimine fuit confeſſus, & etiam conuictus,& tunc nō eſt locus appellationi:vt.C. quorum app. non reci.l.ij. Aut ſolùm eſt confeſſus, & non conuictus, & tunc aut eſt confeſſus non ſponte ſed in tormentis & tunc poteſt appellare.vt.ff. de quęſtionibus.l.j.§.diuus.ij. Aut eſt confeſſus ſponte & abſq; tormentis, & tunc ſecundum aliquos appellare nō poteſt:de quo videtur eſſe textus in.c.Romana.§.ſi autem poſt ſententiam.ibi vel de quo quis in iure confeſſus eſt.¶ Bartolus verò in.l.obſeruare.C.quorum ap-
3 pel.non reci.in principio dicit, quòd † ad hoc vt quis non poſsit appellare,tria requiruntur videlicet quòd ſit conuictus & confeſſus & ſponte cōfeſſus, & quòd ſi quid horum defecerit appellatio admitteretur & ita ſummat dictam legē & ſubdit in fine dictæ legis:quòd ad hoc valere poterit appellatio,quia poterit reuocare ſuam confeſsionem in cauſa appellationis,ſi non reuocauit in prima vt.C.de iur.& facti igno.l.error.& dicit hoc notari.ff.eodem.l.creditor.§.iuſſus. & probari.C.de errore aduo.l.iiij.& ad.l.non tantùm.ff.eod. & ad.l.addictos.C.de epiſ.audi.dicit,quòd ibi fuit confeſſus poſt ſententiam, vel quòd ibi non fuit conuictus. Et idem notatur per eum in prædicta.l.non tantùm.in vltima oppoſitione.Et ad prædictum.§.Diuus reſpondet quòd loquitur de confeſsione facta in tormentis, dicens quòd non nocet, niſi in ea perſeueret vt ibi : refert tamen alios dicere prædictam.l.obſeruare ſolùm habere locum in caſibus ibi enumeratis:quia pœnalis odioſa atq; reſtringēda.Dicit tamen glo. ibi tenere contrarium,& illam partem ſe credere veriorem per.l.abſtinendum.eod.titu. Et facit quia eadem eſt ratio in alijs criminibus,ar.ff.ad.l. Aquil.l.illud.& hoc videtur placere Dyn.per ea quæ ipſe addit ad gloſſ.ff.eo.l.finali.§.iuſſus. ¶ Cynus verò in prædicta.l.obſeruare : refert alios moder-
4 niores dicere contrarium,eò quòd lex illa † enumerat quædam enormia crimina & ſpecialia in quibus prohibet conuictus & confeſſus appellari : ergo per conſequens videtur in contrarium ius commune : vt.ff.de legi.l. ius ſingulare.& ad municipales.l.prima.in fine.& dicit quòd hoc tenet Petrus de Bella pertica tanquàm æquius. argumentum. ff. de pœnis.l. interpretatione. Vnde ſecundum Petrum regulariter conuictus & confeſſus appellat. Fallit tamen ſecundum eum,in caſibus in prædicta.l.obſeruare expreſsis,videlicet in homicidijs, veneficijs, id eſt veneno occidentibus

In maleficis.i. in magis & incantatoribus: & in adulteris, &
in illis qui manifeſtam violentiam commiſerunt: quia hu-
iuſmodi caſus, in prædicta.l. ſunt expreſsi & aliâs vbi leges
ſpecialiter prohibent appellare: vt ſi res dilationem non
recipiat vel ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur. Vel ſi
quominus pignus vendere liceat, appelletur: his enim ca-
ſibus, prohibet lex ſpecialiter non appellare: vt.ff.de appel.
non reci.l. vltima. Si ergo eſt ſpeciale in prædictis caſibus,
igitur in contrarium eſt ius commune: argumen.ff. de legi.
l.ius ſingulare:&.ff.ad municipales.l.prima.in fine. ¶ Iaco-
bus autem de butrigar. in prædicta.l. obſeruare.ſtat cũ opi-
nione.ſ.proxima.& dicit quòd ratio ſpecialitatis in crimi-
nibus expreſsis in.l.obſeruare. propter quam cõuictus & cõ
feſſus in illis criminibus non appellat:& propter immanita
tem criminum:& dicit ꝙ in alijs criminibus ibi non enume
ratis ſeruatur ius cõmune:vt poſsit appellare. Et eſt ratio ſe
cundũ eum, quia ſicut in ciuilibus & criminalibus quis vſq;
ad ſententiá poteſt reuocare cõfeſsionem & reprobare pro
bationem cõuincentem:ita & in cauſa appellationis:&dicit
quòd de hoc eſt glo.in prędicto.§.iuſſus.¶ Guil.de cugno di
cit, quód ſi quis metu tormentorũ confeſſus fuerit, ipſe vel
alius pro eo appellare pôt, ſi velit aliquid in contrariũ alle-
gare.ar.prędictę.l.obſeruare.in fine:&.ff.de quęſtionibus.l.j.
5 §.ſi quis vltrò.¶ Item ad propoſitum quęrit, nũquid † ſi ali-
quis confeſſus fuerit crimen aliquod ſe cõmiſiſſe, & nõ pro
betur crimen aliquod contra eum, cõfeſsio iſta ſit ſufficiẽs.
licet poſsit condemnari? quidam dicũt ꝙ ſic ſi in ea perſeue
ret. Guil.verò circa hoc ſic diſtinguit, quia aut iſta cõfeſsio
metu tormentorum facta eſt,& tunc dicit quòd iſta confeſ-
ſio ſufficit ad hoc vt ipſe poſsit condemnari: & hoc verum,
niſi confeſsio repugnet actui, de quo agitur. Exemplum de
primo, vt ſi certum ſit Petrum eſſe occiſum,& Martinus cõ
fiteatur ſe occidiſſe, debet tunc ex confeſsione damnari vt
prædicta.l.obſeruare:&.C.de epi. & cleri.l. ſi quis in hoc ge-
nus.&.ff.de pœnis.l.qui ſententiam.& hoc dicit textus.ff.de
interdi.& rele.l.inter pœnas. ¶ Exemplum de ſecũdo vide-
licet quando factum non cõcordat, ſed repugnat confeſsio-
ni, vt quia dicit Martinus, cõfiteor me occidiſſe Petrum in
tali loco,& tamen nõ conſtat ꝙ ibi eſſet aliquis interfectus,
tunc enim ſuæ confeſsioni nõ ſtaretur, nec deberet propter
hoc perire: quia non debet audiri perire volens: vt prędicta
l.nõ tantũ.& de libe.cau.nec ſi volens.ar.ff.ad.l.Aquil.l.inde
Neratius.l.fina: &.ff.de interro. acti.l.in cõfeſsionibus: &.ff.
de quæſtionibus.l.j.§. Diuus Seuerus. Aut cõfeſſus eſt metu
tormentorũ,& tunc, aut poſt cõfeſsionẽ & tormenta perſte-
tit in confeſsione,& tunc ſtare debet confeſsioni ſecũdum
Accur. Et hoc verum, quando erat talis qui debebat torque
ri, vt puta quia accuſatus erat de crimine & cõtra eum erãt
violentæ præſumptiones. Tunc enim torqueri debet.ff.de
quęſtionibus.l.j.&.l.maritus.&.l.vltima.tunc enim cum prę
dictis pręſumptionibus ſequens confeſsio & confeſsionis
perſeuerantia ſufficiunt.vt que non proſunt ſingula, multa
iuuant.C.de agri.& cenſi.l.cum ſcimus.& de teſti.l.ſolam.vt
ſic medium trahatur ad extrema.ff.de his qui eiecerunt vel
effuderunt.l.iij.§.ſi quis ex mediano.cum his quæ not.ff.Si
6 quis iudic.non obtemperauerit.l.vna.nam † perſeuerantia
facit valere, quod aliâs non valeret.vt.C.ad vellea.l.ſi mu-
lier. Sed ſi non præcedentibus indicijs, aliquis torqueretur,
vt multoties fit de facto, licet poſteà perſeueraret confeſ-
ſione facta in tormentis, tamen non debet ex tali confeſsio-
ne damnari: quia videtur perſeuerare, ne quæſtiones iteren-
tur contra ipſum:& ſic intelligit gloſſ.prædictæ.l.obſerua-
re.quæ habet quòd ſola confeſsio nõ ſufficit: hoc enim in-
tellige ſine alijs indicijs præcedentibus ſecundũ eum.quod
placet Ray. & dicit probari.ff. de quæſtionibus.l. edictum:
&.l.Diuus.§.finali.&.l.maritus.e.tit. ¶ Ioan. Fabri in prędi-
cta.l.obſeruare.dicit quòd circa intellectum huius, ſunt opi
niones.¶ Prima opinio quorundã habet quam videtur ſe-
7 qui glo.in prædicta.l.obſeruare, quòd † aut cõdemnato ap-
pellatio denegetur, duo ſunt neceſſaria videlicet ꝙ ſit con-
feſſus & conuictus: niſi in caſibus quibus ſufficit cõuictum
eſſe.vt.C.de ſal.mo.l.j.& de rap.virgi.l.j.§. ſinautẽ,& ad.l.Iul.
de vi.l.quoniam:&.ff.e.l.cõſtitutiones: &.ff.de iniuſto rup.
l.ſi quis ex.§.his qui.ſecundum Accur.&.ĩ.de hęreti.c.vt in-
quiſitionis.lib.vj. Et quod hîc dicitur in ſpecialibus, intelli-
gitur in cæteris criminibus, & etiam in pecuniarijs ſecun-
dum eos:& hoc videtur etiam ſequi glo.in prædicta.l.obſer
uare.¶ Secunda opinio aliorum habet, quòd confeſsi in iu-
re non poſſunt appellare: cùm res efficiatur notoria per cõ-
feſsionem:& pro his videtur.ff.de re iudi.l.poſt ſententiam.
Et facit pro & contra.ĩ.e.Romana.§ ſinautẽ alleg. ¶ Tertia
opinio eſt ipſius Ioã.fabri.dicentis ſic, dicas quòd confeſſus
extra ius appellat: quia res non eſt notoria:& ideò tunc pro
ceditur ſicut in alia cauſa ſed confeſſus in iure poteſt appel
lare,& tenet eius appellatio:& tamen nõ recipitur niſi pro-
ponat aliquam cauſam, quare debeat recipi, vt quia fortè fa-
ctam dicat per tormenta vel per errorem, vt notat Archid.
in prędicto.§.ſinautem. Et de hoc in Spe.de appellat.§.in qui
bus.verſu.ſed nunquid:&.ij.q.vj.quæcunq;. & hoc.ff.de ta-
bulis.exhi.l.j.§.ſed ſi & patet in prædicta.l.obſeruare.in fine.
¶ Sed an.executio cõdemnationis propter hoc retardetur?
Dicit Io. fabri ꝙ iudex prudenter facit, ſi retardet.ff.de ap-
pella.reci.l.ſciendum: &.ff.nil.no.app. pen.l.non tamen ſiet
ſibi inhibitio per ſuperiorem, quouſq; inceperit cognoſce
re: vt dicto.§ ſinautem. Nec reuocabitur per modum atten-
tati ſi fiat: vt.ĩ.e.non ſolum.lib.vj. & hoc niſi cauſam expri-
meret in appellatione: vt notat Archi.in.c.Romana.§ ſinau
tem allegato.& de hoc plenè de offi.dele.c.paſtoralis.vbi In-
noc. tenet idem in hoc autem quod dictũ eſt.ſ.idem in cau
ſis pecuniarijs: concordat Dynus pro quo.ĩ.e.abſtinendum.
Sed Petrus de bella pertica contra:& videtur textus pro eo.
ff.e.l.creditor.§.ij.ſecundum eum. ¶ Sed oppones, quia con
feſſus non poteſt venire contra ſuam cõfeſsionem: vt.C.de
non nu.pe.l.generaliter. igitur non pôt appellare. ¶ Cynus
verò in prædicta.l.obſeruare dicit quòd imò poteſt reuoca
re ſuam confeſsionem, remittens ad notata ſua in.l.vna.C.
de cõfeſſ.& in.l.error.C.de iur.& facti igno.ar.ff.de interro.
acti.l.de ętate.§.iuſto.& no.in p̃dicto.§.iuſſus.¶ Henri.verò
circa hoc, poſuit vnam diſtinctionẽ.ĩ. de coha. cleri.c.veſtra
diſtinctione.ij.quam ego collocaui.ſ.e.tit.c.cùm ſit in ſecũ-
da quæſt.vbi omnino videas. ¶ Quid dicendum? breuiter
ſic potes diſtinguere quia aut crimen nõ eſt probatum ſuf-
ficeret ad effectum cõdemnationis licet fortè illud confeſ-
ſus fuerit: quod dic vt ſcripſi poſt Guil.de cugno.ſ.e. oppo-
ſitione in.ver. Item ad propoſitum.& tunc licet appellare:
quia ſi non ſufficit probatio ad effectum condemnationis,
fortius nec ſufficit ad effectum tollendæ appellationis: quia
8 † fortius eſt appellationẽ tollere, quam ſententiam ex actis
iuſtificare: cùm à ſententiam bene iuſtificata ex actis, valeat
appellari eò quòd in cauſa appellatiõis, poſſunt proponi &
opponi non oppoſita & non propoſita in cauſa principali.
C.de temp.app.l.per hanc.& no.in cle. appellãti.ĩ.e. Aut eſt
probatum ſufficiẽter quoad effectum condẽnationis ipſum
crimẽ,& tunc aut eſt probata ſolum ipſius criminis veritas
& non notorietas,& tunc adhuc appellare poteſt: quia pro-
batio huiuſmodi quantumcunq; magna & fortis, poteſt in
cauſa appellationis impugnari atq; reprobari: vt dictũ eſt.
Aut eſt probata etiam ipſius criminis notorietas,& tũc aut
eſt inducta per rei euidentiam, aut eſt inducta per ipſius de
lati ſolam confeſsionem. Aut eſt inducta per ſolam proba-
tionem admiſſam, aut eſt inducta per vtrunq; modum, vi-
delicet per delati confeſsionem, aut probationem admiſ-
ſam aut per ſententiam contra ipſum delatum promulga-
tam, ſi eſt inducta per rei euidentiam, tunc appellari non po
teſt,& in hoc ſequor opinionem Specula. & ſic procedunt
ea quæ ſcripſi. .eo.cum ſit quæſtione.ij.verſi.Specula.verò.
Fallit in caſu in quo appellans non obſtante hoc induceret
talem probabilem & veriſimilem cauſam, quæ ſi vera eſſet
à crimine

à crimine,& condẽnatione excuſaret,vel puta quia diceret
ſe feciſſe ad proprij corporis defenſionem,aut dormiens ſi-
ue demẽs:vt in cle.ſi furioſus.de homicidio.& tunc pōt ap-
pellare:vt patet ex his,quæ ſcripſi in prædicta quæſtione.ij.
iij.ver.Henricus aũt.ver.ibi niſi appellãs in appellatione cau
ſam probabilẽ exprimeret &c.& eadẽ ratione ſi diceret ꝙ
quãquàm notorium eſſet maleficiũ eſſe cõmiſſum,tñ nõ eſt
notoriũ,neq; verũ per me eſſe commiſſum:quia illa die,qua
dicit̃ in Auinione cõmiſſum,ego erã longè videlicet Pari-
ſijs ſiue Romæ,vel ſi dicat nõ ego cõmiſi,ſed Martinus eſt il
le qui cõmiſit dictũ homicidium licet me fortè præſente tñ
non mandãte,neq; conſulente:vel ſi dicat ego,& Martinus
ſumus paris ſtaturę,& ſimilis formę ſimilibuſq; indumẽtis
veſtiti.& ideò falſus rumor vnũ recipit pro alio:vel ſi dicat
quãquã dicat falſus rumor me Titium occidiſſe re vera Ti-
tius viuit.vel ſi dicat ꝙ licet teſtes de notorietate huiuſmo-
di depoſuerĩt,nõ apparet aſs nec ex actis , nec ex euidentia
rei,iſtud eſſe notoriũ aſſerẽdo dicta per ſe eſſe vera:ac ſe vel-
le & poſſe probare.His verò caſibus maximè ſi veriſimilia
ſint per eũ allegata poterit appellare.ar.eorum quæ ſcripſi
in prædicto ver.niſi appellans.&.ſ.e.q.ver.Io.Fabri.ibi niſi
proponat aliquã cãm &c.& ſic poſſunt intelligi dicta Bart.
Cy.& Ia.ſ.poſita inquantũ cum hac opinione concordant
& prima opinio quam poſt Io.Fa.ſuperiùs recitaui. ſi verò
prædicta notorietas ſolũ eſt inducta per delati confeſſionẽ,
tunc aut illa confeſſio eſt extraiudicialis , & tunc dic quòd
appellare poteſt:quia illa nõ facit rem notoriã:vt no.j.de cri
mine falſi.c.quã ſit.& ſcripſi.ſ.in dictis Io.fa.ver.tertia opi-
nio eſt.Aut prędicta cõfeſſio eſt iudicialis.& tunc aut talis
eſt confeſſio,quæ non probat,nec per ſe ſufficit ad condem
nationem eo modo quo declaraui.ſ.in dictis Gul.in verſu.
item ad propoſitum.& tunc pōt appellare,& tunc clarum.
Aut eſt talis confeſſio,quæ ſufficit ad condemnationem,&
tunc aut eſt facta in tormentis,& tunc etiam ſi in ea perſeue
ret,& pręceſſerunt indicia ſufficientia pro tormẽtis etiam
ſic ꝙ ſit ſufficiens ad condemnationẽ:& tunc etiam poteſt
9 appellare:quia propter tormenta† præcedentia quorum ti
mor repetitio nõ eſt probatio bñ clara:ſed requirit huiuſ-
modi inducia, ſeu pſumptiones vehemẽtes ꝓ adminicu
lis:vt patet ex his,quæ ſcripſi.ſ.in dictis Gul.in verſu ꝫ aut
confeſſus eſt metu tormentorum,modò indicia,& pręſum
ptiones huiuſmodi per alia indicia potiora,& alias pręſum
ptiones vehemẽtiores,ſeu probationes clariores,& fortio-
res in cauſa appellationis tolli poſſunt.arg.ff.de in integ.re-
ſti.l.diuus.& facit qđ no.Inn.j.de clerico.qui furtiuè ſuſce
pit ordines.c.vno.aut loquimur de confeſſione ſponte facta
& tunc aut perſeuerat in confeſſione expreſſè,vel tacitè:vt
puta quia appellando confeſſionem non reuocat,nec decla
rat:nec errorem contra eum allegat,& tunc non poteſt ap-
pellare:vt.j.c.romana.§.ſi autem.li.vj Aut in confeſſione nõ
perſeuerat expreſſè,nec etiam tacitè,vt quia confeſſionem
reuocat,& per errorem eam factam dicit:aut eam probabi-
liter declarat:& ita probaliter loquitur quòd ſit veriſimile
in cauſa appellationis de contraria veritate conſtare poſſe:
& tunc appellare poteſt.& ſic procedunt ea quæ ego ſcripſi
ſ.e.c.Cum ſit.q.ij.in dictis Henrici.ver.nec obſtat quòd qr.
&.ſ.eadem oppoſitione.in dictis Bart.Cy.& Ia.& in dictis
Io.fa.ver.tertia opinio.Si autem eſt inducta per ſolã proba-
tionem admiſſam.Certũ eſt,quòd appellare poteſt:quia ſo-
la probatio admiſſa per iudicẽ nõ eſt modus notorietatem
inducendi,cum poſſit impugnari,& reprobari per partem:
vt patet ex his , quæ ſcripſi de fil.præsby.c.ij.&.c . conſtitu-
tus.& ex his,quę leg.& no.j.de verb.ſig.c.cum olim.in fine.
quia ibi nõ loquitur de notorio,ſed de manifeſto.de quo ad
effectum alium & aliter loquit̃.j.de cohabi.cleri.c.ſi.in fine.
vbi loquendo de notorio non exprimit niſi ſententiam,vel
confeſſionem,aut rei euidentiam.Præterea , quia probatio
quęcunq; fuerit poteſt impugnari,& reprobari per partem
in cauſa appellationis,& ideò debet dari licentia appellan-
di per prędicta.Si verò notorietas tam per confeſſionem,
quàm per probationem inducta fuerit dico quòd etiam po
teſt apparere eo modo quo poſſet per ſolam confeſſionem
inducta fuiſſet:& ſic procedunt ea , quæ ſcripſi . ſ.in dictis
10 Bar.Cy.& Ia.Et eſt ratio quia† ſola probatio addita confeſ
ſioni non addit,nec addere poteſt hunc effectum impedien
di appellationem:eò quòd appellatio tendit de natura ſua
ad impugnationem,& reprobationem ipſius:vt ſæpè dictũ
eſt:& ita procedit ar.ſupraſcriptum à contrario de prędicta
l.obſeruare.ſaluo,quòd difficiliùs audietur appellans confeſ
ſus,& conuictus ꝙ ſolus confeſſus:& tantò tenebitur in ap-
pellando,& appellationem proſequendo meliùs,& clariùs
errorem,& defectum ſuæ confeſſionis detegere:quia quan-
tò maiora fortiora,& clariora argumenta faciunt contra ꝓ-
bantem,vel excuſantem tantò meliùs,& clariùs probare de-
bet.Si autem per ſentẽtiam contra delatũ latam inducta fue
rit notorietas tunc ſi ſententia nondum tranſiuerit in rem
iudicatam:vt quia adhuc pendet tempus appellandi,& tũc
non impedit hoc effectum appellationis:quia da oppoſitũ,
& tolle titulum iſtũ:nam ſic à nulla ſententia appellari poſ-
11 ſet.Si verò iam† ſententia in rem iudicatam tranſiuerit,tũc
ceſſat appellatio quia tunc pro veritate habetur:vt.ff.de ſta
tu homi.l.ingenuum.&.ff.de regu.iur.l.res iudicata.Ad prę-
miſſorum declarationem quęritur primo qualiter iudex à
quo tenetur deferre appellationi notorij delinquentis,ſu-
per quo vide quæ ſcripſi.ſ.e.c.cum ſit.in ſecunda.q.in dictis
Henrici.ver.ſi verò quæratur de iudice à quo.& ver.ſe.& il-
lis ſuppoſitis dicas,ꝙ in caſibus in quibꝰ dixi.ſ.proximè ap
parere non poſſe non tenet̃ iudex à quo appellatũ deferre.
In caſibus verò in quibus appellari poſſe ſubdiſtingo quia
aut dixi appellari non poſſe,eò quòd non eſt probata noto
rietas,nec de ea conſtat in actis,& tunc adhuc dico ꝙ debet
appellatiõi deferre:quia hoc caſu iura nõ prohibent appel-
lari,& ſic ſtandũ eſt regulæ quæ habet appellari poſſe,& ap-
pellationi deferri debere.C.e.l.& in maioribus.&.ſ.e.ſuper
eo.ij.in prin.iuncta.l.iudicibus.C.eo.ti.Approbata eſt noto
rietas,& de ea conſtat in actis puta per confeſſionem ſpõta
neam,aut euidẽtiam rei,licet aliqua excuſatio probabilis al-
legetur propter quam datur facultas appellandi,& tunc aut
quęritur vtrum ſtatim propter appellationem debeat eum
à carceribus relaxare,& tũc dico ꝙ non.vt . C.e.ti.l.minimè.
in.ij.rñſo.Aut quęritur vtrũ debeat propter appellationem
executionẽ retardare puta condemnatũ ad mortẽ,donec de
appellatione ſit cognitũ vinctũ in carceribꝰ retinere,& tũc
dico cũ Io.fa.ꝙ iudex prudenter faciet,ſi ſic executionẽ re-
tardet:vt ſcripſi in oppoſitione pręcedenti,in dictis Ioã.fa.
ver.ſed an executio.imò credo,ꝙ omnino debet hoc facere:
quia ſi faceret executionem dãnatũ tradendo morti,vel mu
tilationi,executio huiuſmodi poſteà retractari non poſſet:
& ſic contra ſuperiorẽ ad quẽ extitiſſet appellatum irreme-
diabiliter attentaret,& ſic eſſet in poſſe ipſius effectũ appel
lationis totaliter impedire,& legẽ circũuenire,quæ appellã
di tribuit facultatem:quod eſſe nõ debet.j.de elect.commiſ-
ſa.§.porro.& qđ legitur,& no.e.ti.ne Romani.in prin.in cle.
& hoc verũ.niſi ſibi clarè cõſtaret ꝙ appellatio fundaretur
in falſis,& ꝙ ad pœnã euitandã,vel differendam ſolũ emiſſa
fuiſſet,tunc eñ ſecurè poſſet ad executionem ꝓcedere.arg.
C.quorũ app.nõ recipi.l.abſtinẽdũ.in fine.&.C.de fal.l.ij.cũ
ſimilibus.& in hoc ſoluo opinionẽ illorũ,qui dicunt execu-
tionẽ nõ poſſe ꝓpter appellationẽ impediri.Aut quæritur
vtrũ facultas appellandi abſq; appellatione ſaltẽ pẽdente tẽ
pore decẽ dierũ,qui dant̃ ad appellandũ impediat iudicẽ à
quo ne poſſit ad executionẽ procedere:& tunc dico ꝙ non
licet cõtrariũ ſit ſtatutũ in alijs appellationibus:vt.j.e.non
ſolũ.li.vj.Speciale eñ eſt in criminoſis notorijs , aut ſtatim
pōt ꝓcedi ad executionẽ,& imputãt ſibi dũ ducunt̃ ad ſup-
pliciũ ſaltim verbo nõ appellant:quia tũc hoc modo appel-
lare poſſunt:ꝓut legit̃,& no.ff.e.ti.l.nõ tãtũ.in prin.ibi,qui
ad ſuppliciũ ducit̃.ſed prudẽter faciet iudex,ſi videt appel-

lari poſſe,& nullum reipublicę propter hoc periculum im
minere ſi retardet. Iudices tñ noſtri tẽporis non retardant,
ſed latam ſniam ſtatim executioni demandant, ne executio
interim impediaſ: quia alš ſæpiſsimè impediref. Aut quęriſ
vtrũ iudex à quo teneatur tali appellationi deferre.& tunc
12 dico,ꝙ cõis opinio habet ꝙ nõ cõ ꝙ iura† ꝓhibẽt gñaliter
criminoſos notorios appellare: ſed iſta ratio nõ vſq; quaquã
me mouet pro eo ꝙ noſtra quęſtio nõ ꝓcedit, niſi in caſib⁹
in quibus datur à lege appellãdi facultas illis qui ꝑtenduntſ
eſſe notorij criminoſi.& ideò circa hoc vř mihi ſic diſtin-
gui poſſe: quia aut videt iudex à quo ꝙ malicioſè cauſa eui-
tandi, vel differẽdi ſupplicij appellatur: & tunc nõ differat:
quia tũc nec deferre debet, vt patet ex dictis. Aut videt ꝙ
probabiliter appellaſ, nec apparet malicia aliqua, vel calum
nia,& tunc quoad cognitionẽ,& examinationẽ debet appel
lationi,& ſuperiori deferre: licet lex de per ſe nõ deferat in
hac parte quãquã in appellationibus ab alijs diffinitiuis, de-
ferat: vt prædixi, licet enim appellationibus ab interlocuto
rijs interpoſitis canones nõ deferãt iudices tñ à quibus ap-
pellaſ, qñ eas vident io bona forma,& ex cauſa ꝓbabili in-
terpoſitas, aut grauamen reuocare, aut eis referre debẽt: vt
patet ex his, quę le.& no.ĵ.e.cũ ceſſante.&.c.cũ appellationi
13 bus friuolis.&.c.nõ ſolũ.li.vj. Aut quęris vtrum iudex† ad
quẽ appellat notorius criminoſus, poſsit,& debeat inconti
nenti inhibere iudici à quo extitit appellatũ: & tunc dic, ꝙ
nõ: q̃a lex nec inhibet, donec videlicet incęperit de cauſa ap
pellationis cognoſcere, an ſit vera.ar.eius qđ dicif de ap. in-
terpo.ante ſniam quibus etiã lex nõ defert in prędicto.c.nõ
ſolũ.& ita ꝓcedũt quę ſcripſi poſt Io.fa.in prędicto ver. ſed
an executio. Et ex hoc ſequiſ, ꝙ executio prius facta nõ eſſet
reuocanda in modũ attentati.ar.prędicti cap.nõ ſolũ.etiam
ſi fortè cauſa probabilis in appellatione expreſſa foret ſicut
in appellationibus ab interlocutorijs in prędicto.c.nõ ſolũ.
eſt expreſſum licet Arch.in prędicto.§.ſi aũt.& Io.fa.in prę-
dicta.l.obſeruare.in caſu in quo cauſa probabilis in appella-
tione eſt expreſſa videanſ velle contrariũ: vt ſcripſi in prędi
cto ver. ſed an executio.& dicã forte plenius in prędicto.§.ſi
autem. Supple gloſ. In gl.ij. *in fine*.& plenius.e.ti.e.veſtra.repe
tito per Io.Cald.

SVMMARIVM.

a *Appellationem factam in abſentia iudicis non eſſe validam.*
a *Appellatio à ſuo iudice interpoſita quando procedat.*

CAP. XV.

SVggeſtum. Summata eſt.ſ.e.ti.me-
minim⁹.cõis diuiſio ſe-
cunda ibi, *cor ſideratione tua*. Expone literã *recur
unt*.qđ poſſunt quãdocũq;.ij.q.vj.c.ij.& per
totũ.cognoſcẽtes.ſ.e.ſi duobus.& ſi per igno
rantiam excuſari nõ poterant de cleri.excõicato mi. Apoſto
licę *prorũpunt*.extra iudicium.& ante citationẽ. *& mala fide*.
ſonat hoc verbũ vitiũ, ſ.e.ſuper eo. in fine.ij. ſcdm Hoſt.co-
rũ oppreſſorũ: *eludat*.regulariter eluſio ꝓbaſ.de alie.mu.iud.
cauſa facta.c.j.de ꝑben.dilect⁹.ij.terminare hoc dicit ꝓpter
priuilegiũ iudicis appellationis, cuius eſt ad diffinitiuã ſen-
tentiã ꝓcedere parte altera cõtumace.de hoc.ĵ.c.ſępè.&.c.
per tuas. Dicebat hic Laur.ꝙ ſaltẽ mitter in poſſeſsionẽ rei
petitę, ſi lis nõ fuerit conteſtata, tales itineraotes ad coriam
ante citationem vidẽtur,& muniunſ: dũmodo ceſſet dolus,
ſcdm Hoſt. *nos feciſſe*.fuit enim illa decretalis Alex.iij.ſicut
& iſta. Opponitur cõtra decretalem *prorupit*.quia in præſen-
tia iudicis appellandũ eſt: vt in prima glo.maximè ceſſante
iuſto timore.ĵ.e.ſi iuſtus.ergo nõ ſufficit iter arripere &c.
1 B.hîc in gl.j.in fine dictę gl.dicit quòd non† valet appella-
tio facta in abſentia iudicis per capitulum videbitur &c.c.
cũ ſpecial.& idem notat Abb.ĵ.e.ſi duobus.in principio, di
cens, quòd illa iura videntur eſſe manifeſtè contra illos, qui
timentes ordinarios occultè appellant vocatis aliquibos te-
ſtibus, non enim talis appellatio eos iuuat in aliquo, ex quo
iudex ignorat eos appellaſſe: quando iudex procederet va-
leat cõtra eos.ar.illius.c.& hoc ſatis ꝓbatur.ĵ.e.cordi.lib.vj.
vbi ordinatur in appellando certa ſolẽnitas quæ in abſentia
iudicis ſeruari nõ poteſt ſecundum Abb. Sed Goff. hîc dice-
bat quòd appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat
& hoc tangit hic prima gl in ver.& eſt hoc argumẽtum &c.
Et idem videtur tenere Arch.ij q.vj.biduum.in gl.adde.ff.
quando appellandum ſit.&c de quo etiam ibi per Io.in glo.
ꝓpter hoc verbum hoc etiam videtur placere Inno.ĵ.e.dile-
ctis.in glo.penultima.vbi dicit quòd per appellationẽ etiã
factam in abſeotia iudicis appellans eſt exemptus à iuriſdi-
tione ipſius. Hoſt.verò hic dicit, quòd illa capitula.ĵ.eod.c.
vt debitus.&.c.ſæpè.loquũtur de appellationib⁹ facto in iu
dicio: hic autem de illo qui appellat extra iudicium,& iter
arripit ꝓſequendũ.& idem, ſcilicet quòd in præſentia iudi-
cit ſit appellandum, notat Io.An.in cle.prima.eo.titu.ſuper
verbo coram ipſis. Henricus verò ex præmiſsis circa hoc ſic
diſtinguit: quia aut quęris de appellationibus factis extra iu
dicium,& tunc illę non debẽt fieri coram iudice: quia non
fiunt à iudice. plus dicit Hoſt.hîc, ſed debent fieri in præſen
tia appellati, ſeu procuratoris eiuſdem in cauſa ipſa ſpecíali-
ter conſtituti.& ſi fiat in abſentia ipſius debet ſibi intimari
intra menſem ab interpoſitione eiuſdem: vt le.& no.in cle.
cauſam electionis.de elect. aut quæris de appellationibus fa
ctis in iudicijs, vel etiam extra iudicium à iudice tamen,&
tunc aut non poteſt haberi copia iudicis,& tunc poteſt in
eiuſdem abſentia appellari: vt.ij.q.vj.biduõ.C.de iudi.l.vlt.
C.quomodo,& quando iudex.l.ab eo.ſecundum Inn.& Ho-
ſtien.in prædicto.c.ſi iuſtus metus. aut poteſt haberi copia
iudicis,& tunc aut non poteſt quis commodè in pręſentia
iudicis, ſeu coram iudice appellare, vel ꝓpter metum, vel ꝓ-
pter aliam iuſtam cauſam,& tunc non eſt neceſſe in pręſen-
tia iudicis appellare: ſed ſufficit in caſu, vbi non audet ſic
appellare ſuper hoc ꝓteſtari iuxta lecta,& no.ĵ.eo ſi iuſtus.
alias ſi non poſſet in pręſentia appellare, poſsit appellare in
abſentia dummodo intra menſem ipſam appellationem in-
timaret iuxta prædictam cle.cauſam.& ſic intelligit notata
per Abbatem Goſ. Archi.& Inno.ſ.recitata. aut quis poteſt
commodè in pręſentia iudicis, ſeu coram iudice appellare,
& tunc debet hoc facere: vt hîc.&.ĵ.e.vt debitus. ibi coram
eo iudice.&.c.cordi.&.ff.quando appellatum ſit.l.prima.§.
dies.&.§.ſi quis.&.ij.q.vj.biduum.& cle.j.eo.titu. ſic intelli-
git notata Bernardi, ac Io.& Zẽzel.ibi Ino.ĵ.e.ſi iuſtus.& ſic
concordantur notata ſua, ibi ad alia no.per eũ in.c.dilectos.
ſecundum Zenzel.in prædicta cle.& idem Archi.& Io.An.
ĵ.e.c.appellatio.libro.vj.dicentes, ꝙ ſi bene videaotur not.
a in prædicto.c.ſi duobus.planè demonſtrant, ꝙ † appellantẽ
à iudice ſuo non procedit appellatio donec ad notitiam iu-
dicis perducatur & huius ſententiæ fuit ibi Petrus de ianſo
na.& concordat hic Collect. recitans notata Io.ij.qõ.vj.bi-
duum. Fatetur tamen multos dicere, quòd valet facta in ab-
ſentia iudicis etiam ſi ipſius copia haberi poteſt per lecta,
& notata in prædicta clementina prima.in verſ.forſan.& di
cit ꝙ ſic ſeruatur. Audio quòd curia parlamenti Franciæ ta
les appellatiões admittit: ſed alia opinio de iure verior, nec
obſtat ſupra de reſtitutione ſpoliatorum. audita. qoia ibi nõ
dicitur quòd valeat, quòd ſi miſsio: ſed quòd literæ impe-
tratæ per nuncium primum facientem mentionem de pri-
mis valent in taotum quòd reuocatur factum perperam,&
contra iura poſt nuncij miſsionem & aliâs ſecus: vt ibi not.
per Innoc. Supple gloſſas. In gloſſa prima ibi.l.prima.& in-
fra eodem concertationi.libro ſexto.& ibi *mãdauiſ*: hoc pla
cet hic Goff.& vide quod notatur infra.c.appellaſſe.libro
ſexto. In tertia gloſſ.& ſuper ea.per Nouellam tamen hodie
qui appellat à pluribus iudicibos, poteſt coram ipſis, vel ma
iore parte ipſorum ſeparatim appellare,& ſeparatim apo-
ſtolos petere: quod dic vt in cle.ſi a iudicibus.eod.titu. dicit
Hoſtien. quòd illa iura non obſtant de appellationibus fa-
ctis in iodicio: quia hîc loquimur de illo, qui extra iudiciũ
appellando iter arripuit proſequendũ.& in hoc ſolo caſu
propter iter.

propter iter ſolum arreptum, bona fide excuſaretur ſecundum eum remittit etiam ad notata. j. c. cordi. in gl. *ſi quis in fine.* hoc ipſo quòd conſtat de iniectu.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis cognitione pendente, excommunicatum abſolui poſſe ad cautelam.*

2 *Cauſæ expeditio, an abſolutionem ad cautelam neceſſariò requirat. & an abſolutionem petens ſe excommunicatum fateatur. nu. 3.*

CAP. XVI.

1 AD præſentiam. Caſus. Pendente † cognitione appellationis excommunicatus poſteà abſoluit ad cautelam. & ſic apparet eum legitimè appellaſſe non punitur ex eo quòd interim celebrauit, & primò ponit dationem auditorum, ſecūdò actū ipſorum. ibi, *qui ad.* tertiò principalis negotij diffinitionem. ibi, *ideoque.* Expone literam. *qui auditores de iure.* quia poſt appellationem lata erat ſententia. Inn. *fecerunt. eum abſolui.* nota ergo delegatus abſoluit ad cautelam de hoc. de ſent. excom. ſolet. libro ſexto. in tertia gl. ceſſat argumentum. ſi dicas auditorem habere ordinarium: ſuper quo vide notata in cle. auditis. de reſcript. Credit tamen Martinus quoad legatū, quòd ſi ſub verbis commiſſionis cadit poteſtas abſoluendi, in dubio competit delegato & hoc ceſſante, adhuc idem ſi non poteſt aliàs cauſam expedire. de offi. deleg. prudentiam.

2 §. vj. verum quia † cauſæ expeditio abſolutionem ad cautelam non videtur de neceſſitate requirere cum cauſa nullitatis ſententiæ poſſit duci ad finem illa non obſtante videtur quòd in vim cōſequētię hoc non competat delegato: facit quia gratiam continet modo poteſtas gratiam faciendi delegato vim cōſequentię competere non videtur. Auditores autem cauſarum palatij Apoſtolici nunquàm abſoluunt ad cautelam, niſi eis committatur expreſſe: quia habent Papam propè ne hìc dicitur quòd abſolutus fuerit ad cautelam: nam nec ſimplicem abſolutionem petens fateri videtur excommunicationem: vt not. Inn. de ordi. cogni. cum dilectus. licet contra aliqualiter videatur. de elect. venerabilem. dicam in c. qua fronte. de hac autem abſolutione ad cautelam, habes aliquid infra. de ſenten. excom. per tuas. & pleniùs eo. titu. c. ſolet. & c. venerabilem. libro ſexto. *abſolui.* ad cautelam. vel dic etiam quòd ſi non abſolueretur ad cautelam: ſed ſimpliciter tamen admitteretur ad probandum quòd excommunicatio non tenuerit. & ideò ſi non ligatus ſe diuinis non immiſcuerit, irregularitatem non incurrit: vt hìc patet ſecundum Inno. etiam ſi malè appellaſſet: dommodo probabili ignorantia fuerit ſeductus: quia iura omnia loquentia de iſta materia notant contemptum. j. de cleri. excom. mi. c. Apoſtolicæ. & ideò Land. in ſuo ſacramentali in titulo de irregularitate quæ propter cenſuram. &c. dicit quòd illa verba, quæ in pœnitentiaria Papæ ponuntur in abſolutionibus., videlicet ſi non in contemptum clauium: ſed per ignorantiam &c. intelligit ipſe de ignorantia iuris, vel facti etiā non probabili. Caue ergo tu, qui es in capitulo de proceſſibus executorum, & ſi dubites quantum in te eſt conſentias iuxta nota. Inn. de poſtu. præla. c. bonę. & meliùs per ipſum Inn. & Cōpo. de reſcript. eam te. & adhuc clariùs per Inno. j. de ſenten. excom. romana. li. vj. ſecundum Mar. *contemni.* licet enim ab alijs ſit vitandus de ſenten. excom. per tuas. ipſe tamen non debet gerere ſe pro excommunicato, ſi de appellatione ſua confidit. Inno. *inquietes.* potiùs tu timere debes pœnam. ij. q. vj. decæterò. j. eo. de priore. ſecundum Hoſtien. Supple gloſſas. In gl. prima ibi, *ad cautelam.* vnde notat Abb.

3 quòd licet quis † petat abſolutionem ad cautelam, non propter hoc fatetur ſe excommunicatum: dicit tamen abſolutionem non dandam niſi petenti. alleg. de eo qui dux. in ma. ſignificaſti. in fine. de ſenten. excō. ſolet. lib. vj. vbi de hac abſolutione ſatis dicam.

¶ PRIMO quæritur vtrum degatus Papæ poſſit abſoluere ad cautelā: dicit Collect. quòd hęc decretalis facit pro Cardinali, qui tenet quòd non: quia dicit fecerunt. Iſti enim delegati erant, & tamen non abſoluerūt: ſed abſolui fecerunt: prout notat Cardinalis in prædicto. c. ſolum. & refert Archid. ibi notare Inn. & Hoſtien. in iſta ſententia concordare. Dicit tamen hanc ſententiam Archid. non placere per decretalem hanc vbi videtur hoc expreſſum: & quod dicentes ſuper hac abſolutione ſpecialem commiſsionē hic emanaſſe diuinant ſecundum Archid. quoq; cum Archid. concordat ibi Io. an. ſaluo quòd ipſe dicit ibi ſe putare, quòd inferiores iudices temporales abſolutionis non poſſunt impendere licet Papa eas faciat qñq;: vt in c. veniens. dicit tamē finaliter Collect. ſe non videre quòd hoc ſit de iure, ſicut dicit Arch. cum hìc dicat de plano litera fecerunt. nec Inn. not. contrarium quicquid dicat Arch. dicit enim Inn. de plano, quòd ille qui tulit, vel eius ſuperior, vel ipſius delegatus cui eſt commiſſum negotium principale poteſt impendere abſolutionis beneficium ad cautelam. & dicit hoc ſatis probari in prędicto. c. de teſtibus. veniens. nec obſtat quod hìc dicitur quia fortè volunt excommunicatoris delegati deferre: vt prædicto. c. vj. & j. de ſentē. excom. c. venerabili. §. ſi verò. & hoc verum ſi eſſet excommunicatus pro illa cauſa, & ad inſtantiā ſuæ partis aduerſæ in eadem cauſa: nam ſi eſſet excommunicatus in cauſa & maximè ſi ad inſtantiam alterius tunc ſecus: vt not. Inn. in prædicto. c. ſolet. quia tunc in tali abſolutione oportet partem vocari: vt prædicto. c. venerabilem. & quia ex vi reſcripti nō habet iuriſditionem in alias perſonas quā in expreſſas. de offi. dele. P. & G. ſuper quo vide quæ ſcripſi. ſ. e. c. in expoſitione ſuper verbo fecerunt, & ſatis placent dicta Collect. de quo dicam in prædicto. c. ſolet.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi in ſua poſſeſſione turbetur, quòd iudex à quo appellauit eam ſibi poterit reformare.*

2 *Appellationem fauorem appellati reſpicientem non debere conuerti in ipſius læſionem. & nu. 3.*

4 *Iuris ordinem non ſeruari in officio iudicis.*

5 *Attentata in vim appellationis, & litis pendentiæ ad quem ſpectāt reuocare. & nu. 6.*

7 *Iudicem appellatum poſſe reformare ratione connexionis cauſæ.*

8 *Appellationem non impedire iuriſdictionem ordinarij à quo appellatum non extitit.*

9 *Priuilegia multa inſtituta fuiſſe aduerſus violentias committentes.*

10 *Literam intelligere generaliter, & indiſtinctè non eſſe diuinare.*

11 *Appellantem trahi volentem, & appellatum inuitum.*

12 *Conſtitutum in appellante locum habere debere in appellato.*

latum ex hoc vbi procedit terminus hominis, tamen gloſſ.
hîc videtur intelligere hanc literã cum appellatur à defini-
tiua. Et idem not. de procurator. in noſtra. in fine. & de con-
ſti. eccleſia. in fine. Et idem Inno. hîc ſuper verbo peremptorię:
ſed loquitur in termino iuris. Sed idem in termino hu-
minis, quoad negotium principale, ne ſit contra. ỹ. eod. in-
terpoſita in fine. Et hoc ante litis coneſt. quod probari vi-
detur clarè. ỹ. eo. per tuas. vbi Abbas dicit, quòd hoc quod
de termino dicitur, locum habet, cùm cauſa non remanet
in curia. Tunc cùm ſint citatæ partes & ſciant coram quo
debeant comparere, non ſunt iteratò citandæ quod maxi-
me innuit litera, cùm dicit ſaluis conſtitutionibus &c. Et
ſic notat Archidia. de elect. c. primo. libro. vj. in glo. hic vi-
deas circa medium, & Innocẽ. hîc & in prædicto. c. per tuas
in principio. Et hæc eſt veritas, quicquid dicat Ber. ſecun-
dum Collectarium. ¶ Item Collectarius in verbo, *niſi exti-*
tiſſet. dicit quòd ſi hoc caſu procedatur ad definitiuam con
tra abſentem, condemnatus non poterit appellare: quia con
tumax ſecundum glo. quod intellige ſi fuit terminus ab ho-
mine aſſignatus, ſecundum Archidiac. vbi ſupra: ſecus ſi à
lege, quia mitiùs &c. Sed dic hodie indiſtinctè appellari poſ
ſe, niſi appellatio præcedens eſſet friuola manifeſtè vt cle. ſi
ante de do. & contu. Prętereà in verbo vigorem. Dicit Col-
lectarius ſupplẽdum quòd etiam attentata poſt appellatio-
nem, reuocentur. Subdit etiam licitum eſſe appellato & ap-
pellanti mittere procuratorem, ad impetrandum & contra
dicẽdum etiam dato quòd appellatus peteret quòd cauſa in
curia remaneret vt. ỹ. eod. interpoſita ſecundum Innocen.
Hoſtien. & Bernar. & ſic quoad non habet eundem vigo-
rem. ¶ Rurſus in verbo terminum exponit Collectarius, ſci
licet hominis & ſic dicit intelligi iſtum textum. & infra eo.
oblatæ. aliàs appellans, quandocunque poſſet literas impe-
trare. de except. capi. finali. Et ita ſeruat curia, ne fiat ſupplan
tatio in conuenientia iudicum impetrãdurum: quare vbi
non eſt terminus ſtatutus ab homine, conſilium eſt, quòd
ſtatim mittatur poſt appellantem procuratorem ad contra
dicendum. Et idem conſilium eſſet in termino hominis,
quia niſi contradiceretur, teneret vt infra ſequitur. Et ap-
pellatus poſſet præuenire, dummodò nimiùm non præ-
curreret: vt in capi. oblatæ ſecundum Hoſtien. & gloſſa in
ſumma. eo. titulo. §. à qua ſententia. ipſe tamen Hoſtien. hîc
intelligit idem eſſe in termino hominis & iuris. Quod intel
ligit Collectarius quoad hoc, quòd ipſo elapſo procedi poſ-
ſit vt dictum eſt, ſecundum Archidiaco. vbi ſupra. & Inno-
cen. hîc ſuper verbo peremptoriè in principio, lapſo tamen
termino, poteſt appellatus impetrare nõ facta mentione de
appellatione: inducit notata Archidiaco. de reſcriptis. in
Rubrica. ſed in appellante videretur ſecus in eius odium: vt
legitur & notatur de reſcript. ex parte. licet eius ſic deſerta
appellatio. Quotidie tamẽ danſ literę in curia ante terminũ,
niſi contradicaſ in audientia: vt nota. vbi. ſ. Et dic vt. ỹ. c.
oblatę. Exponit etiam ibi, *hoc aliti*, i. q terminus viui perem-
ptorij obtinebat & ibi, *in litibus.* id eſt in appellationibus fa-
ctis extra iudicium: ſecundum Abbatem. ¶ Tu tamen di-
18 cas ſecundum eum, quòd in † appellatione extra iudiciali-
termini præfixio non poteſt partem arctare: niſi iure ar-
ctetur vt in electionibus, notat Innocen. de ma. dilecti. circa
principium: & hoc clarè dicit hæc litera, in litibus ſiue iudi
cijs. Et tamen quoad hoc, quòd non poſſit præueniri ſe-
cundum eum.

¶ SEPTIMO quæritur in. §. quia tamen ibi, *edicti pe-*
remptorij. quis eſt huius effectus, & hic intro magnam groſ-
ſam Innocen. quam non reperio benè ſummatam per alios.
Et dic notanter ſecundum Innocen. quòd iſte eſt effectus,
quia tunc non eſt neceſſe vocari appellationem, videlicet
dum appellatio à iudice eſt recepta, vel ab appellato eſt ap-
probata, & terminus à iudice vel à partibus appellationi
præfixus: vt hîc dicitur. ¶ Subdit etiam, quòd ex quo præ
19 fixus † eſt terminus appellationis, vel à iudice vel à parti-
bus, neceſſe eſt expectare finem termini, vel vt proceda-
tur in cauſa, ſi appellatio fuit interpoſita à grauamine ante
ſententiam: vt ſupra. eod. repræhenſibilis. & capi. perſonas.
vel vt rata maneat ſententia ſi appellatũ eſt à definitiua vt
ſ. e. cum ſi Romana. ¶ Dicit tamen quòd appellatus poteſt
per tempus modicum præuenire terminum à iure ſtatutũ,
ſi vult quòd cognoſcatur de iuſtitia prioris ſententiæ. Sed
ſi vult expectare finem legalis termini, rata manet ſententia
ſecunda quæſtione. vj. appellatore: ſed appellator nõ habet
neceſſe expectare finem anni ſecundũ eum.

¶ OCTAVO quæritur pone appellatum eſt ad Pa-
pam, vult vna pars procedere, nunquid eſt neceſſe, quòd
aliam partem citet? videtur quòd non. ſi appellatio recepta
eſt à iudice, vel appobata à parte & terminus appellationis
præfixus: quia tunc ille terminus habet vires edicti perem-
ptorij. vt hic dicitur. ¶ Innocen. autem circa hoc, dat
vnam regulam generalem, dicens ſic generaliter dicimus,
20 q vbi terminus † præfixus eſt à iure ſiue appellatus ſiue ap-
pellans ſit abſens, ad hoc vt procedatur neceſſe eſt eum vo-
cari. C. de appel. l. appellatore ceſſante: & infra eod. per tuas.
& capi. Niculao. & infra de priuilegi. l. c. cum olim: ſed bene
remanet rata ſententia poſt finem anni ea ſolo lapſu anni
vt dictum eſt. Quod intellige ſecũdum ea quæ ſcripſi. ſ. e. c.
in. ij. iiij. & v. quęſtionibus, & dicam. ỹ. c. Nicolao.

¶ NONO quæritur nunquid idem dices in ſententia
21 excõmunicationis, vt † ſi appellans ab ea non proſequatur
appellationem, ſolo lapſu temporis tranſeat ſententia ex-
communicationis in rem iudicatam. Quidam dicunt quòd
ſi excommunicatio præceſſit appellationem, tunc hæc quę
ſtio quæſtionem non habet: quia tunc ſententia excommu-
nicationis ſemper tenet ſiue proſequatur appellationem, ſe
quentem excommunicationẽ: ſiue non. ſ. de offic. ordi. c. ad
reprimendam & infra. c. paſtoralis in fine. ſed ſi appellatio
præcedat excommunicationem, tunc quæſtio habet locum
& tunc eſt dicendum, quòd ſi infra tempus ſtatutum appel
lationem non proſequatur, tunc retrò à die latæ excommu
nicationis, eſt excommunicatus. ff. de his qui notantur infa-
mia. l. furti in principio. Et. C. de tempo. appellat. l. vltima.
§. illud etiam. ¶ Sed quæres an teneant ea quæ medio tem-
pore geſſit, ſcilicet inter excommunicationem, & tempus,
finitum appellationis proſequendæ? Reſpondet Innocen.
quòd interim vitandus eſt in iudicijs alijs, niſi in cauſa ap-
pellationis proſequendæ. ỹ. de ſenten. excommu. per tuas.
22 ¶ Sed nunquid poſt tempus † appellationi proſequendæ
præfixum poteſt appellans implorare iudicis officiũ, vt pe-
tat ſententiam excõmunicationis nullam pronunciari? vt-
pote poſt appellationẽ lata? & videſ q ſic per. l. ſi expreſſim
ff. e. tit. Sed videtur contrarium, quia ex quo tempus tranſijt
appellationi proſequendæ renunciare videtur appellationi:
vt iudex ea nõ obſtante procedere poſſit: & verum ſit quic-
quid fecit: vt. ſ. eo. cum ſit Romana. & c. perſonas. Item quia
hoc dicere non poteſt, niſi appellationem proſequendo,
Sed ſi ex alia cauſa, quàm ex qua appellatum eſt, vellet dicere
ſententiam excõmunicationis nullam poſt elapſum tẽpus,
vtpote qa excõmunicator nõ eſſet iudex ſuus, bene poſſet.

¶ Caue tamen, quia hoc ipſum quod proximè dixi, ſcilicet
quòd poſt tempus pręfixum appellationis proſequẽdæ poſ-
ſet appellant dicere ex alia cauſa ſentẽtiam nullam, vel quic-
quid aliud factum eſt, nullum : obtinet in ſententijs alijs, &
etiam obtinet in negotijs extra iudicium habitis: vt. ĵ. c. pro
ximn. & c. ſolicitudinem. ¶ Sed opponitur de. l. Papinianus
contra veterant. §. ſi quis filius. ff. de inoffic. teſtamento. & de
l. nec non. § penulti. ff. ex quibus cau. ma. vbi dicitur, quòd in
tra idem tempus habet locum quęrela inofficioſi teſtamen-
ti & reſtitutionis in integrum intra quod tempus habet lo-
cum, ipſa querela: & petitio reſtitutionis in integrum. Ergo
eadem ratione ſi duę actiones, ad idem competũt ſicut hîc,
competunt proſecutio appellationis, & officium iudicis, ad
dicendum ſentẽtiam nullam: etiam ex alia cauſa, quàm quia
poſt appellationem lata eſt, puta quia iudex non erat intra
idem conſtringantur. ¶ Reſponſio hîc facilis eſt, quia ſemp
32 intra † idem tempus, & actio, & exceptio tolluntur, ſi exci-
piens fuit in mora ſi enim in mora non eſſet periculum, per
petuæ eſſent exceptiones, ſicut fuit exhęredatus: quia non-
dum poſſidet, eſt in mora quia habet querelam quæ non da
tur directè contra poſſidentem, ſed cõtra teſtamentum. Et
idem dicimus, de reſtitutione: ſed in actionibus dicimus cõ
trarium, quia ad maius tempus cõpetit ſententia, quàm alia
etiam in vno facto, & ad maiorem quantitatem: & hic non
ſunt diuerſi modi agendi, vnus agendi, & alius excipiendi,
ſed vterq; eſt modus agendi, vnus quo proſequitur appella-
tionem, & alius quo directè intentatur officium iudicis, ad
reſcindendam ſententiam ex alia cauſa vt no. de offic. dele.
cum contingat. Vel dic, quòd illud quod dicitur, quòd intra
idem tempus conſtringũtur actio & exceptio vel duæ actio
nes, tunc verum eſt, vbi ſimul ex eadem cauſa oriũtur & ad
idem tendunt: at hîc nõ naſcuntur ex eadem cauſa, ſed ex di
uerſis: nam ex alia cauſa naſcitur petitio, ſcilicet cum petit
caſſari ſentẽtiam in vim appellationis, & ex alia cauſa naſci-
tur ſcilicet quando petitur ſententia nulla pronunciari, pro
eo quòd poſt appellationem lata eſt. Prima enim petitio in
tra tempus appellationi proſequendæ pręfixum tantum lo-
cum habet, & alia petitio locũ habet poſt illud tẽpus. Item
non ex eadem cauſa, ſed ex diuerſis ortum habent, nam pri-
ma petitio ex ipſa appellatione cauſatur. Secunda verò na-
ſcitur, ex alia cauſa, puta quia expreſſit errorem: vel quia nõ
fuit iudex vel in electionibus, quia non fuerunt vocati vo-
candi quod licitum non eſt: & ſic non ob. ff. de his qui notã.
infa. l. furti. in principio, vbi dicitur, quòd condemnatus
24 † furti non proſequens appellationẽ fingitur infamis à die
latæ ſententiæ: quia prętextu appellationis non habet auxi-
lium: ſed ſi aliàs poſſet dicere ſententiam nullam, benè audi
retur: nec fieret infamis hoc autem vt præmiſſum eſt auxi-
lium competit ſuper quo auditur, & quo probato, apparet
ipſum excõmunicatum non eſſe nec facimus differentiam
verum in iudicio vel extra iudicium appellatum ſit Innoc.
¶ Sed oppones cõtra id quod dictum eſt, ſcilicet quòd poſt
tranſactum tempus appellationis proſequendæ, non poteſt
dicere ſententiam nullam, ex ea cauſa quia poſt appellatio-
nem lata eſt. Quomodo enim id quod nõ tenuit, puta quod
poſt appel. fit, poteſt fieri ratum per omiſſionem proſequen
dæ appellationis? Reſpondemus: vt. ff. de iudic. licet. ff. rem
ra. ha. l. penultima. § vltimo. Quidam etiam dicunt, quòd
contra ſententiam præcedentem appellans non poteſt ali-
quid dicere: niſi proſequatur appel. intra annum: & ſic intel
ligitur prædicta. l. furti. contra ſententiam ſequentem ap-
pel. etiam poſt annum poteſt dicere de appel. ſed prius di-
ctum magis placet in ſententia tamen excommunicatio-
nis dicunt aliqui, quòd etiam poſt annum poſſit dici pro-
pter appellationem præcedentem, non tenuiſſe: quia non ca
pit effectum ex taciturnitate vel tempore, ſed ex intentio-
ne & poteſtate excõmunicantis, quæ nulla erat poſt appel-
lationem: & quia ſecum trahit executionem. ĵ. c. paſtoralis.
Inno. Et iſta eſt veritas, & eſt caſus. ĵ. de ſent. excom. c. j. libr.
vj. Et adde quæ notantur in. c. paſtoralis: & in. c. per tuas. al.
legato. ¶ Sed nunquid iudex qui non detulit appellationi in
alijs, quàm in excommunicatione poterit conueniri, ab eo
qui non eſt proſecutus appellationem ſuam, quia litem ſuã
fecit. vel quia aliàs per imprudentiã iudicauit inſti. de obli.
quæ ex quaſi delic. naſ. in princi. ar. quòd non quia culpabi-
lis fuit, eò quòd nõ fuit proſecutus appellationem, ergo age
re non poteſt iſta actione. ff. de euict. l. Herẽnius. § vlti. qua-
ſi, & ex quo tunc non poſſit proſequi cauſam appellationis,
quia annus elapſus eſt, nec ea quæ pendent ex ea, ſcilicet, q
fecit litem ſuam, vel alia huiuſmodi, quaſi eis videatur taci-
tè renunciaſſe. ĵ. e. ſolicitudinem. ff. ſi quis cau. ſi eum. § vlti-
mo. tamen ſatis credimus, quòd ex cauſis prædictis poſſit
conueniri, & ad minus condemnari poteſt in. xxx. & idem
recitat Pau. & non reprobat. ¶ Decimò ad aliquas ſupple-
tiones gloſſarum, quas Paulus hîc poſuit accedamus. In glo.
ſ. eo cum ſit, ibi, *in prædic. l. ad. furti.* ibi loquitur de appel. emiſ-
ſa poſt ſententiam. ſed glo. format quęſtionem, quando fuit
appellatum ante ſententiam. de hoc. ĵ. de ſent. excom. licet.
libro. vj. Et ibi, *ipſo iure nulla fuit*, Idem in qualibet alia ſentẽ-
tia, quoad hoc ex qua appellatio præceſſit, dicam ibi ſta-
tim. Et ibi, *aliud in ſententia ex qua*, in alijs verum eſt, quòd
25 appellatio ſequitur ſententiam. Nam † ſi appellatur à ſen-
tentia excommunicationis, eius effectus tunc non ſuſpen-
ditur. ĵ. c. paſtoralis vbi de hoc, ſed quando appellatio eam
pręcedit, tunc vtrobiq; eſt idem: quia ſiue ſit definitiua, ſiue
excommunicationis, non tenet, ex qua appellatio legitima
præceſſit. & ibi, *medio tempore*, dic vt. ĵ. de ſenten. excom. c.
licet. libro. vj. *& in fine*, de hoc. viij. quæſtione. iiij. in ſumma
in glo. penultima. in fine idem Pet. ĵ. eo. vt debitus. & Spec.
tit. de appel. §. qualiter ver. ij. ¶ Hoſtien. contra, quia ille do-
minus ſuccedit loco illius: contra facit de voto. magnæ. §.
26 tunc igitur hinc eſt, quòd dicimus, quòd ſi † appellans non
proſequitur appellationem intra terminum ſtatutum rata
manet ſententia. ſ. eo. cum ſit. primo reſponſo. nec ſequitur
iudex non poteſt procedere, ergo illud tempus non currit
in anno appellationis, quia appellatione pendente, quie-
ſcit officium iudicis. ĵ. c. ſignificante. quia eſt abſurdum, ſci-
licet quòd dilatio debeat deduci appel. quia ſecundum hoc
excederet vltra terminum huius ſecundum Hoſtien. ſecus
vt in Spec. de teſte. § j. d. ver. quid ſi aduocatus de quo ſcri-
pſi. ſ. e. c. cum parati.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi non fuerit proſequutus, quòd nihilominus iudex de im-
pedimentis electi cognoſcet.*
2 *Appellationem extra iudicium, teneri quem proſequi infra annum.*
3 *Appellatione interpoſita ad papam, quòd nullus etiam legatus papæ
ſe intromittere poßit,*
4 *Inferiorem nullo modo tangere debere ad cauſam à iudice appellatio
nis intentatam.*
5 *Legatum de conſenſu partium cognoſcere debere ad cauſam inſtruen
dam.*
6 *Appellationis proſequendæ tempus à quo die currat.*
7 *Exceptiones nullas admitti, contra electum confirmatum.*
8 *Appellans ſi infra terminum appellationi præfixum, non fuerit pro-
ſecutus, ſuper negotio electionis emiſſo iudicem procedere poſſe.*
9 *Vagabundi, an ad electionem vocandi ſint.*
10 *Monachi deſtinati ad prioratus, an vocandi ad electionem abbatis ſint.*
11 *Inferiorem cognoſcere poſſe an ſua ſit iuriſditio non derogando appel
lationi.*

¶ CAP. XLV.

Conſtitutus in præſentia
1 noſtra. Caſus, Licet † appellans non fuerit
proſecutus nihilominus iudex, de impe-
dimentis electi cognoſcet &c. Hoc dicit pri-
mò pro ponitur partis narratio imò ſe-
cundo

cundo ibi, *intellecto.* Papæ Martinus & iudicum datio hęc
eſt cõis diuiſio. ¶ Expone literã, *tranſtulerunt.* hæc tranſlatio
votorum, hodie non admitteretur: niſi ſecũdum decre. quia
propter. Innoc. Dicebat hîc Petrus hoc verũ, eſſe in electio
nibus, in quibus ſeruanda eſt forma illus concilij, quia pro-
pter. ſed in alijs ſecus. & de hoc. ſ. de elect. ſcriptum eſt in gl.
procuratores. & in gloſſ. qualiter, *& Epiſcopo*, notat Hoſti.
quòd in forma compromiſſi facti in plures ad eligendum
pronunciatio ſit facienda per vnum. quod dic vt. j. de elect.
ſicut cum. libr. vj. *expreſſe*, ſcilicet quia non tranſtulerãt vo
ta in Epiſcopum, ſed vnà cum Epiſcopo aſſenſiebant in il-
lum ſecundum Innocen. ſed Hoſtien. intellexit quòd dede-
rant illi expreſſam poteſtatem pronunciandi electionem,
contulit, eligeodo tantum: vt. j. dicam, *Vincen.* quàm eligere-
tur Archi. poſt electionem verò illius ſtatim elegerũt P. ſub
diaconum Papæ. & de hoc loquitur finis. *Epiſcopo*, quia com
miſerunt voces ſuas Epiſcopo & cõcordat de elect. ſcriptum
derogaret. ſ. iſtam legitimam inueniret Innocen. repetit. hoc
Hoſt. de cõſuetudine angliteria. quia appellationes ad Papã
ſubmittant ſe tuitioni metropolitani de qua. ſ. eod. cum
teneamur, *decani.* in Archid. i. decani electi. & per hoc pa-
tet quòd non ſiebat proceſſus de conſenſu partium, *cauſam.*
vt ſic plenius inſtruetur: & ſic inſtruere poſſet Papã ad quã
properabat, & fortè non poſſet pacificare partes Hoſtien.
aſſenſu omni. ¶ Expone vt ſupra in tertia glo. intra annum.
2 Nota quòd appellationem † extra iudicium tenetur quis
proſequi intra annum quod ſateor verum, computato an-
no, à die quo ſit contra appellationem: quia tunc incipit
appellationẽ, quia tũc incipit appellatio tenere, & non ante
diem grauaminis. C. de præſcript. xxx. annorum. l. finali. §. il-
lud autẽ. & §. fi. & patet in conſti. clemen. eo. tit. ſicut appella-
tionem. Et ſunt hæc vera, niſi recedatur ab appellatione, vel
quia appellans renunciat. j. c. ſolicitudinem: vel quia ille à
quo appellatur, reuocat grauamen. j. eod. cum ceſſante ibi.
Cum potuiſſent. id eſt præſumuntur potuiſſe facilius enim in
ueoitur nuncius, quàm procurator, & per talia loca tranſi-
te poſſet primus, per quæ non poſſet ſecundus. *Ne tamen.*
quaſi dicat. & ne illi. xj. non ſunt admittendi ad proſequen-
dum appellationem, tamen ſi volunt excipere, nõ tanquam
appellantes audiendi ſunt. Quod intelligas hodie verum, in
eo qui ſeruaſſet formam decre. vt circa de elect. libr. vj. aliâs
ſecus quod dic in in clemen. de ele. conſtitutionem. §. penulti
mo. ſed nec coguntur excipere niſi velint. Vnde eis non ex-
cipentibus, mandat inquiri de his quæ infra ſequũtur Inno.
peremptorias. quanuis princeps dilatorias exceptiones indul
geat & remittat peremptorias not. C. de preci. impe. offer. l.
quoties. Goffre. *exceptiones.* oppoſitas contra electum in de
canum qui confirmationem petebat. Sed contra in princi-
pio, vbi dicit quòd Epiſcopus contulit decanatum, ergo nõ
petebat confirmationem: ſed expone contulit decanatum. i.
ius in decanatu, ſeu ad decanatum per electionem tribuit:
nec hoc caſu elidendo intelligitur confirmaſſe de hoc. ſ. de
elect. cum inter Tanc. Vel dic hic, quòd vocat exceptionem
cauſas propter quas petebatur electio caſſari ſæpe enim ta-
lis exceptio vocatur actio. j. de accuſa. ſuper his. Vel dic ꝙ
ſi & pro confirmato habeatur, excipitur contra illum. de ſ.
cauſa poſſeſ. cum olim. ſecundum inno. ad hoc. j. c. proximo
facto epiſcopi. i. iuris ſibi acquiſito per collationem Epiſcopi.
Innocen. *minor.* modo Innocen. l. ex quo facto. nunc con-
tendit vel aſſerit ſe ius habere, ſponte vt aſſerũt aduerſarij,
prætermiſſus. id eſt contemptus. Innoc. vel propriè vt in glo.
impetratis. & poſſent eſſe caſus confirmationis ſecundæ, de
quo dic vt ſupra de elect. auditis. & c. congregato. *alioquin.* i.
ſi de renunciatione non conſtat, nec apparet in tranſlatio-
ne votorum in Epiſcopum facta, id eſſe actum, quod allega-
batur: quòd ſi apparet id actum, Epiſcopus cum illis eligit
ex ipſis. ſic. ſ. de elect. qualiter. in fine. ¶ Supple gloſſas ſecun
dum Ioan And. in glo. ſed qualiter ibi. *c. licet.* &. j. de accuſa.
ad petitionem. & ibi, *Ioan. dixit.* reprobans id quod quidam
dixerant, quod ſummatim poterat examinator ſicut Metro
politanus. j. e. ſolicitudinem. Nam ſecũdum hoc, non remit
teret cauſam inſtructam: & ibi. *Tancre. dixit.* & Vincẽ. & ibi,
interueniſſe. quod non videtur per literam hic partem con-
tradicentem ibi, in fine. Vel ſecũdum Inno. negabatur pro-
pter appellationem, negotium deuolutum, vel dicebatur re
nunciatum appel. per curſum anni ad hoc. j. eo. Romana. §.
ſi verò. lib. vj. Vel dic ſecundum Hoſtiẽ. quòd partes erant
ad arma paratæ & periclitabatur & ſcandalizabatur eccle-
ſia. ff. de vſuf. l. ęquiſſimum vel ſecundum Phi. hic narratur
factum. Goffre. dicit hoc ſpeciale, in legato de latere, vt cau-
ſam per appellationẽ delatam ad Papam, examinare poſſet
per ſe, vel per alium, vt magis inſtructam remittat, ſicut &
alia in dño ſunt ſpecialia de offi. lega. c. penul. Vel dic, ꝙ iſte
legatus priuilegium habebat cognoſcendi de appellationi-
bus interpoſitis ad Papam: de hoc dixi. ſ. de eo qui mit. in
poſſ. cum veniſſet ſuper. iij. glo. In glo. *duas*, ibi. *cum nobis olim.*
vbi de hoc. & . xxviij. diſt. priuſquam in glo. *quod ei licuit.* in fi-
ne. Sed contra. ſ. de renunc. admonet. ſo ſecundũ Hoſti. quan
do quis eſt diſcorditer electus etiam ſi aſſerit, etiam ſi ſit ap-
pellatum ad Papam, quòd ex quo plenum & pacificum ius
non habuit, renunciare poteſt vt hic. & idem in concorditer
electo, qui nondum aſſerit ſecundum eum, vbi verò plenũ
ius habuit, non renunciat ſine authoritate prælati. vt in cõ
trario, licet quoad ius ſuum, valeat renunciatio de hoc vlti-
mo dicam de renunc. quod in dubijs. de electo verò an re-
nunciet poſt conſenſum, notatur de tranſla. c. ij. & de elect. ſi
3 electio. lib. vj. ¶ Primò opponitur quia † de appellatione in
terpoſita ad Papam, nullus etiam legatus Papæ ſe intromit-
tere poteſt. ſ. de offic. lega. c. ſtuduiſti. & c. licet. &. j. c. vt no-
ſtrum. & . ſ. de offic. dele. paſtoralis. §. j. & §. quia verò. cum ſi-
milibus. Super quo vide quæ ſcripſi. ſ. e. c. ſuper glo. ſed qua-
liter in. iiij. ſuppletione. Circa hæc autem ſcilicet qualiter
de appellatione interpoſita ad Papam vel ad alium ſuperio-
rem, legatus vel alius ſe intromittere poteſt. Diſtinguit Hen
ricus, quia aut quæris de illo à quo eſt appellatũ, aut de alio
ſi de illo à quo eſt appellatum, maximè extra iudicium, tunc
aut quęris nũquid iudex à quo appellatum eſt, cognoſcet &
cognoſcere poſsit ſummatim de probabilitate ipſius cauſæ
appellationis extra formam iudicij intra ſe deliberando, &
ab alijs inquirendo, an cauſa propter quam eſt appellatum,
ſit probabilis & iuſta vt ſi ſit deſiſtat à grauamine illato vel
comminato vel reaſſumat iuriſdit. iuxta. c. cum ceſſante. j. e.
tit. à iudice. e. tit. lib. vj. Et dic, quòd ſic vt probatur in. c. alle.
cum ceſſante ibi, cùm dicit. *Saniori vſus conſilio &c.* & in di-
cto. c. ſi à iudice ibi cum litera dicit, *cum id per ſe videre habeat
&c.* vt hoc notat Io. ij. q. vj. ad Romanam. j. glo. j. in fine ver.
ad hoc. dico, *quòd ſi iudex &c.* & Archid. ibi, & in. c. alleg. ſi à
iudice. Et idem notant Tanc. & Goffre. j. e. vt debitus. Aut
quæritur vtrum cognoſcet & cognoſcere poſsit de veritate
cauſę appellationis iudicialiter & in figura iudici. Et tunc, re
fert, quia aut quæris nũquid poſsit ſe intromittere ad inſtã-
tiam ſeu requiſitionem appellati proſequentis coram eo ius
ſuum, ſuper eo de quo dicitur appellatum: & aduerſario exci
piente de appellatione replicantis, & negantis appellationẽ
vel dicẽtis nõ fore intra. x. dies appellatum, vel tẽpus appella
tionis proſequẽdę effluxum vel ſimilia. & ſic conſequenter &
indirectè. de nullitate ſeu de ſtatione ſeu de viribus appel-
lationis cognoſcendo. Aut nunquid poſsit ſe intromittere
principaliter & directè, de cauſa appellationis cognoſcen-
do. In primo caſu, refert aut ſuperior nondum incœpit co-
gnoſcere de cauſa appellationis ad eum interpoſitæ: & tunc
non poteſt ſe intromittere, vt fuit hic. & argu. op. j. eo. Ro-
mana. §. ſi verò vocatis partibus. lib. vj. ¶ Aut ſuperior in-
cœpit cognoſcere de cauſa appellationis, ad eum interpoſi-
tæ, & tunc non poteſt ſe intromittere, quia tunc ad cauſam
4 † à iudice appellationis attentatam, nullo modo inferior
tangere debet: vt. ſ. de offic. dele. c. paſtoralis. § primo ſecun-
dum Innoc. & Hoſtien. & Abbatem hic in ſecundo caſu. c.

quando vult cognoſcere de ea principaliter & directè. Et dic quòd non poteſt. ij. quæſt. vj. de certo vbi dicit vt nihil prius &c. vbi hoc notant Hu. & Lauren. Pro hoc facere in eo. cauſa. & quæſtione. c. quoties Epiſcopi &c. ratio, quia iudex à quo eſt appellatum non cognoſcit iudicialiter an appellatio ſit fruſtratoria vel non iuſta, vel nõ quia prælati ſemper parati eſſent appellantes grauare. & pronunciare appellationem fruſtratoriã, vt notant Lau. & Archid. in. c. alleg. ad Romanam. Idem videtur notare Ber. j̃. e. ſollicitudinem glo. ſed ver. dicit Hoſtien. quòd idem eſt, quare iudex de cuius iuriſditione dubitaſ, poteſt cognoſcere an ſua ſit iuſditio vel non: & tamen iudex à quo eſt appellatum nõ poteſt cognoſcere de appellatione: quia agitur de iuriſditiune quæ redditur in inuitum. ff. de ver. obli. l. inter ſtipulantẽ §. j. De appellatione verò ideò nõ cognoſcit, qa agiſ de iuriſditione ad ſuperiorem tranſlata, de qua ſuſpectus & inferior cognoſcere non poteſt. xxj. diſt. inferior. ſ̃. e. ad hæc ſicut aſſeris. Non ergo poteſt iudex à quo eſt appellatum, de appellatione cognoſcere, niſi prout eſt dictum. Vel niſi fortè prout in ſequẽtibus dicetur de alio. Si ergo quæritur de alio, quã de illo à quo fuerat appellatũ, tunc refert, aut quæritur nunquid poſſit ſe intromittere, & valebit quod faciet, ſi Papa poſteà factum approbauerit in caſu vbi ad eum eſt appellatũ: & dic ꝙ ſic vt hic fuit ſecundum Hoſti. qui dicit, quòd ex iſta quæſtione periclitabatur eccleſia: & propter potentiam partiũ oriebatur ſcandalũ: hinc & inde: ideò legatus prędictus voluit occurrere ex officio ponẽs ſpem in Papam: quòd ratum haberet factum per ipſum ar. ix. q. ij. Lugdunenſi: & ſic proceſſit vt Papam inſtrueret, qui & ratum habuit. Et hunc putat verum multum huius. c. Aut quęris nunquid poſſit ſe intromittere, & quod faciet, valebit etiam ſi papa factum non approbauerit, & tunc dic vt Tan. & Ber. hic quia aut quæris vtrum poſſit hoc facere, ſine conſenſu partium. & dic quòd non: vt. ſ̃. de offi. legati ſtuduiſti. & c. licet. Aut de conſenſu partium, & dic quòd ſic quem conſenſum credunt hic interueniſſe adhoc vt cauſam magis inſtructam remitteret ad Papam. C. de rela. l. j. & . ij. & . j̃. e. c. intimaſti ſecũdum eos. Et iſtum intellectum approbant Garſi. Cardi. Gof. & Io. and. j̃. de elect. c. cupiẽtes in prin. ſuper verbo ſedis exauien. lib. vj.

5 Et intellige bene, quòd de † cõſenſu partium, legatus poteſt cognoſcere ad cauſam inſtruendam, & per modum & ad finem duntaxat inſtructionis aliâs autem etiam ſi partes conſentiant, ſi ipſe vel alius de appellatione ad alium ſuperiorẽ & ſpecialiter ad Papam interpoſita cognoſcat non valet vt notat Hoſti. j̃. e ſollicitudinem vbi dicit quòd ſi partes, ſcilicet Epiſcopus & appellans cõſentirent ꝙ Archiepus de appellatione ibi interpoſita cognoſcat, nõ propter hoc poſſet cognoſcere cum iuriſditionẽ papę nõ poſſunt in alium ſine ſpeciali eius Papę licentia prorogare: vt. le. & no. ſ̃. de fo. cõpe. ſigni. Et ſic intellige quod notatur. ſ̃. e. directę ſecundum eum, & hoc ſatis probaſ in. c. allegato ſolicitudinẽ §. nos igitur. quando dicit. *Cognoſcere omnino non valet*, quæ ratio habet locum etiam in alijs ſuperioribus, ergo idem ius. ff. ad l. Aquil. l. illud. extra. de offi. vicar. c. vno in cle. Et quod dictũ eſt de conſenſu, intellige ſiue præcedente, ſiue ſequente proceſſum cauſę inſtructionis factum per ipſum legatum de latere, vt quia cõtra dictam aſſertionem ſeu relationẽ ipſius, nihil obiectum fuit: imò voluerunt ei ſtare aliâs contra: arg. ſ̃. de proba. quoniam contra & de teſti. cum à nobis ſecundum Hoſti. hic. Et idem recitat. viij. q. iij. talia ſuper verbo non poſſumus: & G. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis ſuper verbo ſublimitatem. ¶ Secundò opponitur quia nõ poteſt celebrari electio partim per viam compromiſſi, & partim per aliam viam, de elect. quia propter. ergo hæ electiones nullæ. Solutio ſecundum Innocen. hodie trãſlatio votorum non procedit, niſi ſeruata. c. quia propter quod intellige de tranſlatione votorum, tanquàm in compromiſſarium: de qua in. c. cum in iure. & . c. cũ in cauſis. ſ̃. de elect. Sed tranſlatio votorum tanquam in procuratorem, de qua in. c. ſcriptis de elect. bene fit, non ſeruata illa forma, vt de elect. c. penultimo. lib. vj. Et intelligas primum de electionibus in quibus forma requiritur de qua ibi dixit Lignanus & de hoc dixi. ſ̃. ¶ Tertiò opponitur de. c. quoniam contra. ſ̃. de proba. de. c. cum à nobis. ſ̃. de teſti. Goffre. dicit quòd ſpeciale eſt, in Cardinali, & legato quòd eis ſolis credatur ideò eis creditur. vt hic & . ſ̃. e. cum parati Hoſtien. dicit quòd partes voluerunt ſtare relationi & non contradixerunt, vt fortè in Cardi. eſt ſpeciale, quia ei ſecundum conſuetudinem curiæ creditur ſuper quo remittit Hoſtiẽ. ſ̃ de fide inſtru. c. quod ſuper his. ideò autem de cõſuetudine dicit, quia dicit Clemens quòd cuius, ꝙ de rigore ſecus vt notatur Specu. de teſte. c. j. verſi. *quid ſi aduocatus*, ſecundum Hoſtien. Nouella ſed tu dic, quòd de iuris rigore, non creditur. vj. q. ij. ſi tantum & . c. placuit & de teſta. cùm à nobis de ſtilo curiæ creditur in his quæ pertinent ad eius officium: vt dicit cle. iiij. de quo vide in Specu. tit. de teſte. §. j. ver. quid ſi aduocatus hoc tamẽ ſtetit Papæ relationi, quia non contradixerunt partes: de quo dic vt dicã
6 j̃. e. in timaſti Lignanus. ¶ Quartò opponitur tempus † appellationis proſequendæ currit à die appellationis interpoſitæ ſecundum cõmunem opinionem. C. de temp. app. l. vltima. & cle. ſicut. e. tit. vt dixi. ſ̃. e. perſonas: & . c. ex ratione: ſed hic non fuit appellatum ab aliqua ſentẽtia vel actu, ergo nõ currebant tempora. Solutio ſecundum Inno. currunt etiam extraiudicialiter, ſicut iudicialiter. ſed disformiter, quia incipiunt currere à die interpoſitæ appellationis: ſi iudicialiter appellatur: ſi extraiudicium, currunt à die illati grauaminis, & probatur in dicta cle. ſicut. Et eſt ratio, quia ſi extraiudicium appellatur, nõ granatur tempore appellationis, ideò non currũt niſi adueniente grauamine, Lignanus & de hoc dixi. ſ̃. ¶ Quintò opponitur Epus contulit decanatum Collatio habet vim electionis & confirmationis, de elect. cum inter canonicos: & . c. ne pro defectu. Et vtrobiq; notatum eſt, & not. etiam e. tit. ſi compromiſſarius. libr. vj. Sed contra
7 † electum confirmatum, nullæ admittuntur exceptiones, niſi criminis cum infamia. j̃. c. proximo So. dicit Inno. quòd contulit, id eſt elegit vel hic nõ opponebantur exceptiones, ſed erat actio pro hoc facit de cauſa poſſ. cum olim. Vel dic, quòd habeatur pro confirmato tamen poteſt excipi de cauſa poſſ. cum olim. Primus autem intellectus eſt verior, quia Epiſcopus conferre non potuit, quia poſt electionem debet vt Epus confirmare: de elect. cum inter Lignanus. ¶ Sextò opponitur quia effectus appellationis ſaltem iuſtè, eſt quòd poſtquam per eum eſt deuolutum negotium ad ſuperiorem attentata poſteà reuocentur. j̃. e. vt noſtrum: & de app. accedens: & . j̃. e. c. bonę. Innoc. hic ſuper verbo, *confirmationis effectum*, ſoluit dicens, quòd hic appellatio nõ fuit iuſta, & ideò non retardatur confirmationis effectus: ſed ſi eſſet iuſta, bene retardareſ: & ſi procedereſ, vltra reuocaretur hoc ipſo, quòd factum eſſet poſtquam tranſlatum eſſet negotium ad ſuperiorem per appellationem vt in contrarijs. Subdit tamen, quòd ſi confirmatus poſſeſſionem haberet, nõ obmitteret propter appellationem vti commodo poſſeſſionis: ſed ſi poſt probaret alius cauſam appellationis, reſtitueret iſte fructus: vt. C. de rei vendi. l. ſi fundum: & . C. credi vendi. pigno. impe. non po. l. j. Credit etiam Innocen. quòd non eſt audiendus appellans, ſi appellaret tantum, nec confirmatus inueſtiretur: quia ſi confirmatio non extinguitur per appellationem, ergo in omnibus debet ſuum effectum conſequi: ſed appellandum à grauamine quod ſit in ipſa confirmatione vel potius ab ipſa confirmatione, poſtquam eſt, ſic appellatione ſuſpenſa: vt. ff. ad Turpil. l. j. in fine. & per conſequens, omnia alia ſuſpenduntur, & ſic intelligitur & prædictũ. c. vt noſtrum. ſecundum Innocen. qui dicit etiam eſſe hic repetenda notata ſua. ſ̃. de cauſa poſſeſſ. c. dilecta. Subdit tamen, quòd plus placent ſibi ea quæ ſcripſi poſt eum infra in prima quæſtione. Et adde etiam omnino, quæ ſcripſi ſupra capi. conſtitutis primo in tertia quæſtione.

¶ Collectarius cõſtitutus Abb. ponit caſum breuem, quòd

licet

8 licet appellans † intra terminũ appellationi præfixum appellationem nõ fuerit proſecutus ſuper negotio electionis emiſſam, iudex procedere poteſt. In Archiepo tamen hoc locum non haberet vel alio, qui per viam ſimplicis querelæ adiri nõ poſſet: vt legit & notatur. j.c. interpoſita. ſ.e.accepta. Item nec habet locum ad partis inſtantiam hodie quod hîc dicitur, de elect. cupientes. libr. vj. & c. cõſtitutionem. in cle. Semper tamen officium remanet iudicis in talibus, vbi agitur de periculo animæ vt hîc in fine. ſ. de excep. exceptionem. Ad quod vide Cardi. in dicto. c. cupientes. § cæterum ſuper verbo contumaciam omnẽ. ergo omnes vocandi ſunt ad electionem valet tamen conſuetudo vt nullus vocetur: vt de præ. cum in eccleſijs. lib. vj. de conſue. cum dilectus.

9 ¶ Sed nunquid vagabũdi † ſunt vocandi ad electionem credo quòd non Et ita no. & Compo. de elect. quia propter recitat Archid. in prædicto. c. in eccleſijs, licet dicas tutius eſſe quòd vocentur. ¶ Sed nunquid ſi Papa mandat aliquẽ recipi in canonicum, & in fratrem vocabũtur abſentes. Archid. notat ibi, quòd nõ quia meritum obedientiæ excuſat. Vnde ſufficiunt ad hoc præſentes ſicut in alijs negotijs, vt notatur de conſti. cum omnes. Tamen bene debet fieri in cõmuni, aliâs non valeret ſecundũ quod notatur per eum, de con. præſi. c. & lxiij. diſt. nullus. ſecus ſi mandaretur tanquam ſingulis, ſicut quando mandaretur recipi inueſtitus, vt ibi. &

10 Compo. de reſcript. eam. ¶ Sed nunquid monachi † deſtituti a prioratu vocantur ad electionem Abbatis videtur quòd ſic de priuil. volentes in fine. Sed Archid. ibi. ſ. contra & Ioã. And Innoc. & Cardi. & vide Innoc. de reli. do. c. fina. derogaret. ſ. quod facere poterat ſecundum Inno. cum eſſent extra iudicialis appellatio propter quod appelans, eam corã quocunque iudice ſuo proſequi poterat: vt ſi appellans opponat, dicens quòd iudex non debet ſe intromittere de appellatione emiſſa ad Papam, pars aduerſa poteſt negare appellationem, vel opponere quòd nõ deuoluit: vel aliam nullitatem, & valebit proceſſus, niſi appelletur: facit ad hoc de reſcript. ſuper literis. Et quia nullitatem appellationis, poſſunt partes opponere ante lit. conteſt. & poſt. Ad quod vide quæ col. de except. paſtoralis hodie tamen iſta locum non habent in cauſis elect. Epiſcopalium vel ſuperiorũ, vt in. c. quanuis de

11 elect. lib. vj. § cæterum. Dic etiam, quòd inferior † poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſditio, nõ derogando appellationi vt hic ſecundum Innoc. & ſic ſecundum eum Ber. & Hoſtien. legatus de latere nõ cognoſcit de appellatione ad Papam interpoſita: ſed contrarium no. Io. ij. q. vj. decreto. ſed Archidi. & Cardinalis tenent primam ſentẽtiam in dicto. c. Cupientes. ſuper verbo examen. ¶ Quid ſi non opponatur in dicto caſu, de appellatione: ſed tacitẽ pronunciatur corã inferiore credo quòd valeat per ea quæ not. hic Innocen. in fine aliâs appareret, quòd fraudulenter tacentur vt credo biennium hodie in appellationibus interpoſitis ad ſe ab occaſione electas poſtu. vt proſequaẽ debet iter arripi intra mẽſem: quod dic vt de elect. ſtatuimus. & dicto. c. cauſam in cle.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fruſtratoria, quod electionem confirmari non impediat.*
2 *In apoſtolis datis in appellatione ſecundo quid contineri debeat.*
3 *Electio vbi proprie ſit.*
4 *Teſtimonium populi ſine examinatione, an ſufficiat.*
5 *Appellationis cauſam rationabilem non caſſare quod factum eſt ante appellationem.*
6 *Appellationem non valere à confirmatione facta etiam in forma iudicij.*
7 *Appellationem extra iudicium non fieri propriè à præterito ſed à futuro grauamine.*
8 *Superbiam commune nobilitatis malum eſſe.*
9 *Hominem conſiderandum eſſe in ſe non in alienis.*
10 *Appellantem à diffinitiua, proſequi poſſe cauſam non expreſſam.*
11 *Confirmatio vbi ſit ſine cauſæ cognitione confirmatum poſſe poſt. x. dies repelli per viam exceptionis.*
12 *Patriam electi ſpectandem eſſe & quare.*
13 *Appellationem ſuſpendere effectum iudicati.*
14 *In appellatione, an ſit neceſſe cauſam exprimere. & num. 16.*
15 *Iudicem vbicunque à iure communi recedit debere cauſam exprimere.*
17 *Appellans an poßit aliam cauſam proſequi, quàm in appellationem expreſſam.*
18 *Appellantẽ ex vi appellationis non eſſe admittẽdum ad aliã cauſam exprimendam ab illa à qua appellauit.*
19 *Lite pendente nihil innouandum eſſe.*
20 *Superior vbi incipit de appellatione cognoſcere quòd nec epiſcopus vel alius inferior, poßit dari poſſeßionem de qua agitur.*
21 *Modi agendi contra confirmatum, qui ſint.*
22 *Exceptionem etiam admitti contra conſecrationem vel ordinationẽ.*
23 *Epiſcopatum non eſſe quærendum propter honores vel diuitias.*
24 *Eccleſiam primitiuam caruiſſe proprio.*
25 *Epiſcopum ſine epiſcopatu videri irriſorium eſſe.*
26 *Iura variari ſicut variantur tempora.*
27 *Eccleſiam quæ perſecutionibus & martyrijs creuit factam eſſe maiorem potentia & diuitijs. ſed minorem virtutibus.*
28 *Probationis oblationem nihil facere in appellationibus extraiudicialibus.*
29 *Poſſeßionem pacificam, quando dicatur quis habere.*
30 *Poſſeßionẽ fundum de cuius dominio agitur poſſe lite pendente ſeruitutem petere ad illum fundum.*
31 *Ad excipiendum quare quis potiùs admittatur, quàm ad recuſandum vel denunciandum.*
32 *Accuſationes odioſas eſſe.*
33 *Exceptionem nihil aliud eſſe, quam actionis excluſio.*
34 *Confirmationem factam prætextu alicuius appellationis ſequentis, non ſuſpendere.*
35 *Appellatio extraiudicialis, quos effectus habeat.*

¶ *CAP. XLVI.*

Conſtitutis.ii. ¶ Caſus. Appellatio
5 † fruſtratoria electionem confirmari nõ impedit, & primò narrat factum: ſecundò ibi, nos ergo ponit deciſionem: tertiò proteſtaẽ ibi, *ſi quid tamen*, ¶ Expone literam. *Canorem cretenſem*. iſte erat coelectus cancellarij, cui ſcribitur & fuerat iſte electus, per decanum eccleſiæ vacantis & cancellarius per cantorẽ, vt. j. dicetur, *intimauit*,

a ſuper Apoſtolis † datis in appellatione, ſecundum Hoſtien. in quibus debet hoc cõtineri quis, contra quem, in qua cauſa, à quo, & ad quem appellauit. de quorum formis remittit Hoſti. ad ſummam. e. tit. § qualiter. & ſub § ſequenti vide & in Specu. iiij. parte. c. § ſequitur videre, *electionis*, faciendæ. & aliud, cùm præfigitur ad tractandum de his. ſ. de elect. eccleſia. ij. *Obedientiæ*, hîc prælatus faciebat hanc abiurationem: vnde hoc addere potuit: ſed hodie ſcrutatores illud mediũ obmittũt, *abiurauit*, talis abiuratio poſſet fieri de matronis, quibus, etiam de frigi. ſraternitatis. Idem quando iudex procedens ex officio vult partem iuramento & in cauſa electionis ſi non apparet contradictor, quòd curia ſeruat ſecũdum Hoſtien. Idem quando fit generalis inquiſitio de ſtatu eccleſiæ de cenſi. Romana § ſanè. lib. vj. *ſecundum Deum*, hæc debet eſſe prima conſideratio eligentis. Et refert hic Hoſtien. de tribus compromiſſarijs. datis ad eligendum in eccleſia Lugduneñ. qui iurauerunt, quòd ſecundum Deum & conſcientias ſuas, prouiderent de vtiliori, qui cum concordaſſent in filium. Comitis foreſij, alter noluit illum eligere, niſi per capitulum abſoluentur ab illa parte iuramenti, ſecundũ deum, cum in illa nil eſſet de deo. Quia abſolutione à capitulo obtenta, elegit illum nõ ſecundum dominũ, ſed ſecundum conſcientiam: qui tamen vt refert, bene rexit & amplificauit eccleſiam. Et iuxta Hoſtiẽ. habebat iuſtã cauſam. Et dixit, quod hæc erat ſecunda conſideratio eligentis, nõ quòd taliter qualiter: ſed quod iuſtè cõſcientiam informet, *ſuam*, hæc tertia ſecundũ Hoſti. quod quantũ eſſe poteſt, ſibi notũ eligit & nõ ignotũ inquirat ergo. ſ. de elect. cũ terra, *de duobus*, refert

Innoc. quoſdam dicere, quòd hoc eſt hodie contra formam
concilij, quia propter videlicet quando eligere debentes ſic
ſe adſtringerent ad duos tantum. Sed ipſe tenet & Hoſtien.
poſt eum, quòd de duobus tantum poteſt fieri ſcrutinium,
& compromiſſum cum hoc non inueniatur prohibitum. ſ.
de tranſla. c. ij. ver. ſed neq; imò inuenitur conceſſum. Pone
quòd non ſunt niſi duo digni in collegio: cum potiùs de ſuo
debent eligere. lxj. diſt. nullus inuitus. Et interdum de certa
eccleſia, de conſuetud. cum dilectus. de ver. ſigni. Abbate. Et
3 vt dicebat Hoſtien. Quando † ex pluribus, ſaltem duobus,
vnus præficitur, ibi propriè eſt electio Sed quando cómitti
tur vni pronunciatio certi in quem cóſenſit capitulum ille
non propriè eligit: ſed miniſter eſt. Et adde quod dixi elect.
cum certa, quod dixi reſtringi poſſe ad duos ſcrutinium, dic
verum de voluntate eligétium vel ſcrutari debentium, aliàs
vera ſit prima opinio, Et idem dico, in compromiſſo. *tribus.*
& ſic fuerunt ſex numero. c. *preſbiterali*. Hoſti. arguit ex hac
litera, & ex præcedenti, quòd quando vota ſcribuntur, & fit
decretum de dignitatibus & ordinibus eligentium facien-
dam mentionem & etiam clerici: ad idem. ſ. de elect. dudú.
j. quádoq; omnibus canonicis & ſic fuerút. xj. c. elegerút per
vnum pronúciando. j. de elect. ſicut cum. lib. vj. *conſtaret*, nn-
ta non eſſe examinandó. xlvij. diſt. de Petro & xxiij. diſt. qui
4 Epiſcopus in glo. ij. imò, videtur † teſtimonium populi ſine
examinatione ſufficere. xxiij. diſtinct. c. nullus. *Confirmauit.*
verbo: ſed propter appellationem de facto non inueſtiuit.
Alij dicút, quòd Epiſcopus primò detulit appellationi ſed
poſteà auditis rationib⁹ appellátis illam cótempſit, & electú
confirmauit: ſed prius dictum preualet. T. ſecundú terminat
Io. dicens quòd delationem appellationis poterat iudex re-
uocare, ſicut & aliam interlocutoriam. j. e. cum ceſſante ſi-
cut ipſe appellans, pót reuocare appellationé. ij. q. vj. ſi quis
libellos ſed hoc non credo. j. e. cum appellationibus. lib. vj.
Et vide quod dicam de accuſa. meminimus. ſ. ver. deferre,
donum. forte anaullum vel aliud ſimile donú ad hoc concor.
j. de præb. dilecto poſt prin. *vt eſt moris*. not. in modo poſſeſ
ſionis tradendæ conſuetudinem attendendá ſic. ſ. de cóſuet.
c. ij. Hoſti. *ad ſedem*. ergo hodie adſtringeret illum decre. pri-
ma de elect. lib. vj. *appellauit*. Quærit Innoc. quid ſi poſt ap-
pellationem, cancellarius habuiſſet poſſeſſionem præpoſitu
ræ & poſtea pronúciaretur iuſta appellatio, an recuperaret
cancellarius priora beneficia, maximè quæ alijs ſunt colla-
ta? Reſpondet q non, ſi erant curata vel perſonatus aliás ſe-
cus, de præbé. de multa. xxj. q. ij. ſi quis iam tráſlatus non ob.
quòd per appellationé poterit caſſari electio, & ſic non ha-
bet pacificam ad hoc de accuſa. ſuper his dicit. ij. quòd ad
hoc vt benedicatur tráſlatus, ſufficit quòd de facto habeát
poſſeſſioné ſerui bene pacificá, Et ſi ipſam paccatam de iu-
re non habeat. Caueat ergo ne ipſe iuris dubio ſe exponat,
quia per iuris errorem nó releuabiſ clericus maximè præla-
tus. ſ. de temp. ord. vel non eſt. Sed nec appellatio poteſt ſibi
prodeſſe, cui nó detulit. ſ. e. an ſit & c. cóſtitutis nec iudicis
authoritas ipſum recuſabit. j. e. dilectus. ad finé. ſ. de temp.
or. dilectus. Si autem nó eſſet appellatum & intraſſet poſſeſ-
ſionem ſecundæ eccleſiæ, ſiue quando intrauit moueretur
ei quæſtio de ſecunda, ſiue non, priora beneficia nó recupe-
rat per prædi. c. ſi quis & ſic loquatur. lxxiij. diſt. placuit. ſi ve-
rò ſit confirmatus tantum, nec poſſeſſionem adeptus, tunc
retinet priora beneficia. xcij. diſt. ſi qui Epi. Hanc glo. poſuit
etiam ipſe Hoſti. & licet dura videatur hæc opinio, tamen
vbi ponimus q in lite non erat probabilis error, ſatis eſt iu-
ridica, aliàs probabili errore eſſet prouidendum: & qui poſ-
ſet etiam in facto cóſiſtere: ad hoc de præſi. beneficia. lib. vj.
Sed quod periculoſus eſt, caueat ſibi electus à cuius cófirma
tione appellatú eſt. ne adminiſtrando perdat etiam ſecun-
dam: vt notatur de elect. auaritiæ. l. vj. *Quaſi penitus*. non di-
cit omnino nec allegatur imminens periculú, & ſic non ob-
ſtat de elect. officij. ſecundum Hoſti. *Excommunicare*. deficit,
de regiſtro ſecundú Inno. hæc litera nec appellatio poſt có-
firmationem interpoſita, confirmationis effectum debuit
impedire: quoniam à minori parte contra conſtitutionem
maiorum & ſanioris partis capituli, nulla rationabili cauſa
obiecta. vel oſtéſa interpoſita fuerat: quia decanus appellás,
rationabilem cauſam ſuæ appellationis, nec oppoſuit nec
oſtendit nos ergo &c. non eſt in anti. *rationabilem*. Sed vide-
5 tur idem ſi rationabilem expreſſiſſet, quia rationabilis † cau
ſa appellationis extra iudicialis nó caſſat quod factú eſt an-
te appellationem: nec impedit effectum vel executioné eius
de quo agitur. vt hîc. Confirmatio enim iſta, facta fuit ante
appellationem, & ſine cauſę cognitione: & ſic facta tenet. j.
c. proximo. Licet melius eſſet, quòd cum ſoléni cauſæ cogni-
tione fieret. Secus auté eſt in appellatione iudiciali, quia illa
ſuſpendit præcedentem cófirmationé, & ipſum effectum. ff.
ad Turpil. l. j. ſ. de offic. dele. paſtoralis § præterea. Item ſecus
in his quæ fiút poſt appellationem, etiam extraiudicialem,
quę per appellationem præcedentem bene reuocantur. j. e.
ad audiétiam: niſi ſic ſequela illorum quę præceſſerát appel-
lationem. Quia tunc ſicut appellatio nó ſuſpendit præcedé
tia, puta confirmationem, ſic nec ſequelam illorum, ſcilicet
miſſionem in poſſeſſionem, & hoc niſi iniamis eſſet contra
confirmatum: Quo caſu impeditur poſſeſſio. j. de accuſa. ac-
cedens. de cauſa poſſeſ. cum olim. Fatetur tamen Innocen.
quòd talis appellatio, negotium cófirmationis, transfert ad
ſuperiorem. Alij dicunt aliter. ſcilicet q hic non retardetur
poſſeſſio quia iniuſta fuit appellatio. Nam ſi fuiſſet iuſta, re-
tardaret poſſeſſio, & proceſſus habitus poſt ipſam reuoca-
retur per modum nullitatis. j. e. bonę: & c. vt noſtrum. Sed ſi
priùs habuiſſet poſſeſſionem, appellatio ſecuta nó impedi-
ret ipſius cómodum: licet poſteà probata cauſa appellatio-
nis legitima, reſtituere debent fructus interim perceptos.
C. de rei. ven. ſi fundum, & C. credi euictio. pigno. nó debere
l. j. Sed ſi appellans diceret, appello ne confirmatus inueſtia-
tur, non valet talis appellatio ſine cauſa, nec ſuſpendit cófir-
mationem: & ſic nec inueſtituram: quia à grauamine cófir-
mationis, vel ab ipſa confirmatione debuerat appellari. Sunt
etiam qui dicunt: & nó improbabiliter ſecundum Inno. q à
6 † confirmatione facta etiam in forma iudicij, nó valet ap-
pellatio nec eſt illi deferendum, niſi iuſta cauſa aſſignetur.
hic in appellatione. ar. hoc maximè in litera, quam. ſ. ſupple
ui: & de his quę fiunt à maiori parte capituli. c. primo. Si au-
tem exprimitur cauſa rationabilis, tunc ſuſpendit effectum
confirmationis præcedétis & ſententiam, vt hic à contra-
rio. Si verò appelletur à confirmatione iam facta extra iu-
dicium, non ſuſpenditur confirmatio nec effectus: quod pa
tet quia non dicitur, confirmationem non tenere, vt infra
dicam. ſ. ver. effectum valeat tamen talis extraiudicialis ap-
pellatio etiam à præcedenti grauamine: quoad deferendum
negotium. Ita quód alius præter iudicem appellationis, ſe
de negotio non intromittat niſi renúcietur appellationi ta
citè vel expreſſè de elect. c. primo. libro. vj. Appellatio enim
7 † extra iudicium, non fit propriè à præterito: ſed à futuro
grauamine. ſ. c. proximo: & c. ad audientiam: & c. conſuluit
primo & ſecundo. j. e. bona: in quibus à futuro vel inſtanti
grauamine appellatur. econtra in iudicio. j. e. vt debitus &
c. cum ceſſante. Appellatio igitur hic reprobatur, quia fuit
interpoſita à confirmatione facta in forma iudicij nulla ra-
tionabili cauſa expreſſa: ſecundum Innocen. alleg. Hoſtien.
infra. c. cum cauſam. in fine. Tunc pendemus tempus appel-
lationis, ſicut & electionis. ſ. de elect. dudum primo & ſecú
do. *non expreſſit*. quòd hîc dicitur appellantem non poſſe
proſequi in appellatione cauſam non expreſſam. ¶ Dicunt
quidam ſpeciale, cùm appellatur à facto maioris partis ca-
pituli. Sed hoc non placet Goffre. qui tenet quod not. infra
capi. cum cauſam. in vltima gloſſa. *Decernimus*. tua moue-
runt Papam ad hoc, ſecundum Hoſtienſem primum: quia
nil rationabile fuerit oppoſitum. Secundum quia quaſi
de executione hic agitur & præſcriptione contra oppo-
nentem. ſ. tit. primo ſuborta de reſti. in integrum ſuſcitata.

¶ Tertium,

¶ Tertium, quia appellatio nõnulla effectum confirmatio-
nis, qui eſt adminiſtratio quæ ſequitur ex cõfirmatione, ſe-
cundũ Inn. qui remittit. ſ. de cauſa poſſ. cum olim. *propoſita.*
à cõtrario, ſi ſufficienter fuiſſe propoſita fuiſſet impeditus
cancellarius in poſſeſſione adipiſcẽda: vt. ſ. dixi, *non inmodum
repulſum*, bieper vnam viã admittaẽ p aliam, hoc ppter diuer
ſum finẽ. Et vide qđ notaẽ de re. iur. cum quid. li. vj. *aſſecutus.*
potes ſupplere vel per te ſtaret, quominus de elec. cõmiſſa. §.
j. lib. vj. de præben. licet Epiſcopus. ¶ Supple. gloſſ. In glo. iij.
ibi, *licet ergo.* vbi de hoc. &. ſ. de elect. cum inter canonicos.
& ibi, *in ſacerdotibus.* &. j. de iure pa. quoniam. ¶ In glo. *impo
tentia.* ibi, *diuitiarum.* contra diuites ideò in Ioan. ad elbediã
quæſt. j. ſi pro eis diſpenſant. bene vide contra pela. C. nobili
tatis dixit Io. xl. diſt. illud pro nobilibus debere præſumi in
his quæ ſpectant ad nobilitatem contra eos vide quod no-
tatur. xxiiij. q. j. quoniam vetus. ſuper ver. iudicia. Saluſtius
8 in Iugurtino Superbia † cõmune nobilitatis malum eſt, com
muniter cõtra eos & contra diuites & contra eloquẽtes. vi-
de ſuper Ioua. d. & ibi, *Socrates.* &. quæſt. j. c. clericus vbi no-
tatur quãdo ſit peccatũ habere diuitias & ibi, *ſanctiſſimus.* &
j. de præben. c. vlti. Et vide quod dixi in textu, & ſuper glo.
hoc dicit & præponimus pauperem, poſt ipſius cauſam ter-
minãdo. ij. q. j. inprimis de facto poſtponimus vt dicam de
priuil. c. penul. ſuper. j. glo. Dicit Apuleius. libro de deo ſacra
tis hominem cõſiderandum vt equum in quo nõ Phaleras,
non baltei. i. militaris ornamenti pellimina cõſideramus ſed
nudum equũ, vt ſit ad ſpeciem honeſtius, ad curſum vigoro
9 ſus, ad vecturam validus ſit. Et homo † conſiderandus eſt in
ſe, non in alienis, aliena dicens quę per fortunam vel paren-
tes largita ſunt. Dicit ergo ſic ad literam. ſi generoſus es, pa-
rentes laudas, ſi diues, non crede fortunæ Concor. his ſene.
¶ PRIMO quæritur ibi *& ipſis propter prædictam cauſam*. qualiter intelligitur iſta litera. Communis lectura habet, ꝙ ratio huius decretalis fuit: quia iſta erat cauſa ꝓpria Archiepiſcopi: vt ſcripſi in expoſitione ſuper prædicto verbo. Dicit tamen dominus Martinus, ꝙ animus ſuus in iſta lectura non quieſcit, & etiam non bene mihi placet, quia textus per expreſſum aliam rationem aſsignat, videlicet de itineris arreptione &c. Subdit prędictus Martinus quòd & ſi iſta decretalis eſſet ſublata per iura noua, prout & aliqui tenent, quòd ſublata eſt: tamen non propter hoc eſſent ſublatæ alię decretales. ſ. e. ti. c. ad audientiam. & c. ſuggeſtum. & c. meminimus. quia non loquuntur in itineratione habente vim appellationis, ſicut loquimur hîc: nec ibi proceſſus, ſeu ſententia eſt nulla, licet bene poſteà reuocetur: quia iudex poſtquã ſibi conſtitit, quòd ille iter arripuit pro tali negotio nõ debuit interim procedere: ſed ipſum per competens tempus quo reuerti potuit debuit expectare, qui ſcilicet ante arreptionem itineris citatio eum non appręhendit, ita ꝙ ſi procederet iudex interim per ipſum, vel eius procuratorem appellari poſſet. & teneret appellatio ſecundum eum. dicit etiã ꝙ hîc proceſſus & ſententia erant nulli tanquàm poſt appellationem facti. & ex hoc infert, quòd iſta iura ſe non tangũt & quòd prima iura iuribus nouis non ſunt contraria ſicut eſt iſta decretalis ſecundum eum. ſubdit in alia glo. ſua, ꝙ ſe-
3 cundum lecturam Hoſt. itineratio † habet vim appellationis ſolũ & in caſu in quo ſuperior volens procedere in illa cauſa non poteſt eſſe iudex. dicit etiam quòd aliam lecturam ponit gl. in. c. cordi. j. eo. ſed dicit quòd illa lectura potuit reduci ad iſtam ſubdit quòd Cardinalis, & Archid. aliter dicunt. Item dicit quòd quidam diſtinguunt ad arripiẽtem iter cauſis expreſsis, poſteà dicit quòd valde fortè eſt dicere quòd ſolennitates. c. vt debitus. & c. cordi. & cle. appellãti. ita tollantur hîc vno verbo. ſupra de elec. c. eccleſia veſtra. & ſatis è quit ſeruaret ſolennitates illorum iurium ſi ſufficeret ſibi iter arripere Finaliter ipſe dicit ſe multùm dubitare & promittit ſe dicturum in. c. vt debitus. refert tamen alios dicere habere locum quod hîc dicitur vbi nõ eſt facultas appellandi, & cum exprimãtur cauſæ. & dicit quòd hæc imaginatio vera eſt per capitulum vt debitus. infra. eo. Hen-
4 ricus autem cum † quæritur vtrum itineris arreptio habeat vim & effectum appellationis, vel protectionis diſtinguit: quia aut quæris nunquid habet vim protectionis, vel appellationis, quoad illos, qui ſine cauſa probabili iter arripiunt, & dic ꝙ non: vt leg. & not. infra de cleri. peregri. c. primo. Et notat Inn. infra eo. vt debitus. in gl. dicunt quidam. ver. nec credimus &c. quod dic vt ibi plenè per eum, & per Hoſt. & Io. And. Aut quantum ad illos, qui ex cauſa probabili iter arripiunt, & tunc aut quæris nunquid talis itineris arreptio habeat vim & effectum protectionis? & dic quòd ſic vt in iuribus allegatis. Aut nunquid habeat vim & effectum appellationis, quoad illos, qui cum cauſa probabili iter arripiunt, & tũc aut quæris extra iudicium aut in iudicio ſi extra iudicium tunc aut quæris de itineris arreptione, quę fit ad Papam, & illa habet effectum appellationis, & eſt ſpeciale priuilegium apoſtolicæ ſedis, vt ſicut quilibet ipſam per querelam adire poteſt. ſ. de foro compe. c. ſi. ſic quòd à quocunq; iter arripiatur ad eam extra iudicium appellare videtur vt hîc dicitur. & legitur & notatur. j. de cleri. peregri. c. primo. ſecundum Hoſt. Aut quæris de itineris arreptione, quæ fit ad alios inferiores iudices à Papa puta ad Epiſcopum, Archiepiſcopum, primatem, vel alios. & tunc aut quæris in caſibus in quibus inferiores per querelam adiri poſſunt: ſicut eſt legatus, qui poteſt adiri per viam ſimplicis querelę. ſupra de offi. leg. c. primo. & quando ſubditus eſt Epiſcopi conquęretur de ipſo: quo caſu metropolitanus eſt iudex. vt. xj. quęſt. prima. ſi clericus aduerſus. ſ. de offic. ordi. ad reprimendam. j. c. ſolicitudinem. & tunc itineris arreptio extra iudicium facta habetur pro appellatione. Item vbicunq; iudex vult ſibi ius dicere, nec eſt notorium, quòd ſubditus debeat

obedire:qa nemo regulariter debet eſſe iudex in cauſa ſua.
C.ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat.l.prima.Nam tunc itine
ris arreptio,vel nuncij miſsio pro appellatione habetur ſu-
pra.c.ad audientiam.etiam quoad exceptionem acquiren-
dam ſecundum quod diſtinguitur ſupra eodem.ſuggeſtum.
ſecus in his,in quibus iudex poteſt procedere ex officio.Ibi
enim ex quo quis ſemel citatus eſt ad iudicium talis prouo-
catio non excuſat,nec appellatio niſi ex cauſa ſupra eodem.
conſuluit.iij.&.c.peruenit.ij.& infra eodem.c.cum ſpeciali.
ſecundum Hoſt.hîc & idem innuit Ber.hîc in fine.ſi quæris
in iudicio tunc aut non habet,nec de facili poteſt habere co
piam iudicis:vt coram eo appellet,& tunc indiſtinctè dic ꝙ
itineris arreptio non habetur pro appellatione:nam tũc,aut
appellatur à diffinitiua,& tunc ſi ex interuallo oportet ap
pellare,ſeu appellationem exprimere in ſcriptis.ſecunda.q.
vj.forma.& infra.e.c.cord.libro ſexto.ſi verò incontinenti,
& apud acta ſufficit appellatio verbo facta vt.ff.de appellat.
l.cio.& l.à ſententia.§.vltimo.Aut appellatur ab interlocu-
toria,vel grauamine,& tunc neceſſe eſt,ꝙ cauſa exprimatur
& in ſcriptis:vt in.c.alleg.cordi.ſecundum Hoſt.hîc.Ex cu-
ius dictis pro maiori parte ſumitur hęc diſtinctio:aut nõ ha
bet,nec de facili poteſt habere copiam iudicis,vt coram eo
appellet,& tunc dic vt notat Inn.ĩ.e.vt debitus.in gl.dicũt
quidam & Hoſti.poſt eum,& ſecundum Goff.& Hoſtiẽ.&
Io.And.ĩ.de off.dele.cauſam.per quos nota,quòd quoad re-
uocationem in forma cõmuni poſt ęquantur appellatio miſ
ſio nuncij,& itineri arreptio:vt hîc ſecundum Henricum.
de hoc autem dicam.ĩ.eo.vt debitus.

¶SECVNDO quæritur ſubintrando dicta Collecta-
rij,de qua appellatione hîc loquitur.Dicit Collectarius,ꝙ
de extraiudiciali omnino intelligitur ſecundum Hoſtiẽ.in
lectu.& in ſumma.vnde ibi,*mitteremur*,ſubaudit,videlicet
5 ante ordinationem cauſæ.Sed nunquid ipſo facto † poteſt
appellari ad Archiepiſcopum?videtur quòd ſic prout no-
tat Ber.& alij de offi.ordi.ad reprimendum.dic tamen con-
tra ſecundum Hoſtien.quia non habet locum,niſi in illum
ſuperiorem,qui per viam ſimplicis querelæ poteſt adiri:qa
prouocatio eſt ad cauſam.ſ.e.cum ſit.facit quod no.Io.xj.q.
ij.per ſingulas.ad idem vide de offic.deleg.cum cauſa.Iſta fa
ciunt ad quæſtionem quæ de facto fuit in cancellaria,de Ar
chiepiſcopo,qui monet ſuffraganeum,quòd in cauſa quæ
mouetur coram eo inter me,& Titium faciat iuſtitiã infra
certum terminum aliâs ipſe cognoſcet nunquid elapſo ter-
mino,ſi Epiſcopus cauſam nõ determinet ipſe de ea cogno-
ſcere poteſt.multi dicebant,quòd ſic vt clarè probari vide-
tur in eo quod legitur,& notatur de ſupplen.negli.prælat.
romana.li.vj.ſed hoc dicere eſt durum,& periculoſum,cum
6 † non liceat à iudice recedere,niſi per viam appellationis,
vel recuſationis.ſ.e.ſuper.e.per iſtam enim viam viæ præfa
tæ,quæ ſunt ordinariæ,ſepelirentur & malè.ff.de mino.in
cauſæ.de eo qui mit.in poſſ.c.vnico.li.vj.nec iſta via conce-
ditur expreſſè:quare &c.ad hoc quod legitur,& notatur de
offi.ordi.duo ſimul.xxxiij.diſt.c.j.Vbi verò Epiſcopus ex-
preſſè diceret,ꝙ non ſe intromitteret videtur ſecus de con-
ſa.romana.§.notoria.Si verò officialis hîc diceret eſt fortè
aliud dicendum,cum non ſit deputatus ad hoc in ſimili:vt
lite non cõteſtata.c.ſecus.de vicario generali,qui ipſo abſen
te idem omnino cẽſetur.lxxxiij.diſt.c.primo.Sed quid Epi-
ſcopus non vult mihi concedere citationem contra Titiũ,
appello ab eo ex hoc ad Archiepiſcopum,nunquid Archie-
piſcopus in prima citatione citabit Titiũ?hæc quæſtio fuit
de facto in cancellaria,dicebant multi ꝙ non,donec Archi-
epiſcopus cognouiſſet de cauſa appellationis,& pronũciaſ-
ſet bene appellatum,cum non habeat iuriſditionẽ in illum,
niſi tunc demũ cognito de cauſa appellationis:alij dicebant
cõtrariũ,quia intererat Titij eũ vocari de cuius ſubiectiõe
agiƚ,& quia poſſent fieri multę malitiæ:quare &c.de diuort.
quãto.ſed poſſet reſpõderi,ꝙ quorũ intereſt nõ vocantur,li
cet bene admittantur ſi voluntariè venerunt:vt no.ſ.e.cum
teneantur.nec præiudicat eis,quòd in eorum abſentia geri-
tur,niſi prout traditur de re iudica.c.quamuis.Quid ſi ap-
pellaretur ab Archipræsbytero,qui ſubeſt Arch.ad Epiſco-
pum?dic quòd fieri poteſt per præmiſſa,& vbicunq; iuriſdi
tio immediata,& mediata concurrunt.no.Hoſt.e.ti.§.final.
7 ſicut ad legatum † poteſt appellari obmiſſo medio:quia po-
teſt adiri per viam ſimplicis querelæ.not.ij.q.vj.c.iij.ſi quis
8 vni.Quid ſi appellaretur † non expreſſo ad quem intellig-
tur de proximo ſuperiori.de offi.dele.ſi dele.in fine.per Ar-
chid.& vide ad primum.ĩ.eo.dilecti.Sed nunquid intellegi-
tur de immediato ſuperiore,vel de quo?dicendum de imme
diato.ij.q.vj.anteriorum.in fine hoc no.ibi Archidiaco.&
addit quod ſi vnus pro alio appellet,non obſtet:ſed remitti
tur.ff.c.Imperator.Sed nunquid poteſt appellari à delegato
ordinarij ad Papam?non videtur de offi.dele.ſuper quęſtio-
num.§.porrò.& hîc cum ſimilibus,& in his quę no.Archid.
de offi.vica.romana.ſed præmiſſa intelliguntur,vbi delega-
tus ſubdelegaret,vel vbi obmiſſo medio appellatur ad ipſum
ij.q.vj.ad romanam.&.c.omni modo.cum ſimilibus.Sed nũ-
quid ad legatum poteſt obmiſſo medio appellare?Spe.eo.ti.
§.ſuper eſt.dicit quòd ſuper hoc valet conſuetudo.& idem
Bar.brix.ij.q.vj.c.iij.ſed ibi.Io.ſupra & de offi.leg.quòd trãſ
lationem.nec diſpenſat in matrimonio de conſan.cum dile-
cto.ſecundum Io.And.in dicto.c.quòd tranſlationem.Sed
9 nunquid iſti † qui facto appellant,habent cauſas exprimere,
pro quibus nuncium mittunt?Io.An.dicit in.c.cordi.ſecun-
dum Inn.quòd prudenter faciunt ſi ſic faciant ſicut ille qui
verbo appellat,Ipſe tamen Io.An.& Hoſt.not.ĩ.eo.ad au-
dientiam.quòd cum appellatio,& protectio,ſeu ſub prote-
ctione ſubmiſsio æquiparentur,ſicut in appellatione expri
mitur cauſa,& in ſcriptis,ſic & in protectione.& idem vide
retur de miſsione nuncij.& facit quod not.Innoc.de elect.
conſiderauimus.melius in.c.cum cauſam.vbi not.ꝙ capitu-
lum cordi.habeat locum in appellatiõe omnino extraiudi-
ciali:quia vbi appellaretur à iudiciali non eſſet dubium:ſed
Archid.& Cardinalis not.contrarium.in.c.cordi.quòd ſi lo
cum non habet in extraiudiciali,& videtur verius.Sed nun-
10 quid Epiſcopus † contra iudicem ſecularem poteſt prouo-
care ad Archiepiſcopum extra iudicium,ex veriſimilibus
coniecturis,ſicut de facto contingit.Antiqui de cancellaria
dicebant,quòd non:quia Archiepiſcopus nõ erat iudex cõ-
petens prouocati.alij dicebant quòd ex quo agitur de non
inferenda iniuria iudex eſt competens:quod ſatis probabi-
le videƚ,vbi cauſa exprimiƚ,& talis quæ det iudici appella-
to iuriſditionem:ſicut & ſi iam illata eſſet.de ſenten.excom.
dilecto.xxxiij.q.v.non inferenda.de foro compe.cum ſit.ab
11 lecus:ſed quia † Archiepiſcopus non poteſt citare appellatũ
cauſa legitima non expreſſa:vt in.c.romana.& Io.And.in-
telligit quòd in citatione debet exprimi:ſed Archidiaco.&
alij intelligunt de appellatione,& verius:vt videtur & ſatis
hoc probat litera:quia de appellatione fit ſermo,& quia de
citatione erat expreſſum.de foro cõpe.romana.in fi.& iſta
faciunt ad hoc ꝙ ſi Archiepiſcopus dicens eſſe appellatum,
vbi nõ eſt citet ſubditum ſuffraganei,& ipſo veniente pro-
cedat ꝙ nõ valet ꝓceſſus:per literã ibi in.c.romana.cũ dicit
nullatenus.& ibi.§.ſi verò vocatis.vbi clarè habetur,ꝙ cã le
gitima non expreſſa in appellatione nõ põt citare multomi-
nus vbi nõ eſt appellatum,nec ꝓcedere in cã appellationis,
vel principali:vt in.c.romana.de foro cõpe.in prin.& præ-
miſſa vera videntur ſcdm Cõpo.ſed Archid.no.contrarium
de plano.in dicto.c.romana.cuius opinio fortè locum poſ-
ſet habere in delegato,niſi iudex interloqueretur eſſe appel
latum:quo caſu:& ſi non eſſet appellatum valeret,& faceret
ſnia ius inter partes:ſicut cum conſeruator interloquitur du-
bia eſſe notoria:vt no.Io.And.de offi.dele.c.ſi.ſecundum.H.
Et idem cum iudex appellationis pronunciat eſſe appella-
tum infra decem dies.licet non ſit vt dictum eſt.& not.in
Spe.§.nouiſsimè.e.ti.ſic intelligũƚ quę colligũtur de reſcrip-
ſup literis.in fi.Ad idẽ facit qd no.per Arch.de of.dele.ſi de-
legatus.

legatus.ad ſi.& in hoc concor.Card.in.c.romana.ſuper ver-
12 bo partes.Quid ergo ſi datus iudex † in cauſa appellationis
citat non facta mentione de appellatione nunquid valet ci-
tatio? Inn.& Io.Andr.dicunt de accu.c.finali.quòd ſic.& de
hoc in Spe.de cita.§.ſequitur videre.quod concedo, dummo
do dicat ſe delegatum à ſede apoſtolica aliâs ſecus ſecũdum
13 illa quæ not.Inno.de dila.prẽtereà.Sed nunquid in non † cõ
parentem tenet excommunicatio in caſu præmiſſo? Archi.
dicit ꝙ fortè ſi Epiſcopus citaret nulla cauſa appellationis
expreſſa teneret citatio.ſ.e.duobus.quia multa prohibita
fieri facta tenent &c.in hoc remanet Inno.de accuſ.c.finali.
de dila.prẽtereà.quod verum intelligo dunmodo citet ſu-
per appellatione, licet non ſit appellatum vel malè: aliâs cõ-
tra in capitulo romana.de foro compe.in fine. nec obſtat.c.
duobus.quia ibi facta fuit citatio ſuper appellatione inter-
poſita ad Archiepiſcopum.Sed quia Archiepiſcopus non
poteſt inhibere ſuffraganeo eſt appellatum ab interlocuto-
ria, vel grauamine, niſi cœperit cognoſcere de cauſa appel-
lationu, ſi opponatur in iuſtitia.quia ſi opponatur nullitas
ſolùm hoc poteſt facere ſtatim cum conſtat ꝙ appellatũ eſt
ex cauſa legitima.ĩ.x.dies.vt in.§.ſi verò vocatis. niſi oppo-
neret, ꝙ renunciatum eſſet, vel ſimile de quo prius cogno-
uerit opo teret, vt ibi nunquid eſt idem ſi appellatur à ſub-
dito Epiſcopi, ad ipſum Epiſcopum? videlicet ꝙ non poſsit
inhibere niſi præmiſsis ſeruatis? Archi.dicit ibi ꝙ imò po-
teſt inhibere q̃ñcunq; ratio eſt: quia per ſimplicẽ querelam
14 adiri poſſet.idem Spe.e.ti.§.de officio.Sed quando dicet † iu
dex incipere cognoſcere de cauſa appellationis? curia tenet
ꝙ per litem conteſtatam aliâs per præſtationem iuramenti
de ea facta.l.quę dicit quòd ante litem conteſt.videtur quis
non agere velle.Sed nunquid talis inhibitio locum habet in
appellatione extraiudiciali? dicendum quòd non quia nul-
lus ſuo iure priuandus eſt lite pendente, vel ſua poſſeſsione:
vt lite pendente, per totum.& quia appellatio non deuol-
uit niſi ſcdm Archid.ibi.& no.Ino.& Cõpoſt.de conſtit.cũ
iij.& Spe.e.§.de officio.ſed quia ſunt duę cauſæ cognitionis
ſuper appellatione, ſcilicet an ſit recipienda, & de veritate
cauſæ appellationis, nunquid primam poteſt iudex facere
partibus non vocatis? Ion.ſuper hoc eſt varius, in.c.paſtora-
lis.de offi.dele.Sed ego credo eſſe expeditum quòd non.in.§.
ſi verò vocatis.c.romana.ĩ.e.ſecundum Collectarium.

SVMMARIVM.

1 *Per clauſulam appellatione remota omnem appellationem prohibe-
ri, quæ ratio eſt à iure expreſſè permiſſa.*
2 *Ad officium ordinarij qui excommunicauit pertinere excommuni-
catos facere vitari.*
3 *Appellationem ab ordinario interiectam non valere, niſi à grauami-
ne illato, vel comminato.*
4 *Inſanam doctrinam eſſe quòd ſpeciei detrahatur per genus.*
5 *Priuilegio impetrari quod de iure communi competit.*
6 *Clauſula appellatione remota quæ virtus ſit.*
7 *Appellatio fruſtratoria & appellatio legitima, quomodo differant.*
8 *Appellatio manifeſtè fruſtratoria quæ ſit.*
9 *Perſonæ ratione Epiſcopum poſſe priuare clericum cõmunione.*
10 *Appellatio ſi excommunicationem præcedat denunciationem non fie
ri nec beneficium ſubtrahi.*
11 *Sententia excõmunicationis qualiter ſecum trahat ſtatim executionẽ.*
12 *Conditio de præſenti quòd obligatione non mouetur.*
13 *Excommunicationem purè latam per appellationem ſequentem non
ſuſpendi.*
14 *Appellationem friuolam non impedire exercitium iuriſditionis iudi-
cis à quo appellatur.*
15 *Sententiam excommunicationis ferri non debere niſi monitione præ-
miſſa.*
16 *Sententia excõcationis ſi purè feratur quòd ſtatim habeat effectum.*
17 *Proceſſum latũ contra legitimam appellationem non ligare quoad Deũ.*
18 *Iudex cui appellationi deferre debeat & cui non.*
19 *Ordinarius quare excommunicatum poſt appellationem à ſe denun-
ciare poſsit.*
20 *Executionem non cadere de facto in abſolutoria.*
21 *Excommunicationis ſententiam medicinalem eſſe.*
22 *Denunciationem quoad effectum nihil operari.*
23 *Sententias omnes cenſuræ procedere à poteſtate clauium.*
24 *Fructus beneficij obuenientes tempore excommunicationis ad excõ-
municatum obuenientes quomodo adminiſtrari conueniat, & num
relinqui debeat aliquid excommunicato pro alimentis.nu.25.*
26 *Sententiam criminis criminoſum infamare.*
27 *Suſpenſus à beneficio vno loco an poſsit alibi habere.*
28 *Excommunicatus an propriè comparetur relegato.*

CAP. LIII.

1 PAſtoralis. Caſus. Per clauſulam † ap-
pellatione remota, omnis
appellatio prohibetur, quæ non eſt à iure ex-
preſſè permiſſa. & ſi excõicatus appellat nihi-
lominus denũciatur, & beneficiorum prouẽ-
tibus ſpoliatur.cõis diuiſio, & ſcda ibi, *verum quia.*& vtriuſq;
partis cõis diuiſio, quę ſatis patet Expone literã *reſcripto apo-
ſtolico* quia alius hoc nõ poſſet, vel loquiẽ de reſcripto in cor
pore iuris clauſo: vt.ſ.e.ad noſtram.&.ſ.de offi.or.licet.cum
ſimilibus Hoſt.Et ſic patet ꝙ hoc primum rñſum habet lo-
cum etiam in ordinario, qui in caſibus à iure permiſſis, pro-
cedit cum clauſula appellatione remota qd ſcdm Mar.indu-
bitãter eſt verum.*inhibita.*quaſi diceret, ꝙ illa clauſula debet
aliquid operari.ĩ.de priuileg.ſi Papa.li.vj.*negotium cõmiſſum.*i.
cauſa, qd dic vt.ĩ.de verb.ſigni.forus.ver.negotium.quęlibet
nedum fruſtratoria.*expreſſa.*contra.ſ.de reſcript.c.edoceri.
vbi lite inhibita ſit appellatio.poteſt tñ ex cauſa iuſta appel
lari.Solutio dic ꝙ illud qd ibi dicitẽ, niſi alia rationabilis cau-
ſa &c.debet ſuppleri in iure expreſſa, & ſic intelligiẽ illa ſe-
cundum iſtam.ff.de legi.l.non eſt nouum.cum.l.ſequenti.*ſed
ſi appellans.*ponit ergo ꝙ appellari poſsit ex quo grauatur, li-
cet grauamen in iure non ſit expreſſum.quod multùm pon
derauit hîc Abbas contra gl.*inuiſe*non in hoc tantùm ꝙ ap-
pellationem iuſtam non admiſit: ſed quia poſt appellationẽ
repudiatam, vel receptam aliquid fecit contra appellantem
Inn.*ſuperiorem.*ſcilicet Papam cum alius ſic ſcribere nõ poſ-
ſit, vel proximum ad quem appellatum eſt ab ordinario, vel
delegato, qui procedebat iuris virtute appellatione remota,
poterit, & debebit, aliter non eſſet iudex ſi in eo non eſſet iu-
ſtitia.ĩ.de verb.ſigni.forus.vel dici poterit: quia in ſua pote-
ſtate videtur eſſe cauſam approbare, vel reprobare: ex quo
non eſt in iure expreſſa, ſi tñ reprobet iterum ab eo quauis
ſecundò licet non tertiò poterit appellare.ĩ.e.directę.ſcdm
Hoſt.*verum quia.*§ & ſecũda pars *excõmunicationis* maioris de
ſenten.excõmu.ſi quem puta quia iuſta de cauſa appellauit:
quia grauabatur ſupra eo cum eccleſia.&.c.cum ſit.§ ſi verò.
*ante ſententiam.*ſcilicet excommunicationis in ſe latam *obti-
nuiſſet.*& ſic excommunicatio non tenuiſſet de ſenten.excõ-
munica.per tuas.*prouocare.*tolle literam.infra ipſe denuncia-
re poſsit &c.*ipſe iudex.*ſcilicet à quo eſt appellatum denun-
2 ciare poſsit.hoc † poteſt facere etiam ordinarius, qui excom
municauit, ad cuius officium pertinet excommunicatos fa
cere vitari.xj.q.iij.cum.ſupra de treuga, & pace.c.primo. Ex
quo inferunt quidam quòd ordinarius poteſt denũciare ex-
communicatum exemptum: quia appellans legitimè eſt exẽ-
ptus. Tu verò dicas potiùs denunciatione exerceretur iuriſ-
ditione in perſonam exempti: vt in aggrauatione ſententiæ
hominis: vel in declaratione ſententiæ iuris non poteſt tũc
hoc facere ordinarius: ſecus autem ſi non in perſonam exẽ-
pti: ſed ſolùm in perſonas ſubditorũ talis actus habeat exer-
ceri: vt hîc ſecundum Martinum.*eundem.*ſcilicet excommu-
nicatum.& eſt prima quæſtio.*& ad tempus.*ſcilicet quandiu
excommunicatus eſt, & eſt ſecunda quęſtio.*ſpoliare.*i.ſubtra-
here, & concor.de hoc verbo quod ponitur in bona parte
vide de reſtitutione ſpoliatorũ conquęrente.*quod cum.*ſupra
Hoſt.tranſigendo in rem iudi.incontinẽti executionem &c
& per hoc dicit ſolutam obiectionem gl.*excommunicatio.*ritẽ

lata aliâs contra.ſaltem quoad Deum.& idem in interdicto
à ſuſpenſione.hæc enim tria ſunt connexa, & continentur
nomine cauſæ ſecundę de verb.ſigniſi.quęrenti. ſecundum
Hoſt.& de hoc.ſ.e.ad hæc quoniam.*excommunicatum*.ſciens ſe
excommunicatum.dicit Hoſti.quòd fortè appellatio igno-
rantis hoc operatur,quòd poſt appellationem huius nõ de-
nuncietur:ar.ĩ.e.dilectis.ver.cum interim non ligetur.ſaluo
quod habes.ĩ.de ſent.excõ.tua.& bene dicit non ligetur,qa
per id ſolùm declaratur quod factum eſt.ff.de teſta.hęredes
palam.l.j.*denunciare poteſt*.hoc verum ,quod per appellationẽ
non differtur denunciatio,vbi ligatus eſt à canone per fa-
ctum ſuum ſi occultum eſt defertur appellationi,& non fit
denunciatio,ſi verò notorium non defertur.ſ.eo.peruenit.
ſecundum Io.Tanc.& Vinc.*Et illi*.ſcilicet excommunicato.
ſubſtrahuntur.ad tempus,ſicut quęrebatur imò & ſi per annũ
contemneret omnino priuari poſſet:vt patet in eo quod le
gitur,& notatur.ĩ.de cleri.non reſi.c.ex tuę.ar.de ęta.& qua.
c.cum bonę.& de hære.excommunicamus.j.§.j.Hoſt. ſuper
quo vide,quæ ſcripſi.ĩ.e.ad finem.vj.quęſtionis.ver. verùm
cum quęritur.

¶ PRIMO quęritur ibi ,*quelibet prouocatio que à iure non indulget expreſſe*.qualiter hoc intelligit.Inn.exponit quę à iu
re.i.quę nõ eſt à grauamine.ĩ.e.cũ ceſſãte.ſubdit tñ vt debi-
tꝰ.vel à cõminatiõe.ĩ.eo.ꝙ ſunt alij caſus expreſſi à iure,in q-
bus appellatio ꝓhibet.ſ.de reſt.ſpo.c.ex cõquęſtiõe.&.ſ.eo.
ſignificãtibꝰ.&.c.poſtremo.&.c.ex parte.&.c.nouit.&.ſ.de
offi.dele.ſuper quęſtionũ.in fi.&.c.cũ olim.&.ſ.de teſti.ſi-
gnificarunt.quæ exempla etiam ponit gl.& alios caſus vide
in Spe.eo.titu.§.in quibus.verſ.ſed quid dices.Hoſtię.autem
3 dicit,quòd non † valet appellatio ab ordinario interiecta,
niſi à grauamine illato,vel comminato.& dicit ꝙ à tali gra-
uamine poteſt appellari,ſiue ſit ſiue non ſit expreſſum in iu
re:vt patet in iuribus alleg.& idem ſecundum eum ſi appel-
latur à delegato dato ſine clauſula appellatione remota.ſi ve
rò datus eſſet cum prędicta clauſula appellatione remo-
ta,tunc aut appellatur ex cauſa non expreſſa in iure,& tunc
de rigore iuris non valet appellatio:quia princeps appella-
tionem remouit,ſi tamen videatur ſuperiori , quòd cauſa
fuerit rationabilis,poterit hoc per ipſum in melius reforma
ri:vt ſequitur.& hunc dicit verum,& breuem intellectum
eſſe huius decretalis.& ſubdit , quòd hoc caſu iudex dabit
apoſtolos refutatorios hoc expreſſo,quòd ideò non detulit
quia cauſa nõ erat expreſſa in iure:& quia appellatio remo-
ta fuerat in reſcripto.putat tamen Hoſt.ſatis eſſe,quòd ca-
ſus ſit à iure approbatus,licet ius non exprimat quòd ab eo
caſu poſſit appellari à iudice dato cum clauſula appellatiõe
remota.& ponit exempla de reſcript.ſignificãte.c.radulphꝰ.
&.c.ſignificauit.de iudi.exhibita.de except.dilecti.&.c.dile
ctę.&.c.ſignificauerũt.&.ſ.e.ſignificauit.Item de iuſtis cau-
ſis non expreſſis in iure dabant Pet.& Abb. exemplum:vt
quando appellatur à pronunciatione arbitrorum,qui iudi
cauerunt cognationem ſpiritualem eſſe,vel nõ eſſe cauſam
probabilem recuſandi iudicem,ſuper quo remittit Nouella
ad not.ſua.ĩ.c.cum ſpeciali.ſuper.iiij.gl.vel in caſu in quo
ſunt opiniones diuerſæ:vt quando appellatur à iudice quia
cogit rñdere per literas ſecundo loco impetratas non faciẽ-
tes mentionem de primis,quæ tamen fuerũt iudicibus prę-
ſentatę de quo.ĩ.eo.vt debitus.& per hoc habes expeditam
ſecundam gloſſam Bernardi,quę incipit arg.*quòd omnis*.quã
tamen Nouella primam dicit ſaluo,quòd ad finem illius gl.
ibi,*non ſit expreſſa*.ſupplet Nouella ſubaudi in iure non ta-
men in appellatione.

¶ SECVNDO quæritur nunquid huic decretali ſit de-
rogatum per decretalẽ:vt debitus.ĩ.e.Ber.hîc in glo.iij.quæ
incipit non enim debuit.determinat quòd ſic.& idem vide-
tur ſentire Inno.Hoſt.autem dicit & bene ſecundũ Nouel-
lam ſe non videre,quòd aliqua neceſſitas,vtilitas,ęquitas,iu
ſtitia,vel ratio cogat dicere hanc ſpecialem conſtitutionem
quę cum diſtinctione ſoluit hanc ſpecialem quęſtionẽ fuiſ-
ſe per illam conſtitutionem generalem abrogatam:imò eſt
4 † ſecundum ipſum,non ſana:ſed inſana doctrina dicere,ꝙ
ſpeciei detrahatur per genus:& ibi vide Nouellam ſuper fi-
ne tertię glo.Abbas cui prædicta placent,per hanc primam
5 partem dicit hîc notanda,quę ſequũtur,Primò ꝙ non † im-
petratur per priuilegium quod de iure communi competit.
Secundò quòd quęlibet clauſula in reſcripto debet aliquid
operari.Tertiò quòd non valet hoc argumentum iſte appel
lauit ex tali cauſa,quę ſi eſſet vera eſſe legitima.igitur iudex
tenetur deferre.Quartò ꝙ nec valet argumentum conuer-
ſum iudex non tenetur appellationi deferre,ergo non valet
appellatio.Ex quibus inferas quòd cum quęritur vtrum ap-
pellatione à iure,vel à reſcripto Papę inhibita appellari poſ
ſit,vel appellatio ipſa recipi debeat:diſtingue:quia aut nul-
la cauſa legitima eſt in appellatione expreſſa,& tunc non va
let appellatio nec recipi debet.& ſic intelligitur . c.vt debi-
tus.&.c.cordi.ĩ.e.Aut cauſa legitima in appellatione eſt ex-
preſſa,& tunc aut expreſſum eſt in iure,ex illa cauſa appel-
lari poſſe:& tunc appellatio valet,& per iudicem à quo re-
cipi debet:vt hic.Aut non eſt expreſſum in iure ex illa cauſa
appellari poſſe,& tunc aut eſt expreſſum in iure illam cau-
ſam grauamen inducere dignum reparatione,& tunc valet
appellatio , & recipi debet , perinde ac ſi eſſet expreſſum
in iure ab illo grauamine appellari poſſe:per ea, quę ſcripſi
in quęſtione.ſ.proxima.ver.putat autem Hoſt.Aut hoc nõ
reperitur in iure expreſſum:ſed tamẽ aliâs bonus iudex de-
bet reputare cauſam illam eſſe legitimam,& tunc aut quæ-
ris vtrum iudex à quo teneatur appellationem admittere,
& ei deferre,& aliâs pœnam incurrit,& tunc dic ꝙ non: &
ſic intelligitur iſta decretalis.Aut quæris vtrum ſuperior iu
dex ad quem prędictam cauſam in appellatione expreſſam
probabilem reputans poſſit appellationem recipere , & de
veritate prædictę cauſę cognoſcere:& ſi prędictam cauſam
reperiet eſſe veram,grauamen emendare poſſit:& tunc dic
ꝙ ſic.& ſic procedit quod hîc habetur in ver.ſed ſi appellã.
& quod ſcripſi in quęſtione.ſ.proxima.in ver. Hoſt.autem.
Vnde dicit Hoſt.quòd non punietur iudex,qui in caſu prę-
dicto appellationi non detulit.

6 ¶ TERTIO quęritur † quę eſt virtus prędictę clauſulę
appellatione remota:vidiſti.ſ.vnum effectum : quia certo
caſu ibi declarato non tenetur iudex à quo appellationem
recipere ſed ei deferre:& ſi eam non recipiat ,nec ei deferat
non debet puniri.Secundus effectus eſt,quia ſi non eſſet ap
poſita dicta clauſula attentata poſt illam appellationem eſ-
ſent reuocanda per modum attentati ſcdm diſtinctionem.
c.non ſolùm.ĩ.e.li.vj.ſed quando eſt appoſita prędicta clau-
ſula non eſt locus prędictę reuocationi per modum attenta
ti:ſed oportet tunc agere per cõmunem querelam ſimplicis
iuſtitię arg.huius decre.ſecundum Hoſt.qui etiam exempli
ficat per c.dilectus.de teſti.& qui enumerat etiam hîc quaſ-
dam alias virtutes prędictę clauſulę anteferri de quibus No
uella remittit ad notata ſua.ĩ.eo.vt debitus.ſuper finem ter
tiæ glo.vbi de hoc dicam:quia ſufficit mihi pro nunc proſe
qui intellectum decretalis.

¶ QVARTO quæritur ibi,*per ſuperiorem poterit emendari*.qualiter intelligitur,intellectum verũ dedi tibi.ſ.ſed ad-
uerte,quia Ion.intellexit ꝙ emẽdatio de qua hîc loquit,ſit
per iudicẽ appellationis,qñ appellatũ eſt à diffinitiua,& nõ
à grauamine dicens,ꝙ hęc decretalis innuit differentiã eſſe
7 † inter appellationẽ fruſtratoriã cui nõ deferſ.de app.c.cũ
appellationibus.li.vj.& appellationẽ legitimã,& à iure con
ceſſam:cui ſemper eſt deferendũ,& appellationẽ mediã,quę
eſt qñ quis grauaſ:ſed tñ non eſt appellatio in iure expreſſè
cõceſſa:vt qñ dilatiões danſ,ſed breues,vel nõ tot,quot ſuf-
ficiũt:& tũc in caſu quo nõ deferſ appellatiõi ſi in literis re-
mota eſt appellatio,tũc & ſi nõ à grauamine tñ à diffiniti-
ua appellari põt:& tũc iudex appellatiõis reuocabit oĩa gra
uamina in proceſſu illata appellanti ante diffinitiuã.C.de in
reiur.l.generaliter.& no.ſ.qđ metus cauſa.c.fi.ſed ſecundum
ipſum hoc

ipſum hoc ſublatum eſt per decretalem:vt debitus. ſed non
placet.Et patet ex his,quę ſcripſi.ſ.e.c.in.ij.quęſtione. Item
Pe.& Abb.prędictam diſtinctionem plenius hîc proſequē-
8 do dicebant eſt † appellatio manifeſtè fruſtratoria: vt cum
appellatur in crimine ootorio.ſ.e.cum ſit.&.c.conſuluit.&
c.peruenit.& latens fruſtratoria: vt cum exprimitur cauſa
probabilis,& tameo falſa eſt.& latens probabilis:vt cum ex-
primitur cauſa iuſta,ſed iure non expreſſa,& tali non tene-
tur deferre iudex datus cum clauſula appellatione remota:
vt hîc.Item eſt manifeſtè probabilis,cum appellatur ex cau-
ſa in iure expreſſa maoifeſtè notoria:vt lite non conteſtata.
c.ij.Prima repellitur à iure,& à iudice.Secunda repellitur à
iure:ſed admittitur à iudice:donec conſtet de falſitate.Ter-
tia admititur à iure,ſed noo à iudice dato cō clauſula.Quar
ta admittitur à iure,& à iudice,& per prædicta ſatisfiet ob-
iectioni Io.qui dicebat hîc.& ſecunda quæſtione ſexta.ad ro
manam.j.in gl.prima.ſi dicas iudicem,qui dubitat an valeat
appellatio debere deferre:hoc eſt contra hanc decretalem,
quæ non vult deferri niſi in caſibus in iure expreſsis. & de-
cre:vt debitus.vult quòd cauſa ſit probabilis,vt deferat.ſi di
cas quòd noo deferat,ſequetur quòd iudicabit, qui dubitat
an ſit iudex.i.an iuriſditio per appellationem ſit ab eo tranſ-
lata contra id.xj.q.iij.graue.fatetur tamen ꝙ in dubio deferre
per decretalē.facit de ſentē.excom.ad quod.j.eo. dilectis.in
fine.& notatur infra eo.vt debitus.in gl.colligitur.Ad hanc
decretalem reſpondebitur hoc ſpeciale io iudice dato cum
clauſula appellatione remota:nec eſt ſpeciale,quòd oon poſ
ſit deferre:ſed quòd non tenetur decretalis:vt debitus. noo
dicit id ad quod inducitur ad prædicta facit.j.e.cordi.in fi-
ne.primo reſponſo libro ſexto.& remittit finaliter Nouella
ad notata ſua.ſ.e.c.ſi à iudice.li.vj.ſuper ver.videre.

¶ QVINTO quæritur ibi,*denunciare poſſit.*an locum ha
beat tam io ordinario,quàm in delegato?& imprimis dic ꝙ
locum habet in ordinario,per ea quæ ſcripſi in expoſitione
ſuper dicto verbo.Delegatus autem poſtquàm ab eo appella
tum eſt,& appellatio à ſuperiore recepta noo poteſt hoc fa
cere.ſ.de offi.dele.paſtoralis.§.præterea.Sed pone quòd iu-
dex appellationis mandat illum non denunciari excōicatū,
aut denunciari oon excommunicatum antequam merita
cauſæ examinauerit,dico quòd male facit.videtur tamen,ꝙ
audiendus non ſit ille, pro quo fuit excommuoicatus ap-
pellans,ne hoc fiat:non intereſt eius,quòd denuncietur ex-
communicatus.cum ſit,quòd non eſt cogendus ad ſatisfa-
ctionem appellatione obſtante:nec eſt ei in prima conſuleo
dum quòd ſatisfaciat:niſi debitum recognoſcat:Igitur cum
non interſit illius,pro quo excommunicatus eſt ergo nō po
teſt appellare.ij.q.vj.non ſoleot.*excommunicatus.*ſicut & non
excommunicatus appellationem ꝓſequi poteſt.Et per de-
nunciationem ampliùs noo ligatur,& ſic illius oon interſit.
Si verò delegatus Papæ,qui excommunicauit mandet per
ordinarium,vel alium illum qui ab ipſo appellauit nunciari
excommunicatum,noo eſt ei parendum.Et ſi ob hoc fera-
tur ſententia,non tenet tanquàm à non ſuo iudice.arg.j.eo.
dilectis.§.penultimo,& vltimo.ſed tutius eſt,ſecundum In-
nocen.quòd ille cui mandetur hoc appellet,non per hāc ap-
pellationem prouocet in cauſa delegata.ſed quòd non con-
tra ipſum procedat.de hoc.ſ.de offic.deleg.ſi quando.Quid
ſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa, & iudex
appellationis mandet,quòd noo denuncietur, nunquid is
pro quo lata eſt ſententia à tali mandato poterit appellare?
quod videtur:quia certum eſt,quòd in manifeſta offenſa ap
pellatio non tenuit.ſ.e.conſuluit.ij.&.c.peruenit.&.c.cum
ſit.& quia pendente quæſtione iuriſditionis.ſ.ꝙ dicitur ap-
pellationem nō tenere,non habet iudex appellationis ſe in-
tromittere de cauſa principali,niſi inquantùm paretur ſibi
præiudicium.ſi poſteà conſtaret iuriſditionē ſuam eſſe.vt ſi
procederet quis in cognitione ipſius cauſæ ſecundum Inn.
Hoſt.aūt remittit.j.c.romana.§.ſi verò vocatis.de ſent.excō.
ſolet.§.in prima.

¶ SEXTO quęritur ibi,*& illi prouentus eccleſiaſtici meritò
ſubſtrahantur.*quid de ſuſpenſo?Inn.dicit ſic idem credimus,ſi
tantùm ab officio ſuſpendantur:quia vndiq; & officia,& be
neficia tali denegabuntur.vij.quæſtione.j.ſi Epiſcopus.for-
tè.lxxxj.di.eos.&.c.ſi qs.ſed ſecus crederet Inn.ſi eſſet ſuſpē-
ſus à beneficio,vel ab ingreſſu alicuius eccleſię ſpecialiter:
9 nam licet ratione † perſonę poſsit vnus Epiſcopus priuare
clericum cōione,ſeu condemnare,vel ſuſpendere,quoad be
neficium,qd eſt ſuę iuriſditionis,tamen in alijs rebus, quæ
oon ſuæ iuriſditionis,non poteſt ius dicere.ar.ff.de re iudi.
l.à diuo pio.primo reſponſo.&.ff.de bo.auth.iudi.po.l.cum
vnus.§.penulti.oiſi vbi per conſequentiam hoc contingit.ſi-
cut accidit in ſuſpenſo à beneficio,cui ſit prędiudicium io be
neficio,quod eſt annexum officio:vt dictum eſt.ſed & tunc
oeceſſarium eſt præceptum iudicis ſuperioris:vt beneficiū
denegetur:vt not.j.de conceſſ.prębeo.cum noſtris. ſecundū
Inn.Sed Hoſt.dicit,quòd imò iudex delicti bene priuat illū
beneficio,quod habet in alia diœceſi:ſed iudex beneficij ſen
tentiam exequetur.de foro compe.c.poſtulaſti.vbi de hoc.
10 Prætereà Inn.ſubdit quòd quando † appellatio pręcederet
excommunicationem nō fiet denunciatio,nec etiam bene-
ficiorum ſubſtractio:cum ipſe noo debeat ſe gerere pro ex-
communicato,& miniſtri præbendarum,tanquàm merce-
narij poſſunt ei cōicare.xj.q.iij.quoniam multos.j.de ſentē.
excō.inter alia.imò licet talis hodie vitetur in iudicijs,in di
uinis tamen officijs,& fortiùs in omnibus alijs,quę agūtur
extra iudicium,oon vitatur:vt.j.de ſen.excom.c.ſolet.§.in ſe-
cunda.nec ſequitur ſecūdum Inn.ſi vitari poteſt in cōione,
ergo pōt ſpoliari is qui poſsidet.vnde fortè ſi iotereſſet diui
nis officijs in eccleſia,quam poſsidebat,cum non debeat ſpo
liari pendēte appellatione eijci nō debet:imò alij canonici
poſſunt ſine culpa celebrare ſecum.j.c.dilecti.Tamen ſi ſpo
liaretur prębenda,vel alijs rebus,& peteret reſtitutionem,
repelleretur.j.de ſent.excommunicationis.per tuas. hodie
tamen non vitatur extra iudicium:vt prædicto.c.ſolet.ſecū-
dum Inn.Verùm cum quæritur vtrum excommuoicato fru
ctus ſui ſubſtrahi debent ſecundum Hoſtien.diſtinguere po
tes:quia aut quęritur quandiu eſt excommunicatus, & dic
quòd ſic:vt hîc in fine,cum alleg.in glo.Aut quæris an per-
petuò,& tunc ſi non ſtat in excommunicatione per annum:
ſed ſi ſtat in excommunicatione per annum,tunc ſecus: vt
colligitur ex lectis,& notatis ſupra de ætate,& qualitate.cū
bonæ.&.j.de clericis non reſidenti.ex tuæ.& de hæreticis.
c.excommunicamus.j.

¶ SEPTIMO quæritur propter gloſſ.quæ incipit, *hac
11 ratio.*qualiter † ſententia excommunicationis ſtatim trahat
ſecum executionem,ita quòd appellatio illius ſuſpēſionem
non inducat.Henricus autem circa hoc diſtinguit,aut quę-
ris de executione ligaminis,ſeu vinculi excommuoicationis
aut de executione denunciationis,ſeu publicationis eiuſdē,
ſi de executione ligaminis,ſeu vinculi excommuoicationis,
tunc refert,aut quis excommunicatur ante appellationem,
aut poſt,aut eſt dubium,ſi ante tunc aut ſubditus intendēs
appellare protectioni ſuperioris ſe ſupponit ante excom-
municationem latam,& tunc perinde eſt,ac ſi ante appellaſ
ſet:quia non eſt vis facienda in verbis,ex quo de mente cō-
ſtat ſupra.c.ad audientiam.& infra de verbo.ſignif.io his.
& hoc notant Hoſt.Cardi.& Io.And.j.eo.cordi.libro ſexto.
Aut ſe non ſuppoſuit ante protectioni ſuperioris, & tunc
aut excommuoicatur purè.ſi ſub conditione,vel in diem,
tunc aut ſub conditione,quæ eſt de futuro, vel in diem fu-
turum,& tunc non trahit ſecum ſuam executionem ante
euentum conditionis,vel diei,imò ſi ſit ſententia hominis,
interim poterit appellari:vt ſupra eo.prętereà.ij.licet à ſen-
tentia iuris appellari non poſſet, quod dic pleniùs: vt dixi
ſupra eodem ad hęc quoniam.Aut excommuoicatur ſub cō
ditione,vel in diem de prętérito,vel de præſenti,& tunc idē
iuris eſt,quod in excōicatiōe lata purè:vt ibi dixi.& ad hęc
facit quod oot.Hoſt.in ſumma.de re iud.§.qualis ſub.§.pura.

verſi.quid ſi excommunico.dicens & Aſtenſis poſt eum.li.
vij.c.de forma excõicandi.in.q.qd ſi excõico te,ſi habes res
furtiuas,nunquàm per appellationem ſequentẽ ſuſpendetur
12 effectus huius ſniæ:quia† cõditio de pręſenti nõ moraſ obli
gationem:vt.ff.ſi cer.pe.l.cũ ad pręſens.ff.de ver.ob.l.condi-
tio.& l.ſi ſtipulatus fuero hãc ſummam. Vnde cõ certum ſit
in rerum natura,vtrũ habeas,vel non habeas certumẽ eſt ex-
cõicationẽ tenere,ſi habes:vel nõ tenere ſi nõ habes.inſtitu.
de ver.ob.§.conditiones.& ideò non impeditur per appella
tionem:vt hîc,quouſq; denunciatus fueris ſpecialiter,ſi oc-
cultus fueris, eccleſia nõ poterit te vitare:quia non iudicat
de occultis,niſi ſolus Deus apud quem quantuncũq; occul-
tus fueris es ligatus:vt.j.de hære.c.ſicut nobis.&.c.ſeq.de ſen
tẽ.excõ.c.à nobis.ij.ſcdm Hoſt.ibi.& cum hoc qd ipſe dicit
de excõicatione,ꝙ poſsit fieri ſub conditione de præterito,
vel de præſenti,cocor.expreſſẽ quod no.ipſe Hoſt.j.de cen
ſi.c.procurationes.ſuper verbo per ſeipſam.& ibi dicã.Si ex-
cõicatur purè,tunc diſtinguunt quidam inter excõicationis
ſniam latam poſt diffinitiuã,intra tñ.x.dies datos ad appel-
landum,& alias ſententias:vt in primo caſu ſi appelletur in-
tra decendium à tpe ſniæ totum ſuſpendatur tam executio
ſnię,quã excõicatio per.c.non ſolũ.in prin.j.e.li.vj.ſed in ſe-
cundo caſu non.& iſtam opinionem videtur tenere Inno.j.
de ſenten.exc.c.ſolet.in gl.ſuper eo.&c.in tertia col.ver.ſi ve
rò excõicetur:vbi dicit ꝙ ſi excommuniceſ appellans poſt
ſniam ante appellationem emiſſam,ꝙ tunc officio iudicis
obtinebit reuocationem huius ſententię ſicut aliorũ graua-
minum,quæ in illo intermedio fierent,Idem Arch.j.eo. nõ
ſolùm.li.vj ſuper verbo innouata fuiſſent.& j.de ſentẽ excõ.
c.venerabilibus.§.porrò.ſuper verbo appellatum.& hoc ex-
preſsiùs tenet Card.in illo.§.porrò.ſuper verbo abſoluere.&
e.ti.c.is cui.in gl.fi.li.vj.ſed Io.And.tenet contrarium in.d.§.
porrò.in gl.poſt diffinitiuam.& per illum.§.dicens,ꝙ ſentẽ-
tia excõicationis,aut ſtatim valet,aut ſtatim nõ valet. Vnde
pone ꝙ poſt latam diffinitiuam ſniam intra.x.dies excõicat
partem non parentẽ,poſteà illa pars non appellat,nõ eſt du
bium:ꝙ bene ligat ſententia excõicationis,& ſic eſt ſpeciale
in illa ſnia,ꝙ per appellationem ſequentẽ nõ annulleſ ſcdm
eum. Et iſta opinio videſ tutior,& verior de iure.ſ.ꝙ excõi-
13 catio† purè lata per appellationem ſequentem nõ ſuſpendaſ
vt hic.& eſt ratio:quia nõ homo ligat:ſed Deus,à cuius ſnia
non põt appellari.alia ratio eſt:quia nemo excõicatur niſi ꝑ
contumacia.xj.q iij.nemo Epiſcoporum.& contumax non audi-
tur appellans:vt.ij.q.vj.§.ſunt quorum.vt not.Io.in.d.c. ne-
mo contemnat.ſequitur de ſecundo membro ſubdiſtinctio-
nis.ſ.qñ.quis excõicatur poſt appellationem,& tunc aut no
torium eſt appellationem valere:puta quia ex vera cauſa,&
rationabili,& canonicè facta eſt:& tunc nullo modo eſt liga
tus.ſ.de offi.dele.cum contingat.j.e.dilectis.&.j de ſenten.
exc.c.per tuas.vnde talis nec denunciãdus eſt,nec beneficia
ſunt ſibi ſubſtrahenda:& miniſtri præbendarum,& etiam
alij,tã in diuinis officijs,quàm in alijs extraiudicialibus poſ
ſunt eũ cõicare.quod dic:vt legitur,& notatur.j.de ſenten.
excõ.c.ſolet.in fi.li.vj.ſecundum Hoſt.Inn.& Hoſt.hîc.Aut
liquet,& eſt notorium de cõtrario,& tunc ſecus:quia friuo-
14 la† appellatio non impedit exercitium iuriſditionis illius iu
dicis à quo appellatur:vt.ſ.e.cum ſit romana.in fi.&.c.perue
nit.ij.j.e.cum appellationibus friuolis.li.vj.Aut eſt dubium
& tunc pendet ex euentu futuro,an teneat vel nõ:vt hîc no
tat.B.in gl.ex hoc patet.ver.rñdeo ꝙ ſi quis.Credo tñ quòd
hoc caſu iudex appellationis poſtquàm incœpit cognoſcere
an appellatio ſit recipienda,inhibere poterit ne dicta excõi-
cationi ſententia executioni mandetur.& hoc tenet Cardi.
etiam in caſibus in quibus iura prohibent poſt ſententiam
appellare.j.c.venerabilibus.§.porrò.lib.vj.per.c.romana.§.qd
ſi poſt ſententiam.e.titu.ſequitur de tertio membro.ſ.qñ eſt
dubium vtrũ excõicatio præceſsit appellationem,vel econ-
tra:puta ſi iudex dicat excõico te ſi vel ſi appellaueris,vel ſi
te ad appellandum præparaueris.Et tunc dicit Hoſtiẽ.in.§.

prælallegato.qualis debeat eſſe.ver.quid ſi excõico te ſi appel
las.Quando aũt appellatio eſt iuſta,& tunc non tenet Aut
eſt friuola,& tunc ſentẽtia tenet,& hoc debet per iudicem
ſuperiorem terminari:vt hic &.j.e.cum ſpeciali.§.porrò.&.§.
exceſsio.Finaliter tñ dicit,ꝙ in his caſibus,& ſimilibus vi-
detur quòd ſententia non teneat.Cum eñ quilibet oppreſ-
ſus appellare poſsit:vt.ij.q.vj.ad romanã.&.c.omnis oppreſ-
15 ſus.nec† debeat ferri ſententia excommunicationis,niſi pręe
miſſa monitione,& ex cauſa rationabili:vt.j.eo.cum ſpecia-
li.& de ſenten.excom.c.ſacro.& hodie etiam in ſcriptis:vt.j.
de ſenten.excõ.c.cum medicinalis.lib.vj.nihil aliud eſt di-
ctum:vt videtur excommunico te ſi appellas,vel ſi te ad ap-
pellandum præparas,niſi ꝙ excõico te ſi iure communi tibi
competenti vtaris,& ſic hæc ſententia videtur patenter er-
ronea,ergo nulla eſt:vt ſupra de offi.dele.cum contingat.j.
de exceſs.præla.cum ad quorundam.&.c.dilectus.j.de ſen-
ten.excõ.per tuas.§.nos igitur.ſecundum Hoſt.ibi.Sequitur
de ſecũdo membro principali,ſcilicet de executione denũ-
ciationis,ſeu publicationis ipſius excõmunicationis,& tunc
aut excõicationis ſnia lata non valet,nec tenet:vt quis con-
tinet errorem intolerabilem,vel quia poſt appellationem le
gitimè interpoſitam lata,vel aliâs vt in iuribus allegatis, &
tunc non debet publicari,ar.hîc.&.j.de ſentẽ.excõ.ſacro.aut
excõicationis ſnia lata valet,& tenet,& tunc aut non eſt ap
pelatum ab ea directè,vel indirectè,& tunc debet denũcia-
ri,& publicari:vt in.c.ſacro.§.verùm.ſi contra.&.c.cum de-
ſideres.de foro compe.c.ij.Aut eſt appellatum ab ea directè,
vel etiam indirectè iuxta ea,quæ notat Inn.ſ.e.præterea.ij.
gl.j.& ibi dixi.& Cardi.j.de ſenten.is cui.gl.fi.libro ſexto.&
tunc diſtinguit hîc Io.aut excommunicatus ſcit ſe excõmu-
nicatum,& tunc per appellationem ſequentem non impe-
dit denunciationem,ſeu publicationem excommunicatio
16 nis:vt hîc:& eſt ratio:quia ſi† ſententia excõicationis purè
fertur,ſtatim habet effectum,nec denunciatio quoad effe-
ctum aliquid operatur:ſed quod factum eſt,publicat,& in-
ſinuat:vt.ſ.e.nouit.xj.q.iij.c.curę.&.c.debent.ſ.de teſti.co.
pręterea.ff.de teſta.hęredes palam.Iſtam rationem aſsignat
Goff.hîc,& Archid.in.c.allegato.nemo contemnat.Aut ex-
cõicatus ignorat ſe excommunicatum, & appellat:& tunc
ſecus:vt.j.e.ſi iuſtus metus.& cle.excõ.mini.c.Apoſtolicæ.&
c.ſi celebrat.talis tamen ignorans ligatur:vt in.c.alleg.Apo-
ſtolicæ.& hîc &.ſ.eo.cum ſit romana.hoc tamẽ forſan ope-
ratur appellatio ab ignorante facta: vt poſt appellationem
non denuncietur arg.j.e.dilectis.verſi.cum interim. ſecun-
dum Goff.& põt eſſe ratio diuerſitatis inter ſcientẽ,& igno
rantem:quia ſi ſciens poſsit appellare ad finem ne denũcia-
retur iam quilibet excommunicatus à iudice appellaret ad
finem ne denũciaretur,& ſic cenſura eccleſiaſtica vileſceret,
& eſſet illuſoria,quod eſſe non debet.ſ.de conſue.cum inter
vos.extra de ſenten.excõ.c.j.&.c. cum ex eo.in cle. & nota
ꝙ quidam magiſter Henric⁹ dicebat,quòd licet in ſententia
excõicationis lata ab homine verum ſit dicere,quòd denũ-
ciatio per appellationem non ſuſpendatur: ſecus tamen de
ſententia lata à iure.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadẽte.qd verum eſt,
ſi factum eſſet dubium:ſecus ſi notorium.ſ.e.peruenit.j.&
17 c.conſuluit.& nota,ꝙ ſi bene† appellatum eſt.& contra ꝑ
nũcietur per iudicem appellationis,nũquàm tñ ligat quoad
Deum.j.de ſenten.excõ.à nobis.ij.niſi ſnia eccleſiæ contem-
natur.j.de ſen.excom.cũ medicinalis.Et quandocũq; de hoc
fiet fides.ꝙ malè actum eſt poterit reuocari.quod dic.ſ.ti.e.
proximo.c.lator.ſecundum Hoſt.hic.& vide quod not.Bar.
brixian⁹.ij.q.v.c.quanto.in gl.ergo quis.ver.ſed certè vbi di-
cit quòd ſi quis abſens excommunicatur ſtatim eſt excõica-
tus etiam antequàm ſciat:quia ſnia excõicationis ſtatim tra-
hit ſecum ſuam executionem,dummodò ſit pura,& nõ cõ-
ditionalis.verumtñ nõ punitur cum ingerit ſe cõtoni homi
num antequàm ſciat.arg.j.de cle.excõ.mi.c.illud. & vide ibi
Archid.in gl.pe.vbi dicit,ꝙ ſi aliquis abſoluatur abſens, &
ignorãs,ſtatim tamen abſolutus eſt,etiam antequã epiſtola
abſolutionis

abſolutionis ad eum perueniat.ar.ff.de teſtamẽtis.l.qui teſta
mento.d.ñi. Vnde abſoluẽdum vel manumittendũ ſcientia
non requiritur.ff.ſi certum petatur.l.eius qui.ſecundũ eum.
ibi & vide quod notatur.j.de cle.excõ.mi.Apoſtolicæ,& ca-
ſus in quibus ſentẽtia excõmunicationis differt ab alijs ſen-
tentijs,& in quibuscõuenit cum alijs ſentẽtijs vide per Ar-
chidi.xj.q.iij.nemo contemnat.glo.j.Et.j.de ſent. excõ.cum
medicinalis ſuper verbo cõſcribat.lib.vj. Et vtrum excõica
tio lata poſt recuſationem vel relaxationẽ valeat dicam.j.
de ſenten.excom.per tuas. Item ſicut excõicano trahit ad ſe
ſuam executionem nec impeditur per ſequẽtem appellatio-
nem vt hîc: ſic & ſententia abſolutionis, quia dominus par
ius eſſe voluit &c.de pœ.diſtin.j.verbum.vt notat Innocen.
j.de ſenten. excommu. ſacro. in fine glo. ſicut ſententia &
Ioan. And.poſt eum.

¶ OCTAVO quæritur redeundo ad primam partem
18 decre.cui † appellationi iudex deferre debeat & cui nõ.Cir
ca quod diſtioguit Henricus,ſecundũ Innocen.& Spec.quia
appellationem quædam eſt manifeſtè rationabilis, & legiti
ma vt illa quę fit ex cauſa in iure expreſſa,vt patet.ſ.de offi.
dele.ſup quęſtionũ.§ fina.&.c.cum olim de teſti.ſignificaue-
runt de reſcript.ſuper literis de dila.ſ.e.nouit.j.e.nouit.j.e.
ſolicitudioem. C.vt lite pendente.l.ij. Et de epiſ.audi.l.ij.&
in caſibus qui ſunt.ij.q.vj.nõ ſolent.Et quos notat G.in Spe.
hoc tit.§ in quibus. ver. Sed quam dices cauſam rationabi-
lem.Et huic debet iudex deferre : nam & eam admittit ius
vt.ſ.e.poſtremo:&.c.ſignificantibus. cum multis ſimilibus.
Quędam verò eſt manifeſtè fruſtratoria,vt.e.tit.propoſuit.
&.c.ad noſtram. Et huic non debet deferri : vt hîc quia nec
ius eam admittit:vt.ſ.e.cum ſit Romana.in fine.&.c. perue-
nit.ij.&.j.e.tit.c.cum appellationibus friuolis.lib.vj. Quæ-
dam verò eſt latens fruſtratoria puta cum cauſa probabilis
eſt,ſed & falſa:& talis admittitur à iudice: vſquequo veritas
pateſiat.ſed à iure reprobatur.viij.diſt.veritate &.c.ſequen-
ti.Quædam autem eſt media ſiue dubia, quam Vinc. vocat
neutralem,vt quando appellatur ex cauſa,quæ non eſt in iu
re ſcripta.videtur tamen rationabilis,vt ſi dico iudicem fo-
re compatrem aduerſarij vel patrinum, vel quando dantur
dilationes,quæ dicuntur nimis breues, vel quando appella-
tur in cauſa vbi ſunt diuerſæ opiniones:& tunc dicit Vinc.
quòd in dubio debet deferre, nam in dubio potius deferre
tur appellationi quàm ſentẽtię.j.e.dilectus in fine.Et eſt ex
preſſum.j.e.vt debitus.§ cum autem:&.c.cum ſpeciali.§.ex-
ceſſui.ſ.de reſcript.c.cum contingat.in fine : &.j.de ſenten.
excom.ſacro.vt notat in effectu Inno.hîc in gl. per iudicem
& plenius Spec.de app.§ nunc dicamus.verſu.& hoc autem.
Item Pet.& Abbas prædictã diſtinctionem hîc plenius pro
ſequendo dicunt,quòd eſt appellatio manifeſtè fruſtratoria
vt cum appellatur in crimine notorio.ſ.e.cum ſit &.c.con-
ſuluit : &.capi. peruenit. Eſt latens fruſtratoria, vt cùm ex-
primitur tam rationabilis:ſed iure non expreſſa & tali non
tenetur deferre iudex datus cum clauſula appellatione re-
mota:vt hîc. Item eſt manifeſtè probabilis, cùm appellatur
ex cauſa in iure expreſſa manifeſtè notoria.ſ.vt lite non cõ-
teſt.c.ij.Prima repellitur à iure & à iudice. Secunda repelli-
tur à iure:ſed admittitur à iudice , donec cõſtet de falſitate.
Tertia admittitur à iure: ſed nõ à iudice dato cum clauſula.
Quarta admittitur à iure, & à iudice : & in hoc etiam con-
cordat Hoſtien. hîc dicens, quòd aut appellatur ab ordina-
rio, & tunc non valet appellatio niſi à grauamine appelle-
tur illato vel comminato:ſed ab illo poteſt appellari,ſiue ſit
in iure expreſſum ſiue nõ vt.j.e.vt debitus.&.c.cum ceſſan-
te.Aut appellatur à delegato Papæ, & tunc aut appellatio
non eſt remota in litera, & tunc idem eſt quod in ordina-
rio,ſi verò ſit remota,tunc aut appellatur ex cauſa expreſſa
in iure,& tunc valet ſimiliter appellatio vt hęc duo proban
tur hic. Aut ex cauſa non expreſſa in iure & tunc de rigore
iuris non valet appellatio: ſi tamen videatur ſuperiori.i.Pa-
pæ vel cui hoc commiſit qui hoc caſu eſt ſuperior , & non
alius, quòd cauſa rationabilis fuerit poterit hoc per ipſum
in melius reformari vt hic ſequitur. Et hic verus & breuis
huius capituli intellectus,ſecundum Hoſtien. hîc. Et idem
in effectu Spec.tit.de ſenten. excommunicationis.§ j.ver.tu.
dic &c. Et quod hic dicit, quòd appellatio facta ex cauſa nõ
expreſſa in iure debet in melius reformari intelligit Hoſti.
non ex vi appellationis quæ per principem inhibita fuerat,
ſed ex ęquitate,& ipſius ſuperioris officio implorato , & li-
cet hoc caſu non liceat appellare, licet tamen ſupplicare.ar.
ſ.de in inte.reſti.c.ex literis. C.de ſent.præfec.prętorio.l.j.&
ſic iure replicationis ex officio irritatur. Et ex mente huius
verbi patet quòd innouatum interim nõ eſt irritum ſed ir-
ritandum : exemplum.ſ.de teſti.c.dilecto.in fine. Secus vbi
appellatio tenet mero iure.ſ.e.ad hæc : &.c.ad præſentiam:
ſed ſi quid de facto attentatum eſt, eſt in ſtatum priſtinum
reducẽdum.ſ.e.bonę.& ſic eſt magna vis huius clauſulæ,ap-
pellatione remota vt patet.ſ.c.ſecundò requiris,&.j.eo.in-
quiſitionem ſecundum Hoſtien. Et de effectibus iſtius clau
ſulę notat Hoſtien.in ſumma e.tit.§ quomodo decre. verſic.
abſq; rationabili cauſa &.ver. præuaricatores legis attendi-
te.Cuius glo.ibi reiectis alijs, approbat Archidia.ij.q.vj.ad
Romanam.Et vide Spec.hoc.tit.§ in quibus.in fine.ver. ego
dico.& dicam.j.e.vt debitus.

¶ NONO quæritur redeundo ad ſecũdam partem decre
19 talis & ad materiam.vj.quæſtionis,qu ęeſt ratio † quare or-
dinarius poſt appellationem excõmunicatum à ſe denuncia
re poteſt.Textus aſſignat rationem:quia excõmunicatio tra
hit ſecum excõmunicationem.Sed Ber.in glo. hęc ratio.di-
cit,quòd hęc ratio non eſt ſufficiens,nam cum quis abſolui
tur ab impetitione alicuius,ſentẽtia huiuſmodi ſtatim tra-
hit ad ſe executionem:&c. non tamen loquitur Ber.de abſo
lutione ab excõmunicatione , de qua per Nouellam de ſen-
ten.excom.ſacro.ſuper glo.penultima.Caue tamen,quia ab-
ſolutio ab impetitione à qua appellatur. Ita habet ſuſpẽſum
effectum rei iudi.ſicut condemnatio.Differunt autem quia
20 in abſolutoria de facto non cadit executio:ſed abſolutio ab
excommunicatione: ſi ab ea appelletur, licet appellatio de-
uoluere poſſit negotium : vt in prędicta glo. penul. non ta-
men ſuſpendit effectum , nec impedit denunciationem vt,
ſcilicet iubeatur non vitari vel ſecum communicari.Et pro
ratio ęquiparat Inno.excõmunicationem, & eius abſolutio
nem.¶ Item videtur quòd alia ratio tacta in gl.quòd à prin
cipe non appellatur &c.non ſit ſufficiens,quia licet non ap-
pelletur, tamen ſupplicatur cuius idem eſt effectus.ſ.de re-
ſtitu.in inte.cum ex literis. Hoſtien.ſecundum quem nõ va-
let quod dicunt alij hoc eſſe.Quia hęc ſententia medicina-
21 lis eſt,& in his quę ſunt medicinæ,non eſt voluntas infirmi
ſed medici attendenda.xlv.diſtin. & qui emendat.v.q.v.non
omnis.Nan vt dicit,poſſet eſſe medicus impeditus de ęta.&
qua ad aures.Dicit ergo,q naturalis ratio eſt,qa cum in alijs
ſententijs ligat corpora,vel alia corporalia irrationabilia &
ſenſibilia, in hac tamẽ ſentẽtia ligat ſola anima hominis.xj.
quęſtione.iij.nemo.de rebus eccle.non alie. ſi quis. Vnde ſi-
cut naturaliter homo interior facilius appræhendit,quia vi
det Papam vel Regem Franciæ:Si perſonas habet illas,aliás
notas quantuncunq; diſtent, quod non eſt in alijs inuenire:
Sic & facilius apprehenditur & ideò ſtatim obligatur.Item
cenſura intelligitur ad correctionem peccatorum, & ſolum
pro mortali.xj.quæſtione.iij. nemo.ij. ſed talis ante ſenten-
tiam ligatus eſt apud eccleſiam:& ſi tali denegatur appella-
tio,quæ non debet eſſe defenſio iniquitatis.j. eo. cum ſpe-
ciali.ſecundum Hoſtien . qui hoc notat de offic. ordi.ad re-
primendam. & remittit ad ſummam de ſenten. & re iudic.
22 ſub Rubrica de ſententia.§ quis ſit effectus. Et ita † quo ad
effectum denunciatio nil operatur, ſed inſinuat & publicat
quod factũ eſt.ſ.eo.nouit. vide in tintura tortura , vel fuſti-
gatione appellatio nõ impediret iſtorum effectum ex quo
tintus eſſet tortus vel fuſtigatus,non dico quòd ſolum pro-
nunciatus eſſet torqueri vel fuſtigari. Vnde verum eſt,quòd

condemnationis executio non fieret per ſolam publicatio-
nem: ita in excommunicatione publicatio nō eſt executio:
ſed notificatio. ¶ Mar. autem refert modernos dicere, quòd
hæc eſt ratio, quia excommunicatio & eius executio vni-
cum & indiuiduum actum faciunt: quod denotat textus di-
cens quòd trahit ſecum executionem. Ideò dicit Cardina-
lis. c. j. de ſenten. excom. libro. vj. quòd excommunicatio eſt
actio & paſsio. Sed non ſufficit quia video ex legis diſpoſi-
tione, & quandoq; per Papam ſeparari effectus aliquos ex-
communicationis, ab excommunicatione, vt dum permit-
titur ex cauſa participare cum excōmunicato. Tu dic hanc
rationem eſſe, quia in his quę procedunt à poteſtate cla-
uium nec ligando nec ſoluendo poteſt quis aliquid facere,
niſi habeat poteſtatem clauium: & hoc facit in vim poteſta
23 tis clauium. modò † omnes ſententiæ cenſurę procedunt à
poteſtate clauium. ergo appellatio has non tollit nec ſuſpē-
dit, & hoc vult. c. is qui. de ſenten. excom. libr. vj. imò opor-
tet mortuum ſoluere. c. à nobis. ĩ. de ſenten. excom. ideò Ab-
batiſſa, quæ non habent claues, licet ſuſpendat à beneficio,
non tamen ſuſpēdit à ſuſpenſione cenſurę. Super quo omni
no vide quæ pulchrè not. Inno. c. tanta de exceſſ. prę la. ſecun
dum eum: ſed de hoc dic vt ſcripſi. s̃. e, prętereà. ij.

¶ DECIMO quæritur vtrum illud quod dicit Ber. in
glo. *ex hoc patet*. ad finem ibi, *non videtur quòd eſſet ex priuan-
dus.* de iure procedat ſuper quo vide not. de cleri. excō. mi. c.
Apoſtolicæ vbi videtur eſſe glo. contraria, & vbi Hoſtien.
certo modo diſtinguit. Dicit autem Marti. quòd in actibus
paſsiuis excōmunicati publici vel occulti, quòd nullo modo
valent vt in receptione collationum. beneficiorum eccle-
ſiaſticorum, ſecus tamen in publicis quia tunc diſtinguitur
inter publicum & occultum. Et quod primò dixi, intelligo
in ſpiritualibus, ſecus in temporalibus, de quo per Innocen.
iſt. c. ſi verò de ſent. excom. in actibus verò accuſationis di-
ſtinguitur inter publicum & occultum irregulariter ſuper
quo vide quod ſcripſi poſt Io. Calde. & Ala. s̃. tit. j. c. ad pro-
bandum. ¶ Hoſtien. autem dicit quòd ſi notoriũ ſit appella
tionem valere, puta quia ex vera cauſa & rationabili, & ca-
nonicè facta eſt, nullo modo eſt ligat' ſi verò notoriè liquet
de cōtrario, omnino ligatus eſt nec egemus examinatiōe: q̃a
notorium eſt: ſed declarationē. j. c. j. §. ſi verò. in dubio pendē
te ex euentu vt dicit glo. ſi tamen bene appellatũ eſt, licet cō
trarium pronũciet per iudicem appellationis, nunquã tamē
ligat ſentētia, quoad d̃ m. ĩ. de ſen. excom. à nobis. ij. niſi ſen
tentia eccleſię condemnet. ĩ. de ſent. excō. c. j. lib. vj. & quan-
docūq; defecerit fides eccleſię quòd fuerit decepta p̃ ipſam
reuocabitur quod malè actum eſt de hoc. s̃. tit. j. lator. Præ-
tereà dicit M. iungendũ eſſe quod no. Hoſti. s̃. tit. j. c. conſan
guinei. Quærit Hoſti. quid ſi delegatus à Papa cui cōmiſſa
erat cauſa. ap. re. excōicat rationabiliter appellantem ex cau-
ſa tamen in iure nō expreſſa, tenet quòd mero iure ligat ex-
communicationis ſententia: ſed tamen per ſupiorē poterit
emendari vt. s̃. proxi reſpōſo.

24 ¶ VNDECIMO quęrit, quid † fieri debet de fructibus
beneficij ad excōicatum pertinentis tempore excōmunica-
tionis obuenientibus? Et ſuper hoc vide in. c. ij. de vi. & ho.
cleri. in cle. & in cle. vt hi qui de ęta. & qua. & dicit Mar. q̃
& ſi iuſtè erat excōmunicatus, bona huiuſmodi ſi non fue-
runt conuerſa in vtilitatem beneficij medio tempore tradē
da ſunt ei, poſt abſolutionem diſpenſanda & cōuertenda in
vtilitatem beneficij ſicut bona quæ recipiuntur tēpore va-
cationis beneficij: & hoc ſi ſit ſolus rector ſeu prælatus vel
beneficiatus: quia ſi ibi eſſet congregatio congregationi da-
retur. vt. c. relatum &. c. requiſiſti de teſta. ſecundum eum.

¶ Henricus autem, cùm quæritur vtrum excommunicatus
poſteà abſolutus ab excōicatione poſsit recuperare fructus
medij temporis ſibi ſubſtractos. Diſtingue, vt Ber. hic, quia
aut iniuſtè fuit excōicatus, & tunc poteſt. vt. ij. quęſ. v. ſuper
cauſa. ĩ. de cōceſſ. prę bē. quia diuerſitatē. ff. de re mili. l. penul.
Et pro hoc facit. ff. de ali. & ci. le. l. is cui & l. libertis. Aut fuit
iuſtè excōmunicatus, & tunc non poteſt: vt. C. de re mili. l.
cum allegatis. lib. xij. ſecundũ Ber. & Goffre. & Hoſtien. hic
idem Io. in. c. alleg. ſuper. c. &. xxj. diſt. clericus victum & Ar.
chidi. l. diſt. cōtumaces. Super verbo glo. non repetit. & ſuper
Io. in ſumma confeſſ. tit. de ſent. excō. q. lxxxiij. vtrum abſo-
lutus &c. Et Ray. & Spe. ti. de fructibus, & intereſſe. §. ſi. in ſi.
25 ¶ Item cum quęritur vtrum excōicato depoſito † vel ſuſpē
ſo tantùm, relinqui debeat de fructibus, beneficij ſui vnde ſe
valeat ſuſtentare? Diſtinguit. Aut talis fame perit & eſt in
extrema neceſſitate conſtitutus, & tunc debet ei ſubueniri.
lxxxvj. diſt. c. non ſatis. & c. c. paſce fame. xlij. diſt. quieſcamus.
ſecundum Ber. & Hoſti. hic pro quibus faciunt no. per. In.
q. ij. quàm pio. in glo. no. quòd. Aut nō perit fame, nec eſt in
extrema neceſſitate cōſtitutus, & tunc aut quęris de excōica-
to, & tali nō debet ſubueniri, vt hic: & eſt ratio quia contē-
nit claues eccleſię cui participandũ non eſt: vt. j. de exceſ.
prę lat. c. tanta. Et quia non poteſt facere ſeruitium. ĩ. de de.
coniuga c. quod à te. ſecundũ Ber. & Hoſti. hic Et idem Io. l.
diſt. ſtudeat. glo. fina. in fine. & Aſtē. lib. vij. tit. de damnis ex-
communicationis articulo. j. ver. quid ſi ob hoc. Aut quæris
de depoſito & intellige perpetuò, & tunc aut de depoſito
actualiter ab ordine, & beneficio. i. degradato, & tali nulli
dubium ſubueniri nō debet: vt. ĩ. de pœnis. c. degradatio in
fine. ibi quando dicit ac exuimus te omni ordine & benefi-
cio, ac priuilegio clericali. lib. vj. Aut de depoſito ab officio
tantùm, vel à beneficio tantũ, vel vtroq; in ſimul. Et credo,
quòd tali non debet ſubueniri niſi eſſet aliàs vtilis eccleſiæ
vt in. d. c. ſtudeat. in fine. l. diſt. & ar. s̃. de ęta. & qua. c. quæris.
Aut quæris de ſuſpenſo, & tali ſiue ſit ſuſpenſus ab ho-
mine, ſiue à canone, debet tamen relinqui, vnde ſe & ſuos
poſsit ſuſtentare. ar. ff. de prædi. l. penulti. de vſu. & ha. l. ij. vt
no. Io. in. d. c. ſtudeat. in glo. fina. Hæc decretalis facit ad quę-
ſtionem d̃ nicalem Bar. brix. quę incipit, *clericus quidam*, de
clerico prę bēdato in duabus eccleſijs, qui ab homini eccle-
ſię Epiſcopo, pro cōtumacia eſt excōmunicatus & contem-
nit abſolutionem petere, quęris vtrum alter poſsit eum pri
uare beneficio quod habet eius eccleſia, & ſoluit quòd cùm
ſit excōicatus quoad omnes vterq; Epus ei beneficia dene-
gabit. Idem dicit Tanc. ſi tamen vellent ei tanquàm pauperi
ſubuenire, poſſent vt. xj. q. iij. quoniã multos. idem credit ſi
remotus eſſet ab eccleſia propter crimen ab vno Epo, cùm
26 † ſentētia criminis infamet, quoad oēs ſecundũ eum.

¶ DVODECIMO accedo ad dicta Collectarij quęli-
bet prouocatio ſit maximè patet quid clauſula appellatione
remota operaſ quicquid dicãt Ber. & Inno. & Ioã. ij. q. vj. ad
Romanam vbi notant, q̃ non valet niſi ad remouendũ fru-
ſtratoriam ap. quę tamen ipſo iure remota eſt. c. tit. cum ap-
pellationibus. lib. vj. Cle. ij. reſcriptorũ. non debent eſſe fru-
ſtra: ſed debent de aliquo operari. de verbo ſignific. Abbate.
de priuileg. in his. cum ſimilibus, & patet hoc clarè ibi ſi nō
fuiſſet &c. nō tamen curia tenet, q̃ quoad partes nihil operaſ
quominus ſemper ex iuſta cauſa. poſsint appellare: ſed bene
quoad iudicem, ne teneatur deferre: vt no. hic H. & Spec. &
Inno. de offi. dele. paſtoralis. G. mirum & de offic. ord. licet.
Poſt H. verò dicendũ q̃ alius eſt effectus, ſcilicet quid ſi ſecū
dũ reſcrip. impetraret faciens mentionē de primo: ſed nō ex
preſſam & ſpecialem de hac clauſula, nō valeret vt notat H.
de reſti. ſpo. ex conqueſtione. Sed ſi appellans vult dicere, q̃
licet non valeret appellatio vbi interponiſ hęc clauſula niſi
cauſa ſit expreſſa in iure, & hoc quoad iudicem à quo appel
latum eſt: vt ſi non teneatur deferre, quominus valeat pro-
ceſſus ſuperior tamen poterit &c. Et vide ſimile vbi remo-
netur appellatio à definitiua in. c. Romana. e. tit. §. quod autē
quod indiſt. tamen valeat appellatio vide in eo quod legitur
& notatur. ij. q. vj. biduum in verbo non aduerſus excōmu-
nicatum. Idem de interdicto. s̃. eo. ad. hoc. & ſuſpenſione ad
quod vide ſent. excō. is cui in fine. & ibi ob. per Cardi. Sed
quid de ſententia abſolutionis dic idem eadē ratione, & no.
Inn. de reſcrip. ab excōicato in maiori glo. in fine, *denunciare*,
in ordi-

in ordinario. hoc locum habet, non in delegato ſecundum Inno. *Subtrahuntur*, Secus de beneficio.vt le.& no.ſ.de iudi. c.primo.& ibi vide.Nec fructus iſtius ſibi reſtituetur poſtquam fuerit abſolutus, ſi iuſtè fuit excõmonicatus,ſecundũ Inno.& Hoſtien.de cleri.excom.mi.§.j ver. ſed nunquid. Et dicit ad G.quòd ſiue expreſſum ſit in ſententia excõmunicationis, ſiue non, habet locum quod hic dicitur ſecundum Innocen.Et vide vnum intellectum per Ioã.xxj.diſt.clericus in fine vbi not.quòd beneficiũ debet aſsignari vni, qui medio tempore celebret. Hodie tamen videtur textus contra præmiſſa de pœ. multorum in.cle. vbi poſt excõicationem fertur ſuſpenſio,ſuper fructibus.Sed in hoc non eſt contra.
27 dictio vbi dicit glo.quòd ſuſpẽſus† à beneficio in vno loco, poteſt alibi habere.intelligo, niſi propter crimen ſuſpenſus eſſet.arg.de cleri.excõ.mi.ſi cele. Et ſecus ſi eſſet interdictus ab ingreſſu eccleſiæ de ſent. excom. is cui.lib.vj.Dicas enim quòd vbi aliquis ab officio ſuſpenditur propter infamiam ſcandali,bona non ſubtrahuntur, niſi ex magna cauſa.argu. xvj.q.j.inuentũ de pur.can.inter ſoli. Vel niſi cõtemneret vel eſſet in mora petendi abſolutionem.arg.vj.q.ſuper cauſa de elect.c.fina.hęc Archi.xxij.diſt.pręter.vbi vide per Io. idem videtur no.per eundem de re iudi.in glo.ſ.duum.Et poſt H. de ſent.excõ.§.qs ſit eius effectus vbi ſic diſtinguiť,& ita notat H.quòd nũquam ſuſpenſus ab officio.ſuſpenſus eſt à beneficio,niſi exprimatur.De iſta materia dic plenius,de conſuetudine cum dilectus. No.ad finem glo. vbi dicitur quòd omnes fructus ſubtrahuntur, ſicut dicit glo. niſi fame periret.Et no.Archi.de elect.generali, licet videatur aliud dicere,& temperare in.c.ſi cõpromiſſarius. ſuper verbo. beneficijs ſecundũ Collectariũ.¶ Supple glo.in glo.j.ibi, *eſs gnore*, & quàm plura potes videre in Spec.e.tit.§.in quibus.ver.ſed quid dices.In glo. *hec ratio*. ibi, *executionem*. ad materiam remittit.Nouella.ad notata ſua de conceſſ.præ. cùm noſtris in glo.multum ergo.in prin.& ibi, *ſignificarunt*. j̃.de teſta.Raynutius &.c.Raynaldus. & ibi, *non poteſt*. ſupple & ibi tamen appellatur ab eo.& ibi nõ appellatur.ix.q.iij.cõtra.ff.qui &à quibus.l.j. *& in fine*. item executio condẽnationis aufert victo quod tradit victri renũciatio nõ excõicationis excõicato nihil auferre de ſent.excõ.cùm nõ ab homine.j.reſponſo. In glo. vlti.ibi, *præter hec*. vbi de hoc & ibi, *diaconi*, in vlt.& hic & leges prędictę nõ loquunť de malè merito & ibi, *quiſ-*
28 *quis*.vbi de hoc &.xviij.q.iij.placuit & per hoc patet† excõicatũ nõ propriè cõparare re legato pót.ij.quis relegatus eſſe ab vna prouincia & non ab alijs, & ibi, *ſi quis præſbyter*. vbi no.q ſecus in ſuſpenſo à bñficio & ibi, *prauadet*. vt.ſ.non habeat diſtinctio cauſę & meriti,qa celebrare diuina prouenit ex ordine quo impedito per ſuſpenſionẽ in nullo loco celebrare licebit.poſtulare prouenerit à peritia quę poſt interdictum perdurat ibi hodie. Et ideò non impeditur extra iuriſditionem interdicentis, niſi ſubdit infamia quo caſu lex impedit,& non homo.& ibi. *c.ſecundo*. ad hoc de elect.Cupientes.§.cæterum.&c.ſi cõpromiſſarius.§. penul.& vlti.lib. vj.& clemẽ. de pœnis.ſi quis ſuadẽte.ver. ſi qs ipſius filij ibi, *ſublatos*. de hoc.l. diſt. contumaces & facit quod not.lxxxj. diſtin.clericus victum. & in Spec. de fruct. & intereſſe.c.penulti.in fi.& ibi, *ſuper cauſas*. vbi de hoc & idem Goffre.ſ.de ęta.& qua cum bonę.& Vinc. de ſimonia quoties & ibi, *ego credo*, & idem Hoſti. & reſpicit primam partem glo. & ibi, *prouidendum*, cum poſsint ſe celebrare patendo quod depoſitus non poteſt. Simile quod not.de elect. quia ſepe in glo. apud.libro.vj. *Et in fine*. facit quod not.j. quæſtione ſecunda quàm pio.in glo. arg. quòd.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus appellans ab epiſcopo ad Papam,an renunciet appellationi ſi cauſam ad archiepiſcopum deferat.& numero.12.& num archiepiſcopus eo caſu cognoſcet.*
2 *Clauſula quòd appellatione pendente nihil innouari debeat quomodo intelligatur.*
3 *Crimina denunciare & notificare licere extra iudicium etiam alterius*
4 *Denunciationem extraiudicialem fieri poſſe nedũ in iudicio ſed extra.*
5 *Appellationi renunciantem proſequi etiam poſſe nullitatem ſentẽtiæ.*
6 *Grauato cuique infra.x.dies appellare licere.*
7 *Caſus quibus poſt appellationem ad papam interpoſitam,ordinarius cognoſcet.*
8 *Appellationis renunciationem inducit petitio coram archiepiſcopo ſimpliciter facta.*
9 *In caſu capituli ſolicitudinem quare denunciare poſsit archiepiſcopus ſententiam epiſcopi fuiſſe nullam.*
10 *Allegans contraria,quare audiendus nõ ſit & quid in eadẽ inſtantia vel diuerſis numero.11*
13 *Cognoſci non poſſe ſufficienter de fractione,niſi & de literis cognoſcatur.*
14 *De notorietate qualiter liquere debeat.*
15 *Grauamen quando renunciari cenſeatur.*
16 *Appellari non poſſe à ſententia quæ in rem tranſit iudicatam.*
17 *Renunciatio expreſſa & tacita quomodo differant.*
18 *Connexorum natura quæ ſit.*
19 *Cauſam principalem,effectu directum reſpicere debere.*

¶ *CAP. LIIII.*

1 SOlicitudinem. ¶ Caſus.Si excõicatus † ab Epiſcopo, poſtquàm appellauit ad Papam hãc cauſam ſimpliciter ad Archiepũm deferat appellationi renũciet,& Archiepus cauſam audiet. Sed ſi proteſtatur cõtrarium Archiepiſcopus non cognoſcet. Quod ſi faceret, Epus poſſet appellare.Et cõmunis diuiſio,ſecunda ibi, *nos igitur*. ¶ Expone literam.*Contumacem*, quia poſteà coram ipſo noluit comparere:& cautè hoc faciebat,dummodo iuſtè appellaſſet.ſ.de offi.dele.gratum. in fine.cum ſuis cõcordantijs. qui, ſcilicet appellans ad eum ſtatim.Sic.ſ.e.bonæ.§ fina. Dicit Innoc.q hæc non ab Archiepo: ſed à Papam iuſtè peti poterat abſolutio ad cautelã.j̃.de ſen.excõ.per tuas. & q ſentẽtia pronũciaretur nulla de offi.dele.Et quicquid fuerat attentatũ poſt appellationẽ caſſari.j̃.e.cum cauſam.ab Archepo etiam poteſt per ſimplicem querelam abſolutionem petere & procedere.vt no.de offi.ordi.ad reprimendã.Sed tunc app.renunciat.j̃.e.c.in fine:ſed dic vt ibi. Et quædã hic not. per Hoſti. de intereſſe excõicati vide per Nouellam.j̃.de ſent.excõ. ſacro. ſuper glo.j.ad damna. *adijciens*,proteſtando, *appellationi*, ad nos interiectæ.videlicet de app.vtrũ ſit iuſta vel iniuſta. ar.de ma.& obe.cum inferior cum concor.Sed cõtra.ſ.e.cõſtitutus.§.j.ſo.ibi Hoſti. *Omnino*.i.aliquo modo.Hoſti. *de his*, vt de excõmunicatione in caſu propoſito Inno. in quo caſu ſcilicet quãdo nõ poteſt cognoſci de innouatis quin cognoſcatur de appellatione vel reſpicit caſum prædictum,quando excõicatus de excõmunicatione iniuſta cõqueritur adijciens quod nihilominus appellationem quam fecit intendit proſequi.Sed prima prænalet. ſecundũ Hoſti. præſumeret partibus inuitis,aliàs contra.ſ.e.conſtitutis.&.c.directè Hoſti.Quærit ergo, quid ſi partes.i.Epiſcopus & appellans conſentiant,quòd Archiepus de appellatione & ipſius iuribus cognoſcat.Et videtur quòd tunc poſsit cognoſcere.arg. eius quod nutať.de offi.dele P. & G.&.c.de cauſis.de arbi.cũ tẽpore.Sed cõtra,quia in hoc ſolus Papa iudex eſt:ergo partes cum ſic clerici nõ poſſunt hãc iuriſditionẽ in alium ſine ipſius licentia prorogare: de foro compe. ſignificaſti. Vnde ſecundũ eum, duo ſatis notabilia dicuntur. quòd Epus poteſt appellare,ſecundũ quod & ſi nõ appellet, proceſſus Archiepiſcopi,nullus eſt : tanquam à non ſuo iudice factus.de iudi.at ſi clerici.Cum nec de hoc cognoſcere poſsit vt præcedit.Per quæ dicit patere, quòd ſi excõicatus poſt appellationem appellationi renũciet tacitẽ vel expreſſè. Licet in veritate nõ ſit:eccleſia tamẽ militans habebit illum pro ligato quod dic vt.j̃.de ſent.excõ.licet.lib.vj.*eius appellatione*, dubia de notoria ſtatum ſubmittit cõtra ipſam.Nota quomodo in

2 telligatur quòd appellatione † pendente nihil innouari de-
bere: quia pôt is à quo appellatū eſt, comedere, bibere, vēde-
re, emere, & ſimilia facere, quę non retractātur: ſed illa tan-
tùm quę contingunt appellationē vt. ĩ. & fiunt cōtra ipſam.
vt hic. ad idem. ſ. de elec. cum nobis olim. in prin. Et de hoc
ĩ. e. cōſuluit. ij. in fi. Hoſti. Si verò notoriū. nota per ꝓbatio-
nes receptas ab Archiepō, cum nec de hoc cognoſcere de-
beat, quantū ad appellationē: ſed quādo extra iudicium, ei
de hoc liquere poteſt, cùm mandatū factum ſit certū, & ma
nifeſtum eſt illud eſſe iniquū, & tale à quo potuit licitè ap-
pellari. ĩ. eo. primo. in fine, hoc etiam licuit Archiepo. Et ſi
mandatum nō eſſet ita notoriè iniuſtū, dummodo eſſet ita
manifeſtum, quod probari poſſet ille enim Archiepus non
gerebat vicem iudicis, ſed potius denūciatoris ſi. ſ. e. venera
3 bilem §. obiectioni & extra iudiciū, bene † licet denunciare
& notificare crimina etiā alterius dummodo talia ſint, quæ
probari poſſint. hoc eſt potius denuncianti ad meritū quā
ad pœnam. vj. q. j. c. j. & c. ij. ſimul. l. lege. de epiſ. & clerici nulli.
§. fina. ff. de peti. hære. Item veniunt §. à quo. ff. de iureiuran.
eum qui. reſpon. j. Et dicimus hanc denūciationem licitam,
& non tantum coram iudice, ſed etiam alibi faciendā, dum-
modo ex cauſa fiat, ſicut erat hoc, ſcilicet ne iuſtè excōicatus
vitetur vel auxilium amicorū perdat. Si verò Archiepi vel
quicunque alius crimen Epiſcopi vel cuiuſcunque alterius, etiā
verum ſine cauſa ad ipſum tantùm infamandū denunciet,
peccaret, & pœna dignus eſſet. ar. ſ. de poſtu. quiſquis §. j. &
vj. q. j. ex merito. & c. deteriores & patet in eo quod notatur
de teſti. cogēdis dilectorū. Et idem ſi denūciet crimen alte-
rius, quod nullatenus probari poteſt vj. q. ij. c. j. & c. ij. & ꝙ ſi
Archiepus vel quis alius. q. iudex, vellet excōicationis ſentē-
tiam denūciare iniuſtam vel nullam, vel cogere ſubditos ad
communicādum excōicato. q. non excōicato hoc nullo mo-
do liceret, niſi partibus præſentibus, & iuris ordine obſerua
to. Et eſt ratio diuerſitatis iſtorū duorum caſuū. quia in pri-
4 mo locuti ſumus † de denūciatione extraiudiciali, quæ fieri
poteſt non ſolum in iudicio: ſed & extra. In ſecundo verò,
de denunciatione iudiciaria, quę non debet fieri ſine aliqua
cauſæ cognitione. ij. q. j. c. j. & c. ij. ſecūdum Inno Sed Hoſti.
intelligit quòd loquitur de notorio iuris, & facti, in quo nō
egemus examinatione vel teſtibus, vt le. & not. ſ. de fil. preſ-
biter. quoniam §. fina. ſ. e. peruenit. ij. *indiſcretum*. factum per
Epiſcopū à quo pars appellauit. Et ideò certum eſt, appella-
tionem tenere. & per cōſequens, excōicationem nullam eſſe
quòd ex ſola ipſius inſpectione ſciri poteſt. ſ. de offi. dele. cū
contingat. & . ſ. de reſcript. cum contingat §. ſi verò ex lite-
rarum inſpectione. de elect. venerabilem §. obiectioni. verſi.
exercuit: & §. nos igitur. ver. ſunt enim notoria ſecūdum In-
noc. puta pręcipiebat ſecundum Hoſti. quòd nō comederet
vſque ad. ix. dies, vel quòd committeret ſe alicui periculo, de
quo nō eſt veriſimile, quòd euadere poſſet: vel aliquid aliud
quod non pertinebat ad officium imperātis. ff. de re. iuris. fa
ctum à iudice. & e. tit. ea quę fiunt. lib. vj. Quibus autē man-
datis obtemperandū ſit. dic vt plenè not. ſ. de temp. ordi. ad
aures §. j. Et pro hoc quod hîc dicitur, patet ꝙ vbi mandatū
Epiſcopi ita notorium eſt, poteſt Archiepus denunciare ex
communicatū non fuiſſe ligatum, dato etiam, quòd appella
tioni ſuæ renunciauerit: vt patet. ĩ. e. j. ſecundum Hoſtien.
iniuſtum. exemplū. ſ. de tranſla. c. ij. ad finem. de tempo. ordi.
dilectus, *non tenebatur*. quia erroneum. de exceſſ. pręla. cum
ad quorūdam: & c. dilectus. Vnde illud annullaret ſententiā.
ſi exprimeretur in illa de ſent. excō. per tuas, *poteſt Archiepi-
ſcopus*. Ille eſt vnus caſus, quo metropolitanus habet iuriſdi-
tionem & c. alij plures nota. de offi. ordi. paſtoralis. *declarare*.
ĩ. de ſent. excō. per tuas. ĩ. c. proximo. Dicit Inno. quòd non
credit hanc declarationē in tantum valere, quòd alij debeāt
ſibi communicare valet tamen, quantū ad hoc, vt hi. qui ei
pręſtant auxilium vel cōſilium, quòd appellationem ſuam
proſequatur, nō intelligūtur incidere in canonē maioris ex-
communications. Item valet, vt per hoc excōicator à mul-
tis increpatus, emendet, quod malè fecit. ipſum excōmuni-
catum abſoluendo: ſed Hoſtien. dicit tenendum hoc, quod
dicam ſuper glo. & intelligit Hoſtien. declarare diffiniendo:
ſed de plano. hoc dicit, quia largè etiam is qui definit decla-
rat. ff. de rei ven. & ex diuerſo §. j. ff. ſi ſeruus vend. ſicuti § ſed ſi
quæratur, *quæſtionem*. non proteſtando de appellatione,
quòd illi nō renunciet ſecundum Innocen. & Hoſti. & con-
quęrendo de iniuſta excōmunicatione, nō de nulla: quo caſu,
nullus poteſt abſolutionem impedire. ĩ. de ſent. excō. ſacro.
ſecundum Inno. ſecūdum quem eandem ſententiā excōica-
tus, poteſt dicere nullam: proſequendo appellationem & in-
iuſtam obmittendo proſequi app. Dicit Hoſti. ꝙ talis qui ſu-
per iniuſta ſententia cōtra Epum, coram Archiepo compe-
ritur, renūciat appellationi & proſecutioni. Vnde ex appel-
latione ſe iuuare nō poteſt. vij. q. j. quàm periculoſum. C. de
re. cre. ſi quis iuſiurandū. poſt prin. C. de condi. inſer. l. pe. an-
te finem. de reg. ſtatuimus. cum ſuis cōcord. Ex quo poteſt
contingere, ꝙ excōmunicatus verè non ligatus, verè ligatus
vitabit quod dic. vt. ĩ. de ſent. excō. licet. lib. vj. per quam pa-
5 tet, ꝙ † renuncians appellationi proſequitur etiam nullita-
tem ſententiæ ſi tamen eſt notoriū mandatum iniuſtum &
ſic appellationem legitimā: & per cōſequens illum nō liga-
tum ex quo hęc ſunt notoria, & examinatione nō indigent.
Nec aliqua ex his partes diffiteant, poteſt Archiepus ex offi-
cio ſuo declarare: vt. ſ. proximo reſpon. Ex quo enim ſic de
veritate euidenter conſtat debet caſſari omnis malitia ob
ſcrupulus, omnis opinio, & veritas præualere debēt · vt pa-
tet qui filij ſunt legitimi per tuas. de pur. vulg. c. ij. ſecūdum
Hoſti. *de cauſa*, excōicationis an ſit iuſta vel non, *renunciare*.
quoad Epum, non quoad aduerſarium, cōtra quem bene po
terit appellationē proſequi: non ob. tali renunciatione. ĩ. de
off. dele. gratum. licet enim videatur renūciaſſe appellationi
quantū ad excōicatorem, non tamen quantū ad partem vel
quantū ad grauamen ſibi illatū, & proſecutionē illius pro-
pter quod appellauit: eſto etiā. ꝙ poſt grauamē poſt lapſum
x. dierū computādorū à tēpore grauaminis illati, teſtes pro-
6 duxerit coram iudice, qui grauauit. cùm † cuique grauato. ĩ.
x. dies liceat appelare. ſ. de elect. cum dilecti § fin. de teſti. ſi-
gnificauerūt. ſ. tit. j. quod ad cōſultationē. quæ videtur etiā
contra. Sed ibi quaſi expreſſè renunciauit vel acquieuit ſen-
tentię. hoc nō. Poteſt etiam quis errorem ſuum ante ſenten
tiam reuocare: ſed non poteſt. C. de iur. & facti. ignorantia. l.
errore. Tamen ſi appellauit à grauamine, & poſteà renūciat
appellationi tacitè vel expreſſè renūciare videtur. & grauа-
mini vnde nō videtur, ꝙ etiam intra. x. dies poſſit ab eodē
grauamine appellare: nec redeat ad id cui ſemel renūciauit.
& ne leges fiant ludibrio. ſ. e. cum ſit. j. reſpon licet aliqui cō
tradicant ſecundum Inno. Sed Hoſti. dicit ſe clarà nō intel-
ligere hanc glo. inducit autem ad prin. ipſius, quod dicitur,
quòd renūciaſſe videtur quoad Epum: vel quoad aduerſa-
rium: quia diuerſę ſunt perſonæ & ad aliud agitur ad vnum
quā ad alium. vnde renunciatio quoad vnum nō valet quo-
ad aliū: ſicut nec proceſſus. nec ſentētia. ff. de pœnis ſi vnus.
§. ante omnia. ff. de except. rei iudi. cum quæritur. & duabus
l. ſequentibus. Et quod no. de teſti. veniens ij. & c. cum cau-
ſa. Sed Hoſti. dicit, ꝙ nō videt quòd hoc ſtare poſſit · & hoc
propter connexitatem. vnde putat contrarium, remittit. ſ.
tit. primo. cum ſuper. Quid enim ſi Epiſcopus abſoluat poſt
talem renunciationem ad mandatū Archiepi, & demum ci-
tet Epiſcopus partes, & velit in principali procedere nunquid
licebit appellāti, excipere contra Epum, ne procedat pro-
pter appellat cui etiam ſecundū Inno. quoad epum renūcia-
uit, oportet ſateri ꝙ non: per conſequēs ergo epiſcopus pro
cedet in principali, non ob. tali appellatione ſecundū Hoſti.
7 *videatur*, nota † caſus quibus etiam poſt app. ad Papam inter-
poſitam, ordinarius cognoſcit: quando hoc ignorat. ſ. eo. ſi
duobus & quando is qui appellauit expreſſè renunciat. ĩ. eo.
directè vel tacitè vt hoc. & . ſ. e. ad hæc. iij. ita tamē, ꝙ de ap-
pellatione ad Papam interiecta ſe nō intromittat vt. ſ. *ſed ſi*
hoc ad-

hoc aduerſa demittát à parte quia verſus.ſ̃.proximus loquitur quando fit proteſtatio,& quòd in verſu iſto proteſtatio impedit proceſſum Archiepi, aliâs dixiſſet etiam ſi & vide quod dicam in fine. *vel factum*, publicum nuncium mittendo,vel in propria proſequēdo appellationē: & hoc per procuratorem petendo. Hoſti. *proteſtetur*, de materia proteſtationis vide, quæ ſcripſi de foro compe.c.ex parte. B. in dictis Collectarij.verſi.quærit: &.ſ̃.de conſti.c.cum.M. & de elect.c.crimina. *Aduerſa*. i.contraria quia proponēdo querelam videtur appellationē excludere, & proteſtando appellationem videtur querelę renūciare.Item quia per modū querelę poteſt dicere ſententiā iniuſtam:ſed non nullam,& per modum appellationis poteſt dicere nullam nō iniuſtā.Item per modum querelę dicit Archiepm iudicem,per proteſtationē verò appellationis illum excludit:apparet ergo cōtrarietas ex prædictis ſecundū Inno. *Audiendus*,per Archiepm ſuper querela quam deponit de Epo,qui ipſum ecōmunicauit.Innocen.& hęc eſt vera lectura,non illa ſi diceres iſtum. non audiendum ſuper eo, quod proteſtetur quæſtionem ea non ob. procedat Archiepus quod denotat aduerſatam: ſed ſi vt ibi dixi. ¶ Sup. gloſſas. in glo.ij.;in fine reſpicit textum non proxi.alleg.& illud ſpeciale, & ratio ibi patet in glo. iij. in fine regulare eſt.j̃.de reg.iuris acceſſorium. libr.vj.in glo. ſed quęritur ibi, *poſt illam appellationem*, ſupp. & ſic propter illam appellationē quam impugnat nō poteſt reſiſtere proceſſui metropolitani adhoc.j̃.de reg.iuris.ex eo.libro.vj.ſed dic quòd regulariter auditur in excipiēdo,videtur allegatio cōtraria quod dic vt.j̃.de reg.iuris.nullus pluribꝰ.lib.vj.vel non fatetur appellationē legitimam.Sed dicit cognitionem huius cauſę iudicis ad quem appellatum eſt : quia ſuper eodem articulo coram diuerſis non debet fatigari de reſcript. ex tenore:& ibi, *quia ſi probabilis*,& vera per appellationis iudicem approbata.aliter ſola probabilitas cauſę non ſufficit, niſi in caſu.j̃.de elect.ſi poſt quā.lib.vj.& ibi,*ſuſpectos*,,quod de facili iudicaret pro actu ſuo cōtra appellationem.Reddebat Io.& aliam rationem, quia ſi ipſe iudex eſt etiam ſimilis ratio quia cognoſcit de reſtitutione contra ſuam ſententiā: & non contra appellationē.Et de hoc in Spec.ij.parte de reſti.in integ.§.videndū poſt medium Et ibi,*ſed cum dubitatur*, inter iudicem & partem ſecus ſi inter diuerſos delegatos qa tuc interdū recurritur ad arbitros.ſ̃.de reſcript. paſtoralis & in fine dicit Hoſti. cum de iuriſditione agitur cognoſcit de illa:quia redditur in inuitum.ff.de ver.ob. inter ſtipulantem.§.j.Sed in appellatiōe agitur de iuriſditionis exemptione,& in ſuperiorē trāſlatione, de qua ſuſpectus vel inferior non recognoſcit.xxij.diſt.inferior.ſ̃.e.ad hęc.Sed ſolutio nō placet.j̃.de priuileg perſonæ.libr.vj.in glo.ſed nunquid ibi, *ſuperioris*.Dicit Hoſtien.quòd hoc haberet locum in dubijs, & quando aſſumeret partes iudicis cognitoris, vt.ſ̃. proxi. reſponſo.Quādo verò notorium eſt, appellationem eſſe legitimam,metropolitanus nō contentioſe cognoſcendo,declarare poteſt ſententiā fuiſſe nullam:& per cōſequens excōmunicatum nō fuiſſe ligatum:ex quo apparet euidenter appellationē ſuam tenuiſſe.de offi.dele.cum contingat. In glo. vlti.ibi,*auditis*, &.xlv. diſt. diſciplina & quod ibi notatur in vlti.glo.& ibi,*litis conteſt*.idem arguūt Pe. Vinc.& Hoſti. ſed meo iudicio potiùs ſumitur hic contrariū quia petitio corā

8 † Archiepo ſimpliciter facta inducit renūciationem appellationis,quem effectum renūciationis impedit proteſtatio. ſic petitionis reſponſio ſimpliciter facta inducit cōteſtationem:quem effectum cōteſtationis impedit proteſtatio. Sed prędicti arguentes, non ponderauerūt caſum, ſed corticem literę quæ dicit nō audiri allegantem contraria: procederet etiam argumentū , ſi intelligas finem, ꝙ ille nō ſit audiēdus ſuper proteſtatione quaſi illa non ob. procedat Archiepus. Sed illa lectura falſa,vt dixi in textu:& in fine de hoc.ſ̃.de litis cōteſt.c.vno.iij.& ſup.j.g.quęſt.venerabilis & incipit quidam proteſtatus fuit.& ſic ſolū Tanc.dicit,quòd nō eſt facta lit.conteſt.quia iudex & aduerſarius, tacēdo videntur cōſentire.Et idem reſpondebant Accur.& Hug.& de hoc in mercu.quam poſui ſuper regula exceptionē.de excep.lib.vj.

¶ PRIMO quęritur vtrum ſi excōicatus occaſione excōicationis amiſerit beneficiū, ad quod forſan aliâs niſi excōicatus eſſet vocatus vel electus fuiſſet contra excōicationem ad ſuum intereſſe,ſeu ęquiualens beneficiū,poſsit habere recurſum:& dic ꝙ ſi iuſte eſt excōicatus, ceſſat recurſus : quia Epus non peccauit.C. de adul.l.Graechus.xxiij.q.iiij.qui peccat de ſent.ſacro.§.verum:ſed ſi iniuſtè, tunc ſi occaſione huiuſmodi amiſerit excōicans, ſibi tenet̃ ad intereſſe & vltra eſt ſuperioris arbitrio puniēdus:vt prędicto.c.ſacro.§.cumqꝫ vnde tenet̃ ad ſimile beneficium ſi illud pręſtare poteſt. Et aliâs debet ſuperioris arbitrio cōdemnari:vt.e.tit.c.ſacro.& j̃.de iure patro.paſtoralis. ſic ꝙ non ſolum damni quod incurrit. ſed etiam lucri quod habere potuit ratio habeat̃.ar. ff.de eo quod certo loco.l.iij.in fine.ſi autem iam electū prætextu excōicationis,confirmato retuliſſet,ageret excōicatus de iniuria contra cōfirmatorem:ar.j̃.de contrahē. emp.c.ſi. & ſi illo ſoluendo non ſit, in ſubſidiū contra excōicatorem. ff. de eo per quem factum eſt.l.iij. ſecundū Hoſti. Si tamen ante excōicationem canonicè electus fuiſſet,nō poſſet propter hoc priuari iure ſuo:cum tēpus impedimenti in trimeſtri quod datur ad petendū confirmationē,nō debeat cōputari:vt.j̃.de elect.c.quā ſit.§.cæterum.lib.vj.

¶ SECVNDO quęritur ad declarationem glo. ſed nunquid quia in

9 † caſu huius capituli poſsit Archiepus pronūciare ſentētiam Epiſcopi nullam fuiſſe.vel denūciare ipſum appellantē non ligatum?Sic quòd in caſu dubij, aſſumendo partes iudicis & contentioſe cognoſcēdo hoc nō poſſet: qa vſurparet ſic officium iudicis ſuperioris:vt in glo.Sed in caſu notorij poſſet declarare ſententiā nullam fuiſſe:& per cōſequens excōicatum ligatū nō fuiſſe.Ex quo euidenter apparet,appellationem eius tenuiſſe. Et ſic ex officio ſuo declarādo,& non contentioſe cognoſcendo. de offi.dele. cum contingat ſecundum Hoſti.

10 ¶ TERTIO quęritur † qualiter allegans contraria eſt audiendus? Diſtingue aut quęris nūquid aliquid poſsit allegare cōtraria contra diuerſas perſonas,aut cōtra eandem perſonam.Si contra diuerſas perſonas,tunc poteſt:vt probatur ff.de inoffi.teſta.l. Papinianus. cōtra veterani teſtamentū.§. ſed nec impuberis. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamēti.l.qa aūt Et eſt ratio,qa res inter alios acta. in rubro & nigro.ſ̃.de re iudi.c.quanuis,cum ibi alleg.ſi contra eandē. Tunc aut ſunt talia cōtraria quę ſi tollunt electione,& tunc nō pōt quis vti talibus cōtrarijs,cōtra aliquē. ſic intellige.C. ſi ſeruus extero ſe emi man.l.vna:&.C.de furtis.l.j.C.de codicillis.l.fin.facit. ff.de tribu.l.quod in hęredē.§.eligere.j̃.de elect.vt quis duas. lib.vj.cum alijs ibi allegatis. Nam ad poſitionem vnius contrariorum ſequit̃ remotio alterius.ff. de ver.ob.l.hæc verba ille autem &.ff.de inſti.l.pupillus.§.ſi inſtitoria. Aut ſunt talia contraria,quę ſe nō tollunt electione:& tunc aut allegās contraria,erat probabiliter in facto ſuo, vel alieno, quicqd error huiuſmodi allegationi contrariæ cauſam præſtat. Et tunc allegans cōtraria auditur,ſiue agendo vt.ff.quorum le. l.j.§.quod autē. ſ̃.de præſcript. auditis.de in integ.reſti.conſtitutus.ver.hoc notāt Go.Inno.& Hoſti.ſiue excipiendo:vt ff.de excep.l.nemo.ff.de reg.iuris.c.nullus pluribus.lib.vj.qa cui damus actionem &.c.ff. de ſuperficiebus.l.j.§. quod ait. ff.de reg.iuris.l.inuitus nemo.§.cui damus.j̃.de reg.iuris.l.qui ad agendum.lib.vj.Aut allegans contraria non errat probabiliter in facto ſuo vel alieno ſic ꝙ error huiuſmodi allegationi contrariæ cauſam præſtet:& tunc aut vult allegare cōtraria, agendo aut excipiendo : ſi agendo, tunc aut ſimul & in eadem inſtantia iudicij:& dic quòd non poteſt, vt hic & ſ̃.de iudi.c. examinata : & de præſcript.c.veniens. & ſic poteſt intelligi.l.alleg.C.ſi ſeruus extero.l.j.& de fur.l.prima.ff. de reg.iuris vbi repugnantia. & quando app.ſit.l.j.§.ſi alius. xiij.quęſt.ij.quid prępoſterum. xxiij.quęſt. vij. quod autem lxxiiij.diſt.geſta.cum alijs alleg.per Ber.& hoc tenent. Car-

di.& Io.And. in c.alleg.nullus pluribus. & Archi.l.diſt.in.c.
quid eſt.in glo.ſi.Sed fallit fortè,quando non ſunt contraria
quoad finalem effectum,ſed potiùs tendentia ad eundem fi-
nem & vnum allegatur vt confirmatorium alterius.& ita
poſſes intelligere.ſ.de præſcript.auditis.&.c.cum olim.ſ.de
conceſſ.præben.poſt electionem.& dixi.eod.titu.c.veniens.
quo caſu non videtur eſſe propriè contrarietas: ſed potiùs
compaſsibilitas iurium diuerſorum: Aut ſucceſsiuè,& in di
uerſis inſtantijs,& tunc aut ſunt contraria,in principio tan
tum,non tamen in fine ſeu in finali effectu: Aut ſunt con-
traria in vtroq;,ſcilicet in principio & fine ſeu in finali effe
ctu, in primo caſu, poſſunt allegari in diuerſis inſtantijs,
vt probatur.C.de inoffic.teſtamento.l.eum qui. &.l.contra
maiores.Et hoc tenet Io.and.extra eo.ti.c.ſi appellationem.
in fine magnæ glo.in cle.& in.c.alle.nullus pluribus.& hoc
membrum ſatis poſſet appræhendi ſub membro ſequenti.
Sed ipſum poſui vt clarius materiam videas.In ſecundo re-
fert aut vtendo primo cõtrario in prima inſtãtia obtinuit,
aut ſuccubuit,ſi obtinuit,tunc alio contrario & in alia in-
ſtantia vti non poteſt:vt.ff.de condi.&de.l.Titię ſi non nu-
pſerit.Si ſuccubuit,tunc in alia inſtantia alio contrario vti
poterit:vt ſatis probatur.ff.de lib.le.l.Aurelius.§.fin.& in.c.
alleg.examinata.&.ff.de euict.l.minor.§.ſi ſeruus.ſi excipien
do,tunc aut in eadẽ inſtantia, aut in diuerſis,ſi in eadẽ,tunc
diſtinguit Dy.in.c.alleg.nullus pluribus.ſ.de reg.iur.lib.vj.
Aut proponuntur cõditionaliter,aut ſimpliciter,ſi condi-
tionaliter vt quia dico me debitorem non eſſe,Et ſi contin-
git probari me debitorem eſſe,propono exceptionem pacti
de nõ petendo,vel ſolutionis,vel aliã ſimilem,& tunc pro
poni poſſunt vt.C.de except.l.ſiquidẽ.in fine.ſi proponun-
tur ſimpliciter,tunc aut poſsibile eſt,primã conuenti aſſer-
tionẽ concurrere cũ ſecunda, ideſt,poſsibile eſt,illud quod
in vtraq; cõtinetur ſimul & verũ eſſe,tunc licet proponere
ſimul & etiam diuerſis tẽporibus,& ita loquitur.l.alleg.ne-
mo probibetur.ff.de except.&.ſ.de reg.iur.nullus pluribus.
lib.vj.Aut non eſt poſsibile primã conuenti aſſertionẽ cum
ſecunda concurrere,ideſt, nõ eſt poſsibile ſimul verũ eſſe,
quod in vtraq; continetur vt quia in vna negat,in altera af-
firmat,affirmatio & negatio ſunt directè contrariæ:& tunc
dico, quòd non audietur vt in authentic. de tri. & ſemiſ.§.
ſtudium quoq;.&.§.illud quoq;.collat.iij.C.de non nu.pecu.
in authen.contra qui propriã. &.C. de compen.l.finali. qui
po.in pig.ha.in auth.item poſſeſſor.ff. de rei.ven.l. fina.ff. ſi
quadru. pau. fe.di.l.j.§.interdum.ff.de noxalibus act.l.quo-
ties.§.prætor ait.&.l.ſi ſeruus depoſitus.§. ſi negauerit ſecun
dum Dyn.Et præmiſſa notata per Dyn. intellige, quando
omnes ſeu ambæ ſimul,& in eadem inſtantia proponuntur.
Sed fallit, quãdo exceptiones nõ ſunt cõtrariæ quòad finalẽ
effectũ:ſed potiùs tendunt ad eundẽ:finẽ & vna allegatur vt
confirmatoria alterius:vt ſupradictum eſt in actionibus. vt
ſ.de præſcript.auditis.&.c.cum olim.& de conceſ.præben.
poſt electionẽ.de re.iu.cõſtitutus.&.c.cũ dilectus.ſi verò in
diuerſis inſtantijs,vel in vna inſtantia,ſed ſucceſsiuè, tunc
proponi poſſunt:vt in.l.alleg.nemo prohibetur & in.c.alle.
nullus pluribus. vt not.ibi Card.in q̃one ſed quare &c. Sed
hoc fallit in multis caſibus,in quibus propter ſuã negationẽ
& ſuũ mẽdaciũ quis punit,quos vide per io.an.in.d.c.nullus
plurib⁹. & qui pro maiori parte continent in legibus.ſ.alle.
per Dyn.Et vide quod notat Archid.l.di.in.c.alleg. quid eſt
11 in gl.fin.vbi dicit,breuiter quòd allegans† contraria in ea-
dem inſtantia iudicij non auditur.ſecus in diuerſis.Et quod
pleniùs notat.xuj.q.ij.in ſumma.in glo.adde dicas quòd titu
lus vbi ſatis in effectu concordat cũ præmiſſis.dicens,quòd
ex titulo duplicato nõ agitur.vt.ſ.de fide inſtru.inter dile-
ctos.in fine.C.de contrahen. empt. cum res.&.ff. de acquir.
poſſ.l. poſsideri.§.ex pluribus. ſed ex duplicato titulo bene
excipitur.vt in.capi.alleg.conſtitutus.&.capi. cum dilectus.
dereli.do.& hoc idem notat Ioan. And.in dicto.capit.nul-
lus pluribus.

¶QVARTO accedo ad dicta Collectarij, *ſcilicet ſublato.*
12 Caſus ſecundum Io. And.excõmunicatus† ab Epiſcopo qui
appellat ad Papam, veniens coram Archiepõ, appellationi
renunciat & Archiepus cognoſcet: ſed ſi proteſtetur, non
cognoſcet: aliâs appellari poteſt, *officium eius.* hoc valde eſt
contrariũ ei quod notatur iuxta Innoc.ſ.e. cum teneamur.
meliùs in.c.qua fronte.Sed ibi loquitur cùm petitur abſolutio
nis beneficium,non per modũ attentati, & à iudice qui ſen
tentiam tulit,vt credo nec deducẽdo cauſam appellationis
in iudiciũ vt hîc fiebat, *notorium.* ad idem de cenſi. Romana
§.notoria.ſed hoc non facit hîc vt iudex.vt virtute talis de-
clarationis abſolutus denunciari poſsit ſecundũ Inno. & H.
renunciare, vide ad hoc quod not.ſ. de re iudi.quod ad con-
ſultationem.& quę col.de elect.quia propter. ¶ Quid ſi iu-
dex qui per ſuam interlocutoriam me grauauit,aſsignet mi-
hi terminum,aliâs me excõmunicabit vel contra me proce
det dicendum ſecundũ Inno.quòd intra.x.dies teſtes produ
cere poſſet:& etiam appellare: nec obſtat.de offic.dele.gra-
tum.& hoc quia loquuntur in appellatione facta modo fa-
cienda.Et idem no.H.de teſti.ſignificarũt ſed Io. And.e.tit.
licet & Accur.no.contrarium.ff.de ſolu.ad ſolutionem.Di-
cit enim Accur.in prędicta.l.ad ſolutionem q; petendo ter-
minum ad ſoluendũ, videtur acquieuiſſe ſententiæ qui ap-
pellauit vel appellare potuit,ſed nõ obſt.ſecundũ eum,quia
loquitur de eo qui vltra paret iuſſui iudicis, aliâs ſecus. arg.de
re.iuris.quod quis.Sed tutius faceret,ſi proteſtaret,quòd eſ-
ſet ſibi ſaluum ius appellandi.Et no.ſecũdum Io. And. quòd
licet iſta decretalis cõmuniter allegetur, quòd petens cõtra
ria non eſt audiendus,Si tamen bene aduertas, hoc nõ pro-
batur hîc ſed potius contrarium quia per petitionem ſim-
pliciter factam coram Archiepiſcopo renunciat appella-
tioni quem effectum renunciationis impedit proteſtatio
ſecundum eum.

¶QVINTO quæritur ſpecialiter quæ ſit ratio dubitan-
di & decidendi in hac decretali.Dicit Inno.quòd cauſa du-
bitationis fuit,quia cum excõmunicatio ſit noua iniuria vi
debatur quòd apud quemlibet iudicem poſſet de ea deponi
querela.arg.ff.de except. rei iudi.l.ſi mater.§. eandem. Ratio
verò decidendi eſt, quia hoc ipſo,q; cum quæritur de Epiſco-
po,ex eo quòd poſt appellationẽ legitimam excõmunicatio
nis ſententiam promulgauit in eum.Oportet quòd de ap-
pellatione cognoſcat:ita ille neceſſariò appellationi renun-
ciat. Nec ob.quòd de noua iniuria apud quemlibet iudi-
cem &c. quia hoc ceſſat etiam ſi ſit noua iniuria, cùm pen-
det ex priori nec poteſt de ea ſufficienter cognoſci, niſi de
appellatione cognoſcatur ſecundum Innocen.& per hoc di-
ctum fuit hodie in conſilijs Rotæ quòd ſi reus citandus in
partibus ad mandatum auditoris palatij per Papam in cu-
ria ad cauſam illam ſpecialiter deputati literas citatorias au
ditoris fregerit, de iſta fractione non poterit cognoſcere.
auditor cameræ ſeu quiuis alius ordinarius cauſa coram
13 auditore palatij pendente: quia de † fractione non poteſt
ſufficienter cognoſci, quin de literis cognoſcatur. Et facit
nota.hic per Ber. in glo.ij.

¶SEXTO quęritur ibi, *ad appellationis beneficium*, qualiter
reſpondet ad capi.qua fronte.c.j.ſupra eodem.ſed dic vt no
tatur hîc per Ber.in glo.ſed quare. Cui concordat Inno. Et
adde, quæ ſcripſi poſt glo. illã in.iiij.ſuppletionibus. Et per
hoc ſum expeditus de.vj.glo.Inno.

¶SEPTIMO quęritur in verbo, *præſumeret*, quid ſi par-
tes,ſcilicet Epus & appellans conſentiant, q; Archiepus ex
ipſius viribus cognoſcat.Dic vt ſcripſi in expoſitiõe, in ver
bo præſumeret iuxta prin.ibi quęrit ergo &c.

¶OCTAVO quęritur ibi, *ſi verum notorium.* Qualiter de
14 † hac notorietate liquere debet ſed dic de hoc vt ſcripſi in
expoſitione ſuper verbo.Si verum notorium. Et ſic ſum ex-
peditus de glo.Inno.ſuper dicto verbo.

¶NONO quęritur ſuper verbo, *indiſcretum*, qualiter dici-
tur mandatum huiuſmodi expreſſum? de quo dic vt ſcripſi
in expoſi-

in expoſitione,ſuper verbo indiſcretum.
¶ DECIMO quæritur in verbo, *declarare*, quem effectũ
hæc declaratio habere debet, & inquantum de iure valere
poſsit. de quo dic vt ſcripſi in expoſitione ſuper verbo
declarare.
¶ VNDECIMO quæritur ibi, *deponit contra Epiſcopum
quæſtione*, per quem modum iſte deponebat huiuſmodi quę
ſtionem,an ſcilicet ſimpliciter vel cum proteſtatiõe,de quo
dic vt ſcripſi in expoſitione ſuper verbo *quæſtionem*.
¶ DVODECIMO quærit in verbo, *renunciare*, an etiã
quoad aduerſarium videatur ſic renũciare.dic φ nõ: ſed ſo-
lùm quoad Epũm:quod proſequere,vt ſcripſi in expoſitiõe
ſuper verbo renũciare. Et vide ad intellectũ huius, ea quæ
ſcripſit. Nouella.ĩ.e.c.ſi.ſuper glo.quid ſi.
¶ DECIMOTERTIO quęritur pone appellãs à gra
uamine, poſteà renunciat appellationi tacitè vel expreſsè.
Quęritur vtrum per hoc videatur etiã renunciare grauami
ni:vt adhuc inſiſtẽs.ĩ.tempus appellandi, nõ poſſit vlteriùs
ab illo grauamine appellare? Super quo vide quæ ſcripſi in
expoſitione, ſuper prædicto verbo, *renunciare*, poſt princi-
pium ibi tamen ſi appellauit &c.per quę apparet de opinio
ne.Innocen.Hoſtien.& Nouellæ etiam quod non quod ſem
per conſueuit allegari.Dicit tamen Martinus,quòd hoc fal
lit in caſu.c.ſi.ĩ.e.lib.vj.& cle.cum à repulſione.e.tit.vbi glo.
expreſſè ponit hanc exceptionem. ¶ Ioan.calde.in prędicta
cle.ſi.hoc dubium diſputans non allegat hìc notata: ſed du-
bium nouum. dicit implorans gloſſatores, quia hoc dubiũ
non mouiſſent,licet reuera Innocẽ.hoc mouiſſet hìc, & alij
15 poſt eum.Et finaliter dicit,quòd tunc † cenſetur renunciare
grauamini, quando grauamen eſt tale, quòd tranſit in rem
iudicatam: ſi. ut eſt interlocutoria lata de cognitione. quia
per talem renũciationem ſicut per deſertionẽ trãſit talis ſen
tentia,in rem iudicatam vt cle.ſi appellationi.e.tit.à ſenten-
16 tia † verò quę in rem tranſiuit iudicatam appellari non po
teſt.Sed ſi vellẽt calumniari, poſſent dicere hoc verum poſt
decem dies: ſed ſecus ante.x.dies. Sed Martinus ſtat nihilo-
minus cum Io.calde.propter notata.Inno.de quibus.ſ. Sub-
dit Cal.quòd vbi grauamen eſſet tale,quod non tranſiret in
rem iudi.vt in omnibus pręceptis & monitionibus quę fiũt
ſiue cauſę cognitione,tunc renũcians appellationi non pro
pter hoc cenſetur renunciare grauamini;imò pluries poteſt
etiam abſq; noua requiſitione facta iudici,ſuper reuocatio-
ne grauaminis:eo quòd ſemper remanet grauamen,cùm nũ
quam tranſiuerit in rem iudicatam ſecundũ eum.quod pla-
17 cet Mar.Sed caue,quia vidi aliquos † inter expreſſam & ta-
citam renũciationem diſtinctionem facientes, & dicentes,
quòd expreſſè renuncians appellationi: renunciet grauami
ni ſecus ſi tacitè. Et eſt ratio eorum, quia expreſſus conſen-
ſus,maiorem de iure recipit extenſionem, quam tacitus ſed
prędicta differentia alia die propoſita in conſilijs Rotæ au-
ditoribus non placuit. verum de hoc pleniùs intendo di-
cere in clemen. ſi ĩ.eo.alleg. niſi prius occurrerit occaſio hoc
tractandi.
¶ DECIMOQVARTO quærit,qualiter de iure po-
teſt procedere id quod tetigi.ſ. in. xij. quæſtione, videlicet
renunciationem appellationis factam fuiſſe quoad Epiſco-
pum excommunicantem.& non quoad aduerſarium, ad cu
ius inſtantiam excõmunicauit Epiſcopus? Reſpondet Col-
lecta.ſe clarè non intelligere nec videre,quo modo ſtare poſ
ſit propter connexitatem materiæ vt ſcripſi in expoſitione
ſuper dicto verbo renunciare ibi,ſed Hoſtien. dicit ſe clarè
non intelligere vſq; in finem illius gloſſę. ¶ Mart.tamen di
cit,quòd de rigore iuris ſtandum eſt opinioni Innocen.vi-
delicet quòd renunciando appellationi,non per hoc renun
ciat grauamini quoad partem. Sed solùm quoad epiſcopum
excommunicantem: & hoc probat per.c.venerabilibus.de
ſenten.excommu.libr vj § primo.& § cum autem vbi de gra
uamine propter quod inter partes eſt appellatũ, nullo mo-
do ad partis inſtantiam poteſt Archiepiſcopus procedere
etiam ſi pars appellationi remanciet. Et ita oportet intelli-
gi ſolum literam iſtam, quantum ad Epiſcopum, quoad ar-
ticulum appellationis & grauaminis,& ſic per conſequens,
quòd quoad præiudicium partis non videtur renunciaſſe
appellationi neque grauamini:da enim oppoſitum, & hæc
decre.ad finem.ver.cum autem excommunicatus de iure nõ
procedet e vt videtur. ¶ Quid dicendum? certè puto cum
Hoſtien. contrarium: & primò ratione connexitatis, quia
18 iſta eſt natura † connexorum, quòd vno ſublato, neceſſe
eſt & aliud tolli. de conſti.c. tranſlato.modò ſi in cauſa pen
dente inter me & aduerſarium coram Epiſcopo,appello ad
Epiſcopum contra partem, vnica eſt appellatio partem &
Epiſcopum connexè reſpiciẽs. Præterea quia talis appella-
tio vna ſola eſt, & diuiſionem non recipit.igitur pro parte
valere,& pro parte non valere,non poteſt.ff.de regu.iuris.l.
ius noſtrum non patitur. Præterea quia licet prædicta ap-
pellatio,Epiſcopum excommunicantem aliqualiter reſpice
re videatur,tamen principaliter & directè reſpicit:nec Epi-
ſcopum reſpicit principaliter & directè:ſed ſolùm acceſſo-
riè.ſi ſua prætenderit intereſſe.cùm non proceſſerit ex offi-
cio ſuo, ſed ad inſtantiam partis, niſi contra Epiſcopum vt
imponeretur ſibi pœna. propter iniuſtam excommunica-
tionem per appellantem coram Archiepiſcopo,quęſtio mo
ueretur vt probatur clarè in prædicto.c. venerabilibus.§.j.
Ex quo patet,quòd appellatio quam interponit pars ab Ar
chiepiſcopo contra partem principaliter & directè, ſolum
cauſam ſeu quæſtionem pendentem inter partes & inter-
eſſe ipſarum partium continet & deuoluit: & probatur in
prædicto.c.venerabilibus.§ primo.Et ſic renunciatio appel-
lationis,cauſam ſeu quæſtionem & intereſſe huiuſmodi di-
19 rectè & principaliter reſpicere debet:quia cauſa † ſiue actus
principalem & directum non autem indirectum & acceſſo
rium effectum reſpicere debet:vt.ff.de aut tu.l.prima.Non
ob.c.venerabilibus.§.primo.imò probat propoſitum vt pa-
tet ex dictis. Non obſtat iſta decretalis ad finem.ver. cum
autem excommunicatus:quia oportet quòd intelligitur nõ
de quæſtione ſeu cauſa principali ipſarum partium, quia de
illa non poteſt cognoſcere Archiepiſcopus, pro renuncia-
tione appellationis.vt.ĩ.eo.Romana.§ cum autem.libr.vj.
Sed de cauſa ſeu quæſtione pœnæ Epiſcopo excommuni-
canti pro iniuſta excommunicatione imponendæ & inter-
eſſe excommunicantis ab ipſo Epiſcopo excommunicante
extorquenda:pro eo quòd malè excommunicando, fecit li-
tem ſuam: inſti.de ob. quæ ex quaſi delicto na.in principio.
iuxta ea quę habentur in prædicto.c.venerabilibus.§ primo
Vel non oportet dicere, quòd iſte.ver. cum autem excom-
municatus ,per prædictum capitulum Romana.§ cum au-
tem.quantum ad hoc corrigatur. Verùm quia correctio iu-
rium eſt vitãda ĩ.de elect.cum expediat.lib.vj. probabilior
re,& Apoſtolos petere in termino præfixo:& non vltra fa-
cit optimè.ff.de leg.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem. ¶ Et
ita videtur ſentire Archi.eo.titu.cordi.ſuper verbo Apoſto
los.vbi videtur dicere ꝙ ſufficit vna requiſitio. ¶ Pro quo
optime facit dictum.c ij.&.iij.rñſo.¶ Secus autem,ſi iudex
à quo appellatur,non certum ſed intra terminum iuris aſsi-
gnaret. Tunc ſufficeret ſemel intra terminum comparere.li
cet oblatos intra terminum ſemper deberet recipere: & in
iſto caſu intelligitur de vltima hora diei ſecundum eum.
¶ Sed tempora fatalium à quo tempore currunt expreſſum
eſt homine ꝙ à tempore appellationis vel illati grauaminis
ſi à futuro grauamine appelletur, quod dic vt legi. & no.eo.
33 titu.ſicut in cle.¶ Quid ſi appellans † non petat Apoſtolos.
Cardi.eo.titu.cordi.not. ſecundum Hoſtié. ꝙ nihilominus
iudex eos dare debet:aliâs punitur.C eod.titu.l.eos.¶ Idem
Archi.ibidem. Quantú tamen ad appellantem non videtur
ſufficere vt dictum eſt.ꝫ.¶ Sed nunquid appellans tenetur
Apoſtolos recipere clauſos?¶ Pau.eod.titu.c.ij. in cle.dicit
ꝙ cum ſint literæ ſuperiori directæ dari poſſunt clauſi ſed
bene facit iudex,ſi eos det apertos: & ego credo ꝙ bene &
iuſtè aliâs non eſſet dare: quia dare eſt recipientis facere. vt
no.de iureiur.ad noſtram.ij. & quia actus iudiciales ſunt.ꝫ.
eo.cordi.quæ ſunt aperta & cõiter ædenda.de probat. quo-
niam.& no.Ioan.in dicta cle.&.ſ.eo.titu.intimaſti. Et quia
iudex requiſitus habet dare Apoſtolos, vel inualidus eſt ꝓ-
ceſſus.eo.titu.¶ Quid ſi non datis Apoſtolis procedit intra
tempus Apoſtolorum ſed poſt decendium dat ſecundũ Io.
an.An.ibi ꝙ nõ conualeſcit proceſſus.¶ Sed quid ſi poſt tẽ-
pus Apoſtolorum reuocat grauamen? Dicit ibi Ioan. An.ꝙ
34 non ſufficit quia † denegatio Apoſtolorum vim dilationis
obtinet.& poſt dilationem non valeret reuocatio grauami
nis vt in.c.cum appellationibus. lib.vj. ¶ Quid ſi notarius
referat in inſtrumẽto appellationis,ꝙ iudex benignè appel
lationem recepit. Specu.not.eo.titu.§.nunc dicamus.ꝙ cle.
iiij.reſpondit ꝙ per hoc probatur declaratio appellationis.
¶ Quid ſi iudex defert ob reuerentiam ſuperioris friuolæ
appellationi nunquid transfertur iuriſditio in ſuperiorem.
¶ Archi.dicit iuriſditionem in ſuperiorem transferri. in.c.
cordi.Ioan.An.contra & ꝙ imò litera intelligenda eſt indi-
ſtinctè fa.pro Ioan.An.qui honorẽ mihi reputo non in quo
fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco.xcix.di.ecce.
Sed curia tenet opinionem Archi.¶ Sed quid in caſu vbi iu
dex intra tempus debitum grauamen reuocat,nunquid vo-
cato eo caſu habet dare Apoſtolos. Ioã. An.in.d.c. vt ſuper.
dicit ꝙ ſic:quia tex.non excipit niſi vnum caſum niſi cũ ap
pellationi renunciatur.¶ Item quia ſecundum eum,talis ha
betur pro appellante quantũ ad procedendũ ipſo non voca
to.vt in.c.ſi à iudice.eo.titu.ergo & quoad hoc ſecundũ eũ:
hoc tamen bene mihi videtur nouum,& admirabile,cũ fin
gatur non appellatum grauamine reuocato:& procedi poſ-
ſit.vt in.c.cum ceſſante.eod.titu.niſi dicatur hoc expediens
35 ad cautelã iudicis appellati. ¶ Sed quid ſi † appellatio nul-
la eſt iudex requiſitus non dat Apoſtolos nunquid incurrit
pœnam dicti capituli?non videtur: quia non meretur dici
appellatio,ex quo nulla eſt. Nec videtur ꝙ iudex teneať da-
re,vbi cauſa non eſt expreſſa.ꝫ.eo.cordi.¶ Sed Cardi.& Ar
chi.notant contrarium in.d.c.vt ſuper.quia tex.ille indiſtin
ctè loquitur:tamen vbi nulla eſſet cauſa expreſſa,ſatis vide-
retur ꝙ non incurreret pœnã illius capituli.vt ſuper.vt col-
ligitur in.c.cordi.aliâs ſecus.vt in.c.cũ appellatiõibus.¶ Sed
36 nunquid petitio † Apoſtolorũ, neceſſariò debet fieri in ſcri
ptis?dicendum ꝙ non ſecundum Ioan. And.in.c.ab eo.licet
ſit bonum,ꝙ fiat quia non iure cautum.¶ Quid ſi iudex eſt
ferox ſic ꝙ appellans timet eum adire proteſtetur ſecundũ
Archi.& Ioan. An.in.d.c.ab eo.vt.ſ.eo.ſi iuſtus. & ſi poteſt,
iudicem appellationis adeat,& Apoſtolos petat vel appel-
let coram eo,ſi copiam non poſsit habere iudicis appellati.

ij.q.vj.biduum.¶ Vnde Archi.no.ibi,ꝙ ſi non poſsit ibi ap
pellans habere copiam iudicis appellati, debet adire iudicẽ
appellationis,& ei hanc quærimoniã proponere,aliâs præ-
ſcriberetur contra eum,tanquã non petitis Apoſtolis proce
deretur cõtra eum quod optimè probatur ibi. ſi quis ipſius
37 quidem &c.Sed nunquid pendente termino † ad recipien-
dũ Apoſtolos, iudex appellationis procedere debet.d.Fred.
dicit ꝙ ſic.quia ſine petitione Apoſtolorũ poteſt fieri appel
latio.& tenet cum intra.xxx.dies peti poſsint.vt in.c.vt ſup.
&.c.ab eo.eo.titu.¶ Sed multi alij contrarium dicunt:quia
pendente appellatione, debet conquieſcere iudicis officiũ.
ſ.eo.ſignificante. Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ verum eſt,quantũ
ad iudicẽ concedentẽ dilationẽ:quia iudex appellationis lo
co illius ſubrogatur.vt no.de offi.dele.paſtoralis ¶ Item ꝙ
iudex à quo appellatum eſt, ſtat ſub deliberatione an reuo-
cet grauamẽ vel non:& ſi reuocaret proceſſus iudicis appel-
lationis remaneret deluſorius,contra iura de iudic.cauſam.
ſcio tamẽ ꝙ in aliquibus partibus ſeruatur. ¶ Sed nunquid
iudex qui detulit appellationi dando Apoſtolos dimiſſo-
rios, põt re integra pœnitere?non videtur ꝙ eo ipſo transfu
ſa eſt iuriſditio in ſuperiorem facta dilatione vt in.c.cũ ap-
pellationibus.& hoc teneas dicit ibi Ioan.An.¶ Cardinalis
tamen no.ibi,ꝙ põt quia nõ eſt transfuſa.cum effectu.argu.
de or.dele.quanuis.Item quia ſpeciale eſt in cauſis electionũ
ꝙ non poteſt recedi poſtquã ſuperiori fuerit præſentata vt
de ele.quãuis ¶ Et hoc credo verius, volẽte appellãte. ¶ Et
hoc verũ eſt,ſecũdũ Archi.dũmodo nõ ſit recepta à parte
appellata vt hic Inno.quod plus eſt ſecundum Archi.in.d.c.
cum appellationibus.poſt nuncij miſsionem poſſet appel-
lans reſilire.ij.q.vj.ſi quis libellos.nec obſtat de offi.deleg.li-
cet.quia debet intelligi poſt nuncij miſsionem & receptio
nem appellationis.de appel.bonæ.§.nec nocebat ſecundum
Hen.ibi nec Ioan.An.contradicit his quę dicta ſunt:quia in
eo quod dicit ꝙ variare non poteſt,intelligit appellante in-
uito appellatione interpoſita no. ꝙ appellatione pendente
38 nihil eſt innouandum. ¶ Quid ſi fiat † appellatio à diſ-
finitiua,dicendum ꝙ ſtatim recepta appellatione reuocari
poſſunt,per iudicem appellationis attẽtata nõ ſolũ poſt ap-
pellationẽ ſed quæ ante poſt diffinitiuã ſunt attentata eo.ti.
nõ ſolũ.ſi verò appellatum fuerit ab interlocutoria non po
teſt fieri reuocatio donec conſtiterit appellationis cauſam
eſſe veram.eo.titu.non ſolũ.lib.vj.¶ Quid ergo ſi appellatũ
ſit eſſet à diffinitiua,& conſtaret appellationem non tene-
re.¶ Dicendum ꝙ non haberet locum quod hîc dicitur ibi
quia nullum & quod non eſt vel fuit æquipollent.vt legi. &
nota.de tranſla.ep.inter.& no.de elec.cupientes.§.demq;ſu-
per verbo à gratia.in.ij.colũ. nec etiam habet locum vt ibi
dicit Ioan An.ſi eſſet attentatũ ab ordinario inter alios quã
inter litigantes,& ꝙ vbi conſtat appellationem non tenere,
non poſsit iudex inhibere: vt dictum eſt probatur clarè in
c.Romana.§.ſi autem in eo.ſcilicet qui appellat in caſu pro-
39 hibito.¶ Sed quid in appellatione † extraiudiciali, nũquid
iudex appellationis, ſtatim poteſt reuocare grauamen.Ar-
chi.dicit ꝙ ſic.vt no.per eum.liiij.di.ſtuduit. Ad hoc.ꝫ.c.bo
næ. Et facit ad hoc ꝙ extra iudicium nõ poteſt appellari ni
ſi ad eum qui per viam ſimplicis quærelæ adiri ſtatim põt.
inhibere.vt no.ſ.eo.dilecti.& ſic per conſequens reuocare at
40 tentata. Sed hoc nõ bene video:quia † faciliùs fit inhibitio,
quã attentatorum reuocatio cũ inhibitio poſsit fieri ſtatim
ꝙ iudex incipit cognoſcere de veritate cauſæ appellatiõis.
vt in.c.Romana.eo.titu.niſi quando appellatur ex cauſa ap-
probata in iure vt in dicto capit.non ſolùm.¶ Sed nunquid
attentatum ante appellationem extraiudicialem, eſt caſ-
ſandum Innocentius.ſupra eodem conſtitutis.circa princi-
pium. dicit quòd non: nec impedit eius executionem: ſe-
cus de iudiciali quod intellige poſt diffinitiuam ſenten-
tiam ſupra titulo non ſolùm. ¶ Sed nunquid appellatio
extraiudicialis conſtituit aduerſarium malę fi. poſ. Inno-
centius notat quòd ſic.ꝫ.e.conſtitutis ſuper verbo effectus.

Sed quid

¶ Sed quid ſi excõicationis ſentẽtia feratur poſt appellationem, nunquid reuocabitur per modum attentati. ¶ Cardinalis notat ꝙ ſic de ſen. excõ. venerabilibus § porrò. ¶ Et idem faciunt not. Ioan. An. de teſti. ex parte. ꝙ ſcilicet ſentẽtia diffinitiua poſt appellationẽ lata retractatur per modum attẽtati. cũ ſecundũ ipſum, hoc fiat de ſen. excom. vt de offi. dele. cũ olim cũ contingat. de arbi. innotuit. ſ. c. dilecti. & hoc ſecundum ipſum dicunt iura indiſtinctè. de verbo. ſignifi. Radulphus. eo. tit. ſignificauit. cum cauſam. & c. ſequẽ. ¶ Et idẽ no. Archi. ibidem cuius contrariũ tenet ibi Ioã. An. per. d. § dicens, ꝙ cum Archi. dicat ibi abſolutionẽ neceſſariam hoc caſu eſt ſibi ipſi cõtrarius. & hoc verius videtur, quod tamẽ ibi probat litera. ¶ Et quia hoc caſu, interdictum eſt beneficium abſolutionis ad cautelam. vt. c. per tuas. & c. ſolet. li. vj. ¶ Quid ſi Epo volẽte tibi prouidere capitulũ ſe opponit dicens, ꝙ tu es homicida vel illegitimus ſic ꝙ appellat ne tibi conferatur præbẽda. Sed ipſe Epus hoc non ob. facit contrariũ. ¶ Quæritur vtrũ valeat collatio? videtur ſecũdũ Inno. ſ. eo. conſtitutis ſuper verbo effectũ, ꝙ non valet prouiſio. Et ꝙ ſi illi ad quos deuoluitur poteſtas eligendi eligant ꝙ nihilominus valet ad hoc. de elec. bonæ. auditis. ¶ Sed nunquid debitores præbendæ debebunt huic rñdere ipſe dicit ibi, ꝙ
41 ſic: quia † prouiſio vim habet electionis & confirmationis, niſi ſecundũ eum probarent veritatẽ cauſæ appellatiõis ſed nõ bene ſtat. ¶ In primo crederẽ eſſe dicendũ, ꝙ ſupradicta collatio nõ eſt nulla pro eo quia facta ſit poſt appellationẽ: cum ſecundũ eum ibidẽ ſit extraiudicialis ſed quia vera eſt cauſa appellationis ſecundũ illa quę no. & col. H. ſ. eo. bonę. ¶ Quid ſi Titius fuit monitus ꝙ ſolueret mihi centũ intra. xv. dies, medio tempore appellat & poſt appellationẽ excõicatur certum eſt, ꝙ excõicatio nulla eſt: niſi ratificetur ſi deferatur appellatio de ſen. excom. licet. li. vj. imò docta de appellatione etiã ſi deſerta fuerit declarabitur nulla. ¶ Sed nũquid virtute illius monitiõis poterit excõicari ſine alia monitione. ¶ Cardi. no. ꝙ ſic in. d. c. licet. Sed in cõtrariũ eſt: quia monitio præfata effectũ ſuũ habuit in excõicatione ſequuta. & ideò virtute illius ad nouam ſententiam procedi non poterit. aliàs ſequeretur, ꝙ aliquo ſemel monito & inde ſequuta excõicatione, ꝙ virtute illius excõicationis poſſet de nouo excõicari. contra iura de ſen. excom. ſacro. xij. q. ij. indignę. ideò videtur noua monitio neceſſaria. nec ob. quod no. per Inno. & alios. ſ. e. prętereà. vbi no. ꝙ cauſa excõicationis cum ſeparata eſt ab excõicatione, ſicut ſentẽtia vel præceptum bene tranſit in rem iudicatam: licet ſequens excõica
42 tio non: quia † nõ propter hoc ſequitur, ꝙ virtute vnius monitiõis, quis ſemel & iteratò poſsit excõicari, dato ꝙ illa monitio ſic tranſiret in rem iudicatã, ꝙ deſerta appellatione remaneret in ſuo vigore: ſic ꝙ non ſequuta fuiſſet excõicatio nunc ipſius virtute ſequi poſſet. ¶ Item not. Archi. in. d. c. q ſtudet. lxiij. diſt. ꝙ vbi agitur de reſtitutione matrimonij de matrimonio conſtat ante omnia ſit reſtitutio matrimonij. & deinde attentatorum etiã poſt appellationẽ. ¶ Sed quid ſi appellans, à ſentẽtia, nõ proſequitur appellationẽ intra annum & ſic rata manet. ſ. eo. cũ ſit. nũquid ex alia cauſa poterit eam dicere nullã: & hoc diſputat Inno. ſ. eo. ſępe. & videt ꝙ nõ: quia ex quo ſcriptum eſt cõtra appellantẽ in vna cauſa, & in alia de re iudi. Abbate. dicẽdum ꝙ in ſentẽtia excõicationis, eſt ſpeciale ꝙ ex illa cauſa quia appellatũ eſt, poteſt dici nulla & etiã ex alia de ſen. excom. licet. lib. vj. Sed alię nõ ex cauſa: quia appellatũ eſt. Sed bene ex alia, diuerſà. tamẽ vt
43 in. c. ſępe. per Inno. & probatur in. d. c. licet. ¶ Sed quid ſi † per dolũ vel imprudentiã iudex tulit ſententiã & ſic fecit litem ſuã: inſti. de ob. quæ ex deli. naſ. in prin. nunquid poteſt conueniri ab appellãte qui nõ eſt proſequutus ap. non videtur quia principali renũciatũ eſt, quare &c. ¶ Sed Inno. dicit in c. ſępe. circa ſinẽ cõtrariũ: & quia põt cõdẽnari. in. xxx. pondu auri. C. eod. titu. quoniam. ¶ Supple glo. in glo. j. ibi, *vt famæ*. & c. ſi clerico. eo. titu. lib. vj. & ibi. *c. ſecundo*. & v. q. j. ꝙ Innocẽ. & puto ꝙ ad hoc inducat. quia ibi tex. teneri ad diſciplinam. Sed non dicit per quos. & ibi non credo. Idem Innocẽ. in verbo, ſcilicet quaſi diceret non corporaliter & ibi, *leſum in verbo*. Ioã. viij. in prin. in glo. qui fuerunt ibi, *cum ſimiles*. vt ſi dicebat ſe paratum ſtare iudicio Archiepi, vel amicorũ cõiter electorũ & his ſimilia & ibi, *iniurioſum*. imò faciebat præſumptio pro Epo, ratiõe diœceſ. xvj. q. vj. omnes. & ratione ſentẽtiæ de renũci. in præſentia. ¶ *In glo. no. quod in fine*. ſed Hoſti. dicit ꝙ appellatio hîc pro prouocatione accipitur. decanus enim non erat iudex. Sed ſubditus appellãtis, nec erat iudex medius, & ſic pars partem ad iudiciũ prouocauit vt. ſ. eo. cum ſit. quo caſu ſufficit appellare à grauamine futuro, ſumpta cõiectura ex probabilibus cauſis, & talis prouocatio reputatur legitima, vt hîc. & ſ. eo. bonæ. vbi de hoc de quo ſcripſi. ſ. ¶ In glo. *qui turbat in fine*. & ſecundũ leges pœna eſt capitalis. C. de his q ad eccleſias cõfugerũt. l. denũciamus. in authẽ. de ſanctiſsimis Epiſco. § ſi quis cũ ſacramẽta. in quarta charta. col. ix. in gl. p. ibi, *legitimam*. nõ dicit legitimã, niſi quoad abdicandũ iuriſditionẽ iudicis qui detulit: ſecundum Hoſtiẽ. in glo. vlti. in ſi. dic vt. j. de ſen. excõ. ſolet. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſum habitum per ſuperiorem non valere, quando papa cauſam ad ſe reuocat.*
2 *Sigillo alieno vti quòd liceat.*
3 *Poſſeſsione ſua neminem priuandum eſſe lite pendente.*
4 *In papa plenitudinem eſſe poteſtatis. & numero. 5.*
6 *Iuriſdictionem ad priorem redire appellatione deſerta.*
7 *In iure virtutem conſiſtere, potius quàm in facto.*
8 *Factum ſequens dari intelligi, per precedens.*
9 *Voluntatis & formæ defectum, actum nullum reddere.*
10 *Accidentis mutationem, non mutare diſpoſitionem ſubiecti.*
11 *Actum quemlibet interpretari debere ſecundum finem ad quem ordinatur.*
12 *Factum minoris, maioris factum impedire vel tollere non poſſe.*
13 *Ius quod alicui in aliqua re competit, ante diuiſionem ipſius non deſinere competere.*
14 *In pluribus poteſtatem habentibus, præualere quæ primò facta eſt.*
15 *Sententiam retardari non poſſe prætextu allegationis competentis & non oppoſitæ.*
16 *In reuocatione attentatorum non quæri an quis poſsideat.*
17 *Ius metiri ex parte actoris.*
18 *Iuſtum & iniuſtum non diuerſificare eſſentiam poſſeſsionis.*
19 *Audientiam palatij, ipſius papæ audientiam propriam eſſe cenſeri.*

¶ CAP. LVI.

1 VT noſtrum. ¶ Caſus. † Poſtquã Papa cauſam ad ſe reuocat non valet proceſſus habitus per ſuperiorem: ſicut nec valeret ſi prius ab eo fuiſſet legitimè appellatũ & primò ponit dictũ, ſecundò rationẽ dicti. ibi, *cum plenſit*. ¶ Expone literam. *ſecundum mandatum*. quo iuſſerat Archiepum. oſtendere, ꝙ cancellariã contulerat idoneæ perſonæ modo canonico & tẽpore cõpetẽti. *ſigillo* cancellariæ dicto. H. cui cancellariã cõtuleras. *irritam & inanem*. i. nihil iuris fuiſſe collatũ ex tali traditiõe nec literæ ab illo ſigillatæ ex prima illius ſummat victorẽ: aliàs autẽ cum traditio conſiſtat in facto ex quo facta eſt, nequit nõ fuiſſe: vt. ff. de capt. l. in bello. § factæ. ſecũdũ Innocẽ. & fa.
2 qd no. in ſimili. in cle. j. de hæreti. *vt præſumeret*. † not. ij. licet vti ſigillo alieno, vt proprio. vt. ff. de cri. falſi. l. eos qui. § ſi. & j. de his quæ ſiũt à pręla. c. quãto. in ſi. nec de proprio de nouo fabricato in alterius præiudiciũ vt. j. de excel. prælato. c. dilecta. ¶ De voluntate tamen eius cuius eſt, hoc expreſſo etiam alieno ſigillo & aliena manu ſubſcribentis vti licet: de quo. ſ. eo. cũ inter vos. ſecundũ Hoſti. *Romanum*. & quemlibet ordinarium, qui hoc poſsit vt. ff. de iudic. l. iudicium. ¶ Primò opponitur ibi, *reuocauimus traditionem ſigilli*. quia traditio eſt factũ. ff. de acquiren. rerum domi. l. traditio. Sed factum non poteſt haberi pro infecto. ff. de cap. l. in bello. §

ſactæ. dic ꝙ Papa non reuocat vt factum habeatur pro in-
fecto, quantũ ad factum. Sed quantũ ad iuris effectum: quia
fiet retraditio illi cui Papa contulit. ¶ Secundò opponitur:
quia lite pendente nihil debet innouari. ſ. vt lite pen. per to
tum. Sed Archiepiſcopus erat in poſſeſsione conferendi, &
ſigilla tradẽdi, igitur non debuit quoad hoc impediri. ¶ So-
lutio ſi Archiepiſcopus litigaſſet cum alio, poſſeſsione ſua
priuatus non fuiſſet niſi voluiſſet vti in præiudicium illius
cui facta eſſet collatio ſed hîc agebat cũ Papa qui reuocaue-
rat ad ſe totum negotium, & volebat vti in pręiudicium il-
lius cui Papa contulerat. j. vt eccle. bene. c. vno. ſecundõ Li-
gnanum poſt Inno. quæ proſequere per ea quæ ſcripſi. j. eo.
c. in. j. q. ¶ Tertiò opponitur in verbo, decernerent. de. c. cõ-
ſtitutis. ſ. eo. vbi dicitur, ꝙ confirmato propter appellatio-
nem poſſeſsio denegari non debet. ¶ Soluit Inno. dicens, ꝙ
ibi erat legitimè confirmatus & appellatio ſine cauſa ab ad-
uerſario interiecta quæ non poterat effectum confirmatio-
nis impedire. Sed hîc clam facta fuerat prouiſio, & ante tra-
ditionem ſigilli negotium ad curiam reuocatum: iuſtè igit
reuocatur attentatum ante reuocationem & lite pendente.
per totum. arg. j. ne eccleſiaſtica beneficia. c. vno. cum enim
ille, cui collata fuit cancellaria, nõ fuiſſet in poſſeſsione of-
ficij ante traditionem ſigilli, iuſtum fuit traditionem poſt-
eà factam pronunciari irritam & inanem. Secus tamen eſſet
ſi iſte. H. ante reuocationem fuiſſet hoc ius adeptus, vel io-
ſtè inſtitutus vel confirmatus. vt in contrario. ¶ Vel etiam
ſi nihil diceretur contra confirmationem, videlicet, ꝙ non
teneret confirmatio: licet diceretur iniuſta: tunc enim ſatis
videretur, ꝙ non deberet effectus confirmationis impedi-
ri. vt prędicto. c. conſtitutis. ſecundum Innocen.

¶ PRIMO quæritur pone, ꝙ alius quàm Papa agit cũ
Archiepiſcopo, ſcilicet ꝙ ad eum collatio, vel confirmatio
cancellariæ non pertinet nunquid nihilominus poteſt Ar-
chiepiſcopus lite pendente cancellariam conferre? Reſpon
det Inno. ꝙ ſatis videtur ſibi ꝙ ſic. cum interim non debeat
priuari poſſeſsione ſua, dummodo Archiepiſcopus eſſet in
poſſeſsione huius iuris: & etiam ſi tunc lis eſſet cum Archi-
epiſcopo conteſtata: ſi videlicet vacabat cancellaria, plus di
cit Inno. ꝙ idem eſſet etiam ſi ageretur cum Archiepiſcopo
vel cancellario, ſuper eo ꝙ non teneret confirmatio ab Ar-
chiepiſcopo illi facta: quia & tunc etiam pendente hac lite,
poſſet Archiepus nouam collationem ei facere & teneret
3 dummodò non fieret cuiquã præiudicium: quia lite † pen-
dente nemo eſt priuandos poſſeſsione ſua. vt dixi. ſ. vt lite
pendente. c. laudabilem. &. j. c. ſignificãte. Sed ſi hoc alij ma-
nifeſtè præiodicaret, non valeret ſicut hîc patet exemplum
vbi fiebat præiudicium illi, pro quo ſcripſerat Papa vel ad
minus iuri ipſius Papæ qui dicebat poteſtatem conferendi
cancellariam ad ſe deuolutam eſſe: vnde in hoc caſu, irritan
dum eſt quicquid in præiudicium ſuum attentatum eſt. ar-
gu. eius quod legitur & nota. ſ. de ſup. ne. præla. c. licet. ¶ Ex
quibus infert Inno. ꝙ non eſt hoc regulare, nec de iure com
muni, ꝙ ex quo Papa incipit de aliquo negotio cognoſcere,
quicquid fit à partibus irritum decernatur. imò quod hîc
mandatum fuit de ſigillo ſpeciale eſt. ¶ Et eſt ratio ſpeciali-
tatu, ſuſpicio quam Papa conceperat contra collationem
ab Archiepo factam: vt in prædi. c. vno. j. vt eccleſiaſtica be
neficia aliás enim bene licuiſſet Archiepo mandare effectui
collationem ſuam: quanuis eſſet ſibi quæſtio mota vt. ſ. eo.
conſtitutis. ¶ Et hoc dicit Inno. plus ſibi placere, quã illud
quod ſcripſi poſt eum. ſ. in oppoſitione. ¶ Vel duas hoc eſſe
ſpeciale, in reuocatione quam Papa facit ex certa ſcientia:
4 quia † in Papa eſt plenitudo poteſtatis. ij. q. vj. decreto. & . ſ.
de vſu pal. c. ad honorem. vt ex quo ad ſe, ex certa ſcientia,
aliquid negotium reuocat, poſteà circa illud præter eius ſci
entiam non poſsit aliquid attentari. vt patet in eo quod le-
gitur & notatur. j. de præben. inter cętera. ¶ Hoſtié autem
dixit, ꝙ imò etiam videtur ꝙ qualitercunque ad ipſum ſit
tranſlatum negotium, obtinet quod proximè dixi. arg. in eo
quod legitur & notatur ſ. eod. ſolicitudinem. § nos igitur. &
ſ. de poſtu. præla. c. bonę. ij. nec nocebat & de elect. dudum.
ij. ¶ Super quo remittit Nouella ad notata ſua. de confir. c.
cum in lite penden. c. j. & . ij. lib. vj. & cle. j. eo. titu. quia loquũ
tur in alijs caſibus vt ſcripſi in decre. ij. de reſti. in inte. & in
tribus capitulis allega.

¶ SECVNDO quæritur ad declarationem præmiſ-
ſorum & glo. vlti. B. & ſuppletionis. ſ. ſuper prędicta glo. vl-
ti. per me datæ. ¶ Et pro expeditione dictorum Hẽrici, qua
liter procedit quod hîc dicitur in fine plus eſſe ꝙ Papa ad ſe
negotium viua voce reuocet, quã ſi ad eum appelletur. Et in
quo conſiſtit illud plus. ¶ Circa quo diſtingue ſecundũ Hẽ
ricũ: quia aut quæris de appellatione friuola, & illa non va-
let nec deuoluit, & tunc nulli dubium. ¶ Plus eſt quando ne
gotium ad ſe reuocat. vt. ſ. eo. c. peruenit. ij. & j. eod. cum ap-
pellationibus friuolis. lib. vj. ¶ Aut quæris de appellatione
legitima, & tunc aut quæris nunquid eſt plus, quantũ ad il-
lud negotium ꝙ propter quod ad ſe reuocat & illud ꝓpter
quod eſt appellatum: aut quantũ ad aliud ſeu alia negocia, ſi
quantũ ad illud, tunc aut agitur de negotio ad illum à quo
fuit appellatum vel reuocatum remittendo, cognoſcendo,
& diffiniendo, & tunc plus eſt ad eũ appellare: quis cauſam
appel. ad eum interpoſitæ non debet remittere ad eũ à quo
appellatum fuerat cognoſcendam & decidendam. vt C. eo.
titu. Leos qui. &. ſ. eo. accepta. ij. q. vj. § vlti. & c. ſi ſpius accu
ſatus. quã ſi negotium ad ſe reuocet: quia poteſt abſq; offen-
ſa ipſum negotium remittere ad eum, à quo reuocauit co-
gnoſcendum & decidendum: quia nihil tam naturale. &c j.
de regu. iur. c. omnis res. & argu. ij. qõ. vij. nos ſi incompeten-
ter. aut agitur de alio, & tunc verum eſt quod hîc dicitur,
quod plus eſt, quando propter negotium ad ſe reuocat, quã
quando ad eum appellatur, ſiue loquamur de deuolutione
5 iuriſditionis: quia ſpeciale † eſt in reuocatione, quam ex cer-
ta ſcientia facit Papa apud quem eſt plenitudo poteſtatis: vt
ex quo aliquod negotium ad ſe reuocat, ex certa ſcientia, ꝙ
contra illud nihil licet alicui attentare vt hîc in fine. & Ar-
chi. xj. q. iij. curę. glo. j. in fine. & tamẽ non hoc eſt ita ſemper
nec ita plenè quando per viam appellationis licet Hoſti. hic
innuit contrarium dicens ꝙ idem videtur qualitercunq; ne
gotium ſit ad ipſum tranſlatum, vt legitur & notatur. ſ. eo.
ſolicitudinem. § nos igitur. de poſtu. pręla. bonæ. ij. § nec no-
cebat. de elec. dudum. ij. ſecundum eum. tamen non eſt verũ
niſi vt ſequitur: quia in caſu reuocationis iuriſditio in totũ
& perpetuò niſi aliud ordinauerit, ad eũ deuoluitur. & non
alterius niſi Papa pronunciet bene appellatum: quo caſu po
teſt & debet de principali, ſicut quilibet alter iudex appella
tionis cognoſcere. vt. j. eo. vt debitus. verſic. alioquin. & eo.
titu. c. Romana. § fi. lib. vj. ¶ Vel niſi omiſſo articulo appella
tionis, de principali cognoſcat: iuxta ea quæ leguntur & no
6 tantur. j. eo. cordi. lib. vj. ¶ Item ſi † appellatio ſit deſerta, re
dit iuriſditio ad priorem iudicem: vt. ſ. e. cum ſit Romana.
§ ſi autem. eo. titu. c. vt ſuper in fi. li. vj. & c. ſicut. in fi. in de.
¶ Item quantũ ad reuocationem attentatorum: quia appel-
latio ſeu prouocatio non ſemper eſt iuſta: nec propter-
7 eá quæ innouata ſunt reuocantur. Nam † in iure conſiſtit
virtus ſua potiùs quã in facto. Sed reuocatio ſeu prouocatio
non ſemper eſt iuſta. & potiùs conſiſtit virtus eius in facto
quã in re. ¶ Vnde & quæ poſt eam attentantur, ſemper de
rigore iuris reuocantur. fi. ſ. de offi. delega. dilectus. ſecundũ
Hoſti. & Ioan. Andræ. hic. ¶ Et idem innuit Hoſti. in ſum-
ma titulo. de peregrinantibus. § & quo priuilegio gaudeant.
ſub. § ergo hæc tria. verſi. & tertium fortius eſt & c. ſi quæris
quantum ad alia negotia, tunc plus eſt, ſi ad eum appelletur
vel prouocetur, quã ſi per eum negotium ad ſe reuocetur.
Nam in primo caſu, iudex à quo eſt appellatum, põt in alijs
negotijs ſeu cauſis recuſari vt ſuſpectus, quod tamen intelli
ge vt le. & no. & ſcripſi. ſ. eo. ad hæc ſi in vna. ¶ In ſecundo
verò caſu iudex à quo negotium reuocatur, nõ poteſt ea de
cauſa recuſari: quia hæc reuocatio procedit ex facto Papæ

non ex culpa ſua. ¶ Secus in appellatione, vt. ff. de minori. l.
præfecti. j. eo. vt debitus. ¶ Item quia hoc non reperio iure
cautum: argu. in his, quæ leguntur, & notantur per Hoſti. &
alios. j. eo. legitimam. lib. vj. vbi enumerantur cauſæ recuſa-
tionis: ergo non eſt ſuperſtitioſis adiouentionibus pręſumé
dum. ij. q. v. conſuluit. & s. de transla. Epi. c. ij. § ſed neq;. ver.
& quod non eſt.

¶ TERTIO quæritur pone Papa ſuæ collationi cer-
tum beneficium reſeruauit, cũ inhibitione & decreto, quo
vacante dedit poteſtatem ordinario collatori ipſum autho
ritate Apoſtolica conſerendi. Demum ordinarius in duo
diuiſit, & illa ſimpliciter contulit duobus clericis, poſtquã
Papa motu proprio, alteri contulit beneficium ſupradictũ.
Quæritur quę collatio pręualeat? & videtur, quòd collatio
Papæ per hanc decretalem. quia non valuit diuiſio obſtan-
te reſeruatiõe per decretalem iſtam: ergo nec ſequentes col-
lationes ſuper diuiſione fundatæ. j. q. j. Paulus. facit quia di-
uiſio collationes reſpiciens reſpicit diuiſionem. ff. de ſpon. l.
oratio. ſicut impediret permutationem de rerum permu. c.
vno. lib. vj. cum ibi notatis: fecit enim diuiſionem iuri ordi-
nario, igitur & collationes vt talia ſint ſubiecta & c. de offi.
deleg. cum ſuper. de fide inſtru. inter dilectos. ¶ Per præce-
8 dens † enim factum datur intelligi ſequens: de præſum. ſcri-
bam. & aliàs videretur ſibi contrarius diuidendo & conferé
do inter voluntatem & poteſtatem differentiam faciendo.
C. ſi quis ſibi vel alij. l. multùm. ¶ Item quia facto receſſit à
poteſtate ſibi commiſſa, non conferendo vni ſed duobus &
9 ſic defectus † voluntatis & formæ actum reddunt nullum.
¶ Item quia mutatio ſtatus rei tollit effectum poteſtatis. ff.
de pigno. actio. l. ſi conuenerit § ſi cauerit. ¶ In contrarium
videtur: quia poteſtas competens alicui circa aliquod ſubie
ctum, per ipſius ſubiecti diuiſionem tollitur nec impeditur
in authen. de admi. § ſi. colla. iij. argu. vt iudices ſine quoquo
10 ſuffragio § illud. Nec enim mutatio † accidentis mutat ſub-
iecti diſpoſitionem. s. de priuile. c. porrò. nec ius antiquæ ec
cleſiæ tollitur per creationem nouæ. ff. de excep. rei iudi. l. ſi
quis cum totum. quaſi per totam legem. & l. ſi quis argentũ.
§ j. ¶ Item quia per factum poſteà ſuperueniens non tollit
ius ſibi antea legitimè acquiſitum. lv. diſt. l. præcepta. ¶ Itẽ
quia quoties ſunt plures inſolidum, poteſtatem circa idem
negotium habentes, locus eſt præuentioni. de foro compe.
propoſuit. ¶ Item quia quando duæ cauſæ circa idem con-
currunt, quarum vna eſt vitioſa, & altera non, neutra alteri
accedit. Sed manente non vitioſa de renun. cum inter. & c.
ex trãſmiſſa. in fine. ¶ Prædictarum rationum proſequutio
nem longiorem require in q̃one diſputata per Ioã. Cal. quæ
incipit dominus Papa collatiunẽ ſuæ & c. vbi reperies præ-
dictas rationes extenſas. per. xij. quarum ſeptem pro prima,
& quinq; pro ſecunda parte. quaſi per duas chartas cum di-
midia valdè diffusè inducuntur vnde extraxi etiam quæ ſe-
quuntur. ¶ Vt huiuſmodi q̃onis veritas habeatur, præſup-
pono ꝙ per dictam reſeruationem & poteſtatẽ datam per
Papam ordinario hoc caſu non impeditur poteſtas ordina-
rij in diuidendo dictum beneficium, ſi tantum ordinarij di
uiſio non teneret vnicum beneficium remanſiſſet: & per cõ
ſequens non tenuiſſet collatio facta de duobus de præben-
dis. maioribus. & c. tuæ. & c. dilectus. & ſic non eſſet dubiũ,
ꝙ collatio Papæ teneret quia nihil eſſet, quod eam impedi-
ret. ꝙ verò dicta præſumptio ſit iuſta, probatur argu. decre.
de reſcri. conſtitutus. & de præ. dilectus. ij. & quia de iure &
poteſtate ordinarij & huiuſmodi diuiſio. xvj. q. j. § ſunt duo
de præ. vacante. de eccle. ædifi. ad audientiam. j. de excel. pręæ
la. ſicut vnire. Et de ſta. re. ne in agro § ad hæc. Sed Papa non
intendit per ſuum factum poteſtati vel iuri alterius deroga
re, niſi inquantũ impediretur illius Papæ effectus. lxxxv. di.
Archi. lxiij. di. quanto. xcix. diſt. ecce. xj. q. j. c. peruenit. ix. q̃.
iij. nunc verò. xxv. q. ij. ſeruatis. & c. quod verò. de aut. & viu.
ex tuarum: & de offi. dele. ſuper eodem de offi. ordi. licet. de
maiu. & obe. cum inferior. vbi Archi. in eius Archiepiſcopa
tu eſt erecta eccleſia cathedralis retinet omnia iura, quæ pri
mò in ipſo Archidiaconatu. niſi ea per quæ impediretur ef
fectus erectionis nouæ cathedræ. Sic etiam vnio facta per
Papam poteſtatem primi prælati non tollit, niſi in eo ꝙ ef-
fectus vnionis impediretur: vt patet de re. do. c. ij. ¶ Ad idẽ
de eccle. ædi. cum dicat. ff. ne quis in loco publico. l. ij. § meri
tò. & § ſi quis à principe. C. de emãci. § ſi annus. cum ſimi. ꝙ
autem effectus reſeruationis & poteſtatis datæ ordinario,
non impediatur per talem diuiſionem patet: quia per ea nõ
eſt affectum beneficium pro aliquo, quòd ſi eſſet, vt in. c. de
conceſ. præben. & c. ſi ſoli. lib. vj. tunc non poſſet poſteà per
ordinarium ſupprimi. vel vniri vel diuidi. Et per ea quæ di-
xi in ſecunda ratione ſecundę partis. ¶ Vnde licet hoc caſu
per reſeruationem ſic factam ſpecialiter decreto beneficio,
crederem ipſum beneficium non poſſe ſupprimi vniri vel
diuidi alteri per ordinarium: quia id videretur fieri in elu-
ſionem contra id q̃ de præ. bonæ. ij. verſic. nec obſtabat de alie.
mu. iudi. cauſa facta. c. j. de re iudi. cum olim. ¶ Et ſic proce-
dunt duæ primæ rationes: tamen diuidi nõ prohibetur: qa
effectus reſeruationis & mandati remanet quem effectum
talis diuiſio non impedit: & ſic nil fit in eluſionem Papæ ſi-
cut etiam poſſet per ipſum ordinarium beneficium ſuppri-
mi non ob. impetratione, per quam non eſſet affectum arg.
de conſti. cum acceſſiſſent. ¶ Et quod no. in cle. de reſcri. li-
teras. in vlti. glo. per quod etiam patet, ꝙ per talem diuiſio
nem non creatur nouum beneficium: & ideò ſicut ante di-
uiſionem ordinarius illud poterat conferre authoritate ſpe
cialiter ſibi à Papa conceſſa, & ſic poſt quia effectus reſerua
tionis in nullo tollitur. ¶ Item confirmatur dicta præſuppo
ſitio quia diuerſę ſunt poteſtates cõferendi & diuidendi vn
de ſublata vna remanet reliqua de vſu pal. ex tuarum de pri
uileg. paſtoralis. ff. de ſerui. vrba. prædi. ſi domus tua. facit de
reſcri. ſuſcoeptum de præben. cum in illis. li. vj ¶ Et per hoc
patet reſponſio ad tertiam & quartam rationem in contra-
11 rium allegat. ¶ Item ꝙ vnuſquiſque actus † debet interpre-
tari ſecundum finem ad quem ordinatur. xxvj. di. de iude. lx
viij. di. quod ad nos. xxiij. q. v. de occidendis. de ordi. cog. c. ij.
de teſti. veniens. de excep. c. j. de accuſati. ſuper his. de diuor.
gaudemus. j. rñ. in fi. ff. de his qui not. infa. l. Locius. ff. cõi di-
uidundo. vt fundus. cum ſimilibus. ¶ Sed reſeruatio & po-
teſtas conferendi reſpiciunt ordinationem beneficij in titu
lum de elec. ſi eo tempore. lib. vj. de præ. c. ij. & c. præſenti. li
bro. vj. cum ſimi. ¶ Diuiſio autem reſpicit proprietatem de
præ. vacante. hæc ſunt valde diuerſa de conſultationibus.
de re. permu. ad quæſtiones. cũ ſi. fa. ff. de acqui. po. niſi alicui
§ nihil. ergo dictæ reſeruatio & poteſtatis conceſſio prædi
ctam diuiſionem nõ impediũt ad hoc. de offi. ordi. dilecta.
& prædicta decre. ſuſcep. cum ſimib. Et per hoc ſoluitur qd
in contrarium allegatur in. v. & . vj. rationibus cõtrarijs. Itẽ
dico, ꝙ ſicut per reſeruationem vel poteſtatem prædictas,
non impeditur poteſtas ordinarij in diuidendo, ita per di-
uiſionem ordinarij, non impeditur effectus reſeruationis:
12 quia minoris factum † maioris impedire vel tollere non po
teſt. xxv. q. ij. § vlti. xxj. diſt. inferior. de ma. & obe. cum infe-
rior. ff. de mino. l. minor autem. & in cle. de ele. ne Romani.
Et facit, quod de illuſione ſuperiori non facienda. s. dixi.
¶ Iſtis ſic ſuppoſitis ad q̃onem ſaluo meliori iudicio, reſpõ-
deo, ꝙ collationes factæ per ordinarium tenent vigore po-
teſtatis ſibi per Papam conceſſæ & non collatio facta per
Papã: quia per diuiſionem non abdicauit ordinariã poteſta
tem ſibi conceſſam per Papam. tamen quia hoc non dixi ar
gu. de ſen. excom. venerabilibus § ſecus. lib. vj. ¶ Tamen: qa
quia diuiſio non eſt actus cõtrarius tali poteſtati imò ſe cõ-
patitur cum illa, vt. s. probatum eſt: ergo per diuiſionem re
nunciat tali poteſtati: ad hoc de renunciatione. lanè. & c. ve
niens. & facit præ. § nihil. de. l. naturaliter. ff. de acqui. poſ. C.
de tempo. appel. ei tamen. & cle. de appel. quandiu. & de ap-
13 pel. ſolicitudinem. cum ſimi. ¶ Tamẽ quia † ius quod alicui
competit circa aliquam rem ante diuiſionem ipſius non de-

finit competere. Sed ibi manet poſt diuiſionem ipſius: vt in
extraua. Ioan. Papæ ſedes Apoſtolica appellatus & iuribus
alijs allega. ī. in ſecunda ratione ſecundæ partis. Per quæ pa
tet, ꝙ diuiſio ſuperueniens non immutat ſtatum rei ad quē
& non ad merum ſe retulit dominus Papa in poteſtate quā
dedit ordinario. ¶ Et ſic non ob. quod dicitur in texta ratio
ne partis contrariæ ad finem. Secus ſi reſpectu certæ qualita
tis Papa dediſſet poteſtatem tunc enim illa qualitate muta
ta, poteſtas eſſet extincta. Et ſic procedit. vij. ratio cōtraria.
¶ Ex his ſic arguo, actus ſimpliciter inuictus ab illo, qui ab
aliquo iure id poteſt, licet alio non poſſit debet cenſeri va-
lidus ad hoc de offi. le. c. j. de offi. or. licet de reſcrip. cum ali-
quibus. de cenſi. nuper. ¶ Et in dubio id quod agitur iuſtè
validum habetur, ex quo cauſa validans cedit: licet ex alia
cauſa, id eſſet inualidum. xij. q. ij. ſi quos. de ſeruis de fide in-
ſtru. inter dilectos. de priuile. in his. de verbo. ſigni. Abbate.
ff. de re. du. quoties. ff. de verbo. obli. quoties. de re iudi. in cō
trahen. cum ſimilibus. optimè facit quod dicitur tenere cō-
miſſionem factam per Epiſcopum comitem de cauſa ſpe-
ctanda ad eum, ratione comitatus. licet nō teneret ratione
Epiſcopalis dignitatis. vt not. D. & P. de fo. cōpe. ꝙ clericus.
ſuper glo. & Guli. in Spe. eo. titu. § ſequitur. ver. ꝙ ſi Epiſco-
pus. & ſic ſimpliciter factum cauſæ ſecundum quam poteſt
valere aſcribebatur, bene facit de præben. in fi. ¶ Facit etiā
quod not. Inno. & alij, de præſcrip. cum ex officij. licet ergo
ordinarius non potuerit conferre iure ordinario: quia talis
poteſtas erat ſublata per reſeruationem vt de ſe patet. tamē
remanſit penes eum poteſtas conceſſa per Papam etiā poſt
diuiſionem vt clarè probaui. ¶ Simpliciter ergo conferen-
do, collatio cenſetur valida eo iure quo poteſtatem habuit.
¶ Verum licet eadem poteſtas conferendi etiam eſſet pe-
nes Papam, non ob. conceſſione quā fecit ordinario de præ
ben. dudum. lib. vj. vt ſaltim facta mētione de poteſtate quā
deberat ordinario, vel non facta mentione conferendo mo
tu, proprio, vt ponitur themate eius collatio non debet di-
ci ſubreptitia de præben. ſi motu proprio. libro. vj. tamen in
14 pluribus † poteſtatem habentibus præualet quæ primò fa-
cta eſt. & ſic collationes ordinarij ex poteſtate quam habe-
bat præualuerunt collationi dñi Papæ de præben. lib. vj. ſi à
ſede. lib. vj ¶ Per prædicta puto ſufficienter reſponſum ad
alle. in contrarium Ioan. Cal.

¶ QVARTO quæritur de vna alia qōne, ad quā facit
etiam iſta decretalis. Pone primus in data obtinuit ſenten-
tiam contra ſecundum in data reum & poſſeſſorem, à qua
ſecundus in data appellauit, & in cauſa appellationis ſecun
dus in data prætendens prætextu cuiuſdam reſeruationis
primum excluſum & de nouo obtinuiſſe mandatum à Pa-
pa ꝙ ſibi in vim illius reſeruationis prouideretur. & in poſ-
ſeſſionē induceretur, non; obſtante lit. penden. ſi non foret
alteri ius quæſitum obtinuit ſententiam pro ſe, & per ſecū-
dum An. qui cognouit de cauſa appellationis ſibi obtinuit
prouideri poſteà primus in data obtinuit vnam cōmiſſio-
nem vni tertio. An. ſuper deſertione appellationis commiſ-
ſæ per ſecundum pendente lite inchoata ſuper dictis deſer-
tione & nullitate primus ſpoliauit ſecundum poſſeſſione
ſua, & obtinuit poſſeſſionem virtute cuiuſdam executoriæ
quam obtinuit ſuper prima ſententia pro ſe lata. ¶ Secūdus
verò in data petit ante omnia ſe reſtitui, vt ſpoliatus & ſpo
liationem vt attentatum, lite pendente, reuocari. ¶ Primus
verò in data petit priùs debere procedi ſuper deſertione ap
pellationis emiſſę à prima ſententia, & ſuper nullitate ſecū-
dæ ſententiæ. ¶ Quæritur ſuper quo primo debet procedi.
¶ Dictum fuit de tempore domini Bernardi de boſqueto,
in cōſilijs rotæ per auditores, ꝙ prima ſentētia lata pro pri-
mo fuit nulla ablata reſeruatione & decreto in ea appoſito
& ſic per conſequens appellationem ab eo interpoſitam nō
poſſe dici deſertam & fruſtra de eius deſertione quæri, ac ſi
hoc ſit verum quia ex quo tamen pars in proceſſu de reſer-
uatione nil oppoſuit in termino in quo debuit, & lata fuit
ſententia, poſteà fuit dictum per quoſdam, ꝙ ſententia te-
nuit nec fuit nulla, in quā in præiudicium eius contra quem
fuit lata, vt et pro quo fuit lata & contra eum contra quem
fuit parit exceptionem rei iudi. non tamen vt virtute ſen-
tentiæ re vera in beneficio et pro quo lata fuit aliquod ius
acquiratur reſeruatio licet impediuerit quoad iuris acquiſi
tionem: & ligauerit manus cuiuſcunq; inferioris, quoad col
la. vel iuri ſacquiſitionem ſeu adiudicationem, non tñ quo-
ad proceſſum iudicialem & ea quæ reſultare poterant ex p-
ceſſu, ſeu quoad proceſſus efficaciam, quando ſententia ex
eo lata parit exceptionem rei iudi. inter partes, inter quas la
ta eſt, ſi non appelletur vel appelletur, & appellatio deſera-
15 tur nam prætextu † tunc alle. tunc competentis & nō oppo
ſitæ non poteſt ſententia retardari. de re iudi. inter monaſte
rium. C. de re iudi. ſub ſpecie. licet reſpectu ſuperioris vel iu
ris acquiſitionem ſeu adiudicationē factæ non tranſeat ſen
tentia in rem iudicatam: iuxta notata per Inno. de reſcri. cō-
ſtitutus. in fi. & vide remiſſionē quas ibi dedi. ¶ Et propræ
miſſis alle. ff. ſa. et. l. cum putarem. Secundam verò ſententiā
quæ ſupponitur lata per iudicem habentem bonam cōmiſ-
ſio. ſuper hoc: licet primus prætendat nullam prætextu fal-
ſitatis cuiuſdam procuratoris cuius nullitatis inquiſitio re
quirit altiorem indaginem. Tamen non obſtante qōne nul-
litatis, ante omnia cognoſcetur de & ſuper ſpoliatione per
ſecundum prætenſa, quia etiam iudicium adipiſcendæ poſ-
ſeſ. expedita nō ob. qōne nullitatis. igitur multò minus im-
pediretur ex hoc iudicium reſtituendæ ar. c. de edi. di. Adri.
toll. l. ij. quia ante omnia ſpoliatus reſtituendus eſt & c. de or.
cog. ſuper ſpoliatione. Bene tamen dictum fuit, quòd ſecun
dus in data non poteſt tanquam ſpoliatus iudicio poſſeſſo-
rio, petere ſe reſtitui: quia propter reſeruationem cui etiam
mittitur nunquam potuit habere veram poſſeſſionem, quę
poſſit peti per iudicium reſtitutorium: nam antequàm ſibi
in virtute reſeruationis & noui mandati per eum impetra-
ti de ſibi prouidendo, ſi non foret alteri ius quæſitum, ipſe
obtinuerat poſſeſſionē ad quā petit ſe reſtitui: quod nō pōt
quia illa poſſeſſio erat affecta per reſeruationem intantum
ꝙ re uera non cenſetur habuiſſe poſſeſ. propter no. Innoc. in
iſta. decretali. vt noſtrum. ¶ Sed tamen bene poterat petere
illam occupationem aduerſarij, tanquàm attentatam reuo-
cari, ante omnia vt lite pen. per totum ſed hoc fuit dubium
an tunc prætextu huius viæ attentatorum eſſet nedum re-
uocanda occupatio primi. imò etiam ipſe ſecundus reducē
dus in ſtatu. & ſibi reſtituenda detentatio quam primus ha
16 bebat. ¶ Et quidam dixerunt, ꝙ ſic quia † in reuocatione at
tentatorum non quæritur an quis poſſideat ſed ſolus ſtatus
primus in quo erat quis antequàm attentaretur: licet in iu-
dicio poſſeſſorio inquiratur, an quis poſſideat. vt not. Inno.
de ma. & obe. dilectus. ¶ Alij dicebant contra, ꝙ ſolū erat
reuocanda occupatio primi, & ſibi auferenda poſſeſſio. ſed
non reſtituenda ſecundo, donec per finalem ſentētiam ob-
tineat ſibi fieri prouiſionem in virtute reſeruationis vel p-
uiſionem in eius virtute per ſecundum An. factam tenuiſſe
declarari, & tunc in virtute illius mandati, in cuius virtute
ſibi prouiſum fuit, tanquā de reſeruato erat in poſſeſſio. in-
ducendus, & non ante. ¶ Nec ob. ſi dicatur ꝙ reducēdus eſt
in ſtatu in quo erat tempore quo fuit attentatum vt no. In-
no. in. d. c. dilecti. quia illud verum, quādo ille ſtatus erat de-
bitus licitus & honeſtus. vel quando de hoc erat dubiū, ſed
tunc ille ſtatus in quo tunc fuerat, erat indebitus illicitus &
minùs canonicus, eo ꝙ illi poſſeſſioni de facto ſeu detenta-
tioni quam ante habebat, obſtabat reſeruatio, & ideò ad il-
lum ſtatum non erit reducēdus ne patere poſſit vitioſus in-
greſſus: de eo. qui mit. in poſ. eum qui. lib. vj ¶ Et ſi dicatur
quid ſibi proderit reuocatio attentati, vbi ipſe non reduca-
tur in ſtatu. dico ꝙ multùm: quia poſſeſſio remanebit vacās
& vacua. in qua eum finaliter obtinere contingat faciliùs
fiet pro eo executio, quàm ſi eſſet per aduerſarium ſuū detē
ta. arg. not. in ſimili per Inno. extra. de teſti. c. veniens ij. & in

iſta opinione erat dñs Bernardus. licet magis cæteri ſe in-
clinarent vt reduceretur in ſtatum in quo erat. ¶ Alij tamé
dicebant, ꝙ poteſt petere ſe reſtitui etiã iudicio poſſeſſorio
quia licet reſeruatio obſtet petenti ſe reſtitui, & eius peſſi-
næ poſſeſsioni vbi ageretur contra Papam ſeu habenté cau
ſam ab eo virtute reſeruationis, non tamen obſtaret peten-
ti ſe reſtitui contra alterum ſpoliantem, qui ſe non defende
ret nec ius habere prætenderet prætextu ſeu virtute reſer-
uationis nec ei mutaretur. argu. ff. de vi, & vi. arma. l. j. § qui
vi à viæ. ff. vti po. l. j. § fi. ¶ Sed illa opinio non approbatur:
quia cum prætextu reſeruationis impediretur poſſeſsionis
acquiſitio in tantũ ꝙ non cenſetur habere aliquã poſſeſsio-
nem nec naturalem, nec ciuilem, igitur nec poteſtaté ſibi cõ
petere iudicium poſſeſſoriũ intentandi. argu. l. j. § deijcitur.
ff. de vi & vi. ar. l. j. & argu. eorum quę ſcripſi. s. poſt Inno. ad
quod facit quid no. ergo de do. & contu. contingit. in fine.
¶ Nec etiam credit habere locum cõdictionem ex canone
redintegrãda. iij. q. j. quia credit, ꝙ illa ſupponat veram poſ-
ſeſsionem præceſsiſſe vel naturalem vel ciuilem. Et eſto, ꝙ
ſufficeret ſola detentatio, adhuc non credit iſtum per eam
poſſe reſtitui: quia detentatio ſua. eſt obſtante reſeruatione
erat vitioſa: quantumcunq; eam ignoraſſet ab initio ꝓpter
decretum ei annexum, quod afficit ignorantia vt. c. ſi eo tẽ-
pore. j. de elec. lib. vj. nec prodeſt ſibi, etiam contra tertium
ſpoliantem, vel inuadẽtẽ quia ille cum poſsidet vincit acto-
17 rem iſtum petentem ſe reſtitui per non ius ſuum: quia † ex.
parte actoris, ius metimur. ar. l. fi. C. de rei ven. ff. ſi pars. hæ-
re. p. l. j. ¶ Et pro hoc bene facit. ff. de teſta. nuli. l. mih. codici.
§ veteranus. & de bo. poſ. ſecundum tabu. l. qui liberis § fin.
¶ Alij verò tenent, ꝙ beneficiũ reſeruatũ poteſt vere poſ-
18 ſideri vel naturaliter vel ciuiliter. licet iniuſtè: quia † iuſtum
& iniuſtum non diuerſificant eſſentiam poſſeſ. ar. l. iij. § ecõ-
trario. in fi. ff. de acqui. poſ. pro primo alle. tex. in. l. j. § ſi vi. ff.
de acqui. poſ. l. iij. § ſciendum. ff. de dona. inter vir. & vxo. qa
ex inutili contractu transfertur poſſeſsio. etiam vbi nõ po-
teſt transferri dominium vt ibi ſed an iſte ſecundus ſi eſſet
reſtitutus, vel nunquã fuiſſet ſpoliatus, qui tenet beneficiũ
reſeruatum in quo nullum ius habebat: poſteà obtineat ſibi
prouideri in virtute reſeruationis ſeu prouiſionis per ſecũ-
dum An. ſibi factis confirmari indigebit noua inductione,
in poſſeſsionem, vel an ſufficiet ſibi, ꝙ remaneat in prima,
quam ante tenebat quæ licet tunc eſſet illicita, nunc fiat li-
cita. ¶ Dicunt quidam ꝙ non indiget noua inductione, ſic
nec emptor qui priùs rem quam emit tenebat, non indiget
noua traditione. ff. de rei ven. qd mulier. ¶ Alij verò dicunt,
ꝙ indiget noua inductione. arg. de inſti. c. ex frequẽtibus. ſe-
cundum prædictum Bernardum. ¶ Sed prædicta qõ ad ma
teriã attentatorum, non tenemus nec etiam quoad materiã
poſſeſſorij reſtitutorij. vel cõdictionis. c. redintegrãda. præ-
terquam in caſu, in quo per reſeruationem ſpecialem vel ge
neralem, certam & determinatam certi beneficij & proui-
ſionem inde ſequutam manifeſtè appareret de non iure ſpo
liati petẽtis reſtitutionẽ, & de iure ipſius poſſeſſoris. ¶ Ad-
uerte etiam: quia quidam dominus dicebat hîc menti tené-
dum, videlicet in. iiij. caſibus locum eſſe reuocationi atten-
tatorum, in modum attentati. primò propter litis penden-
tiam: vt in cle. ij. vt lite pen ¶ Secundò cum per appellatio-
nem aut per alium modum negotium deuolutum eſt ad ſu-
periorem: de offi. le. c. licet. ¶ Tertiò cum Papa cauſam ad ſe
ſpecialiter aduocãdo, ſibi cognitionem aſſumit. vt hic. & s.
lite pen. c. iij. ¶ Quartò dicitur per ſe ipſum Papa incipit de
negotio cognoſcere, vt hic. ¶ Sed obſtat huic quod ſcripſi.
s. eo. c. in. j. q. ver. ex quibus infert Inno. ¶ Dicit tamen idem
ſe credere cum Papa in ſuo palatio cauſam audiendam com
19 mittit: quia † audientia palatij ipſius Papæ audientia pro-
pria eſſe cenſetur. cum vix hodie aliam audiẽtiam exerceat.
¶ Sed ob. huic prædicta cle. ij. per quã alia, ibi poſita requi-
runtur. ¶ Dicit tamen, ꝙ ex commiſsione cancellariæ factę
alteri delegato aut in palatio ſine ſcientia vel ſpeciali man-
dato Papæ non ſequeretur ille effectus. ¶ Sed nõ video hãc
differentiam: quia vtrobiq; eſt locus prædictæ cle. niſi Papa
ex certa ſcientia ſpecialiter cauſam aduocaret. ¶ Et de ma-
teria remittit Collectarius ad collecta ſua. s. eo. conſtitutis.
nec aliud ponit.

SVMMARIVM.

1 In termino appellationis proſequẽdæ ſtatuto ab homine, ſi altera par,
non veniat, eo tacito literas impetrando, litera non valent.
2 In reſcripto appellationis, neceſſe non eſſe nomen iudicis a quo eſt ap-
pellatum exprimere.
3 Aſsignationem factam per iudicem, non habere vim delationis.
4 Iudicem non decurrere, partibus tacentibus vel inuitis.
5 Terminum hominis virtuoſum eſſe, quia moderatur legem.
6 Aſsignationem termini interdum neceſſariam non eſſe.
7 Literas impetratas eſſe communes, impetranti & aduerſario.
8 Termini præfixio, an arctet appellantem, ad mittendum ſufficientem,
procuratorem.

¶ CAP. LVII.

1 OBlatæ nobis. ¶ Caſus. Si † terminũ
appellationis, proſequẽ-
dæ ſtatutum ab homine, altera pars venit
eo tacito literas impetrando, literæ non va-
lent. Sed terminũ iuris appellatus præuenire
poteſt dummodo nimium non præcurrat: & eſt communis
diuiſio ſecunda ibi, licet igitur. quæ diſtinguit & ſecundum
membrum diſtinctionis proſequitur ibi, *ſi vero*. iij. inſtruit
iudicẽ. iiij. concludit ad cauſam propoſitũ ibi, *ex his*. ¶ Ex-
2 pone literam, *quidam iudices*. nota pro oppoſitione ꝙ no † ſit
neceſſe in reſcripto appellationis, nomen iudicis à quo eſt
appellatum exprimere. ¶ De hoc in Spe. de appel. § de offic.
ver. antepenul. *procurator*. appellare tenebatur, ſed non proſe
qui quod dic vt. s. de procu. non iniuſte. *ſine termino*. per ap-
3 pellantem ſtatuto de alio dicetur. j. eo. *aſsignatus*. no. ꝙ † aſsi-
gnatio facta per iudicem, nõ habet vim delationis, cum iſta
ponantur hîc, vt diuerſa. de his. j. e. cum appellationibus. li.
vj. quid ſi notarius ꝙ iudex benignè recepit appellationem
vide in Spe. de appel. § nunc dicamus. in fi. ¶ Et dicit, ꝙ non
videtur detuliſſe. ¶ Tamen dicit ibi, ꝙ cle. placet contrariũ.
ſit ergo cautus in reſpondendo, & ſtatuendo terminum le-
galem. *obſeruatione*. & tamen per illas literas poterit infirma-
ri vt dicitur. j. *literas*. impetrauit, ꝙ eſt. j. facta mentione de
appellatione. vt in vlt. glo. *alias pars*. appallans. ſ. *poſteriores*. im
petrati ab appellantem, *vel vos*. priores impetrati ab appel-
lato. *& infra*. forte ad hæc quęrebatur, quid iuris ſi terminus
legis fuiſſet moderatus per hominem & an potuerint mo-
derari ad quæ reſpondet ſecundũ Hoſti. *à ſententia*. hoc etiã
poſſet argui, quod arguebatur. s. e. ex ratione. *præſentando*. añ
hunc tex. ita ꝙ reſpiciat verbum indulgeatur. Sed illa nõ eſt
mens literæ: & dic vt ibi à prouocante ab appellato. nota
Hoſti. de hoc in Spe. de appel. § qualiter. circa finem. *ſi eo*. ſcili
cet termino ſtatuto ab homine, *tacita veritate*. ¶ Eſt ergo ex-
preſſum ſecundum Hoſti. ꝙ de termino appellanti ab homi
ne ſtatuto, neceſſe habet impetrans facere mẽtionem: ergo
& de appel. vt in vlti. glo. *firmitatem*. oppoſita exceptione, qd
dic vt not. de reſcri. ad audiẽtiam. ij. *non præcurrat*. dici poteſt
hoc arbitriũ de offi. dele. de cauſis. Alij ꝙ vltimo menſe hoc
poterit. ij. q. vj. appellatione. Alij ꝙ poſt impetrare poterit.
Sed tunc ſolũ agitur cum menſis ſupereſt, ꝙ de hoc hic not.
Inno. & Hoſti. vide in Spe. de appel. § nunc Vin. ver. licet au
tem. ¶ Primum placet & veniet in arbitratu, conditio per-
ſonarum, qualitas cauſæ, & loci diſtantia. s. e. cum ſit Ro. de
elec. cupientes in princi. lib. vj. nec video præiudicium, cum
non interſit appellãtis, imò regratiari deberet per quẽ obti
nere poterit ſententiam infirmari. vt hic in fi. *impetrare*. poſ
ſet etiam proſequi coram ipſo iudice appellationis, nõ im-

petrando cum neceſſe tūc erit aduerſarium citari. Et dic vt
plenè dixi. ſ. eo. ſæpe. ſuper gloſ. vt ſi lis, *ſic obtenta* ne diuidaſ
continentia cauſæ de ſequeſtra. poſſeſsion. c. j. *recuſaret.* vel
niſi impetraſſet, *ſecundas.* quæ de primis expreſſam facerent
mentionem. ſ. de reſcrip. cæterū. j. ti. j. bonæ. *proſequi.* ¶ An
idem poſsit coram iudice appellantis coram quo illum cita
ri fecit, & poſteà ſuperſedet vide quod dixi. ſ. eo. ex ratione.
grauamen. i. periculum vel damnum rei priuatæ de re publi-
ca dicetur. j. ver. proxi. *ſuperior.* ad quem eſt appellatum. vt j.
loquitur indiſtinctè & quia ratio huius decretalis generalis
eſt,& reſpicit etiam iſtum caſum.Sed nunquid poſt ſenten-
tiam poterit reuocare?dic ꝙ non ſecundum Barto.quia per
ſententiam functus officio deſijt in cauſa iuriſditionem ha
bere.ff.de re iudi.l.iudex.ar.ff.de compenſa.l.ꝙ ſi in diem.§.
ꝙ ſi rationem.plus dicit Bar.ꝙ etiam ante ſententiam diffi-
nitiuam:ſi tñ ipſa interlocutoria ſit iam executioni manda-
ta,nõ pôt tunc interlocutoria reuocari: niſi de partiũ volũ-
tate & cauſa cognita.& dicit ꝙ de hoc eſt textus cum gl.ff.de
pręto.ſtipula.l.j.in fine.ſubdit ꝙ etiam poſt appellationẽ in-
terpoſitã ab interlocutoria reuocari poteſt:& quòd de hoc
9 eſt caſus in iſta decretali.Item dicit poſt Dy.ꝙ† iudex ad re-
uocandum compelli non poteſt.ff.de iudi.l.non quicquid.
&.C.quomodo & quandu iudex.l.j.ſed quia de iure noſtro à
qualibet interlocutoria appellari poteſt iudex ad quem in-
uito iudice à quo illam poterit reuocare.& idem de iure ci-
uili in caſibus in quibus non licet appellare poterit pars pe-
tere reuocationem grauaminis , & ſi iudex hoc non faciat
parti ad intereſſe tenet:vt.C.de iudi.l.ſtatuimus.&.C.de te-
ſti.l.ſi quando.in caſu tñ poſſet iudex cogi per ſuperiorẽ.pro
quo Bar.inducit caſum in auth.vt differentes iudi.§.j.& de
iure iſto iudex eccleſiaſticus in caſu compellit iudicẽ ſecu-
larẽ ad reuocandum:vt.j.de excep.c.ſi.li.vj.& an inuitis par-
tibus poſſit reuocare?vide Dynum.ff.de præto.ſtip.l.j.& de
hoc.j.dicam.

10 ¶ TERTIO quæritur† quæ eſt ratio quare diffinitiuam
ſententiam non reuocat iudex ſed interlocutoriam ſic. Pri-
ma ratio eſt,quia diffinitiuã fertur cum maiori maturitate,
& in ſcriptis:& de ſcripto ſecus de interlocutoria.j.de re iud.
c.ſi.li.vj.& ideò diffinitiua min⁹ reuocabilis ad hoc.ij.q.vj.
anteriorum.in auth.de appella.poſt principium. collat.iiij.
C.de repud.l.dubium.ar.C.arbi.to.l.ſi.Secũda ratio,quia iu
dex diffiniendo cauſam quoad illam functus eſt officio ſuo.
ſ.de offi.dele.in literis.& prędicta.l.iudex.quod ceſſat in in-
terlocutoria:de diffinitiua verò qualiter reuocari poſſit re-
mittit Nouella ad notata ſua de accuſa.qualiter.j.ſuper pri-
ma.& in remiſſione ibi data.& in hoc concordat Bar.in prę
dicta.l.qđ iuſſit.in.j.q.& qđ hîc dicitur intellige in quolibet
iudice ordinario,vel delegato:vt no.per gl.& Bart.in prædi
cta.l.qđ iuſſit.in.ij.& idem ibi dicit Bar.in arbitro per.l.diẽ.
ff.de arbitris.

11 ¶ QVARTO quæritur† vtrũ omnis interlocutoria reuo
cari poſſit?gl.in.l.quod iuſſit.ſatis obſcurè de hoc loquitur.
Pôt tñ ſumi diſtinctio ex illa gl.quia interlocutoriarũ quę-
dam pręparant,vel ordinant litem,quędam decidunt inci-
dentia,vel emergentia,quędam iubent aliquid reſtitui , vel
non reſtitui,aut dari,vel non dari,aut fieri,vel non fieri , ſeu
aliquid aliud ęquipollens.de primis cõis eſt opinio,ꝙ ſi iu-
dex pręparando,vel ordinando iuſſit partem adeſſe Calen-
dis poteſt ex cauſa prorogare,vel abbreuiare:vt.ff.de arbi.l.
qualem.in fine . &.l.diem proferre . in principio.ſed ad hoc
obſtat,ꝙ dilatione pendente quieſcit officium iudicis.C.de
dila.l.ſiue pars.j.e.ſignificante.ſed ſuper hoc remittit Nouel
la ad notata ſua.in prędicto.c.ſignificante.ſuper.iij.gl.ſi ve-
rò interlocutoria decidit incidens,vel emergens,& quę ſint
iſta plenè ſcripſi.ſ.de ordi.cogni.c.j.Adhuc dicunt quidam
hanc etiam reuocari poſſe pro quibus facit hęc decretalis,&
etiam prędicta.l.qđ iuſſit.quæ generaliter,ſeu indefinitè lo-
quitur.ar.xix.di.c.j.de priuil.quia circa.ff.de publici.l.de pre
tio.ſed alij dicunt illam reuocari non poſſe.cum ex ea , ſicut
ex diffinitiua acquiratur ius litigatori quantũ ad articulum
deciſum,& cum tranſeat in rem iudicatam:vt in gl.Alij ta-
men diſtinguunt an ſint lapſi.x.dies & an ſit appellatum : vt
ſ.ſcripſi. in quęſtione ſecunda poſt Inno.Alij verò dicũt,ꝙ
ex officio hoc facit,& non ad partis inſtantiam poſt.x.dies:
vt ſcripſi ſ.in prędicta.q.ij.poſt Hoſt. Alij autem dicunt in
his attendendam eſſe fori cõſuetudinem.videmus enim edi
cta banna,& pręcepta iudicum tota die mutari.& eędem
opiniones cadunt circa tertiam ſpeciem interlocutoriarũ:
quibus iubetur aliquid dari,fieri,vel reſtitui hoc ſaluo ꝙ ſen
12 tentiam† qua iubetur poſſeſſionem reſtitui de plano diffini
tiuam vocamus.vt.ſ.de iudic.c.finali.Item pręcepta qñq; ha
bent vim diffinitiuę,quandoq; interlocutoriæ,& primo ca
ſu non reuocentur de his.ſ.de elect.dudum.ij.j.de verb.ſig.
c.ex parte.j.Communiter tñ in hac vltima ſpecie videnl te-
nere legiſtæ ꝙ interlocutorię non poſſunt mutari . Nouella
autem dicit attentari poſſe,ꝙ omnis interlocutoria mutari
poſſit ex cauſa:& ſic ſimpliciter nos Canoniſtę tenemus qđ
probant.l.ff.de præto.ſtipulat.l.j.in fine.&.l.penult.& vt di-
cebat Dynus non dicatur ꝙ illud fuerit de voluntate cũ ibi
in l.penul.ponatur verbum iuſſerat quod ſapit contrarium
ff.quod iuſſu.l.j.inſti.de autho.tut . vltra medium.vnde ſine
cauſa reuocari non poteſt maximè poſt.x.dies ſine volunta-
te partis,pro qua lata eſt & ſic intelligatur opinio contraria,
& probatur hoc per decre.vltimam.j.e.li.vj.nam ſi iudex ap
pellationis interiectæ à ſententia diffinitiua reuocat graua-
men illatum per interlocutoriam per quã paratur prætudi-
cium negotio principali,nec ſubeſt alia ratio:niſi quia ſucce
dit in locum iudicis principalis reſtat quòd principalis hoc
poterat,cum minor ſit poteſtas iudicis appellationis eo re-
ſpectu quo ſe non intromittit de his quæ principali non pa-
rant pręiudicium.& hoc etiam probatur ſecundum Inn . in
decretali ſacro.j.de ſent.excõ.nam cum ibi primo dixiſſet
ſuper verbo reuocare ꝙ iudex ideò ab excommunicatione
abſoluit parte inuita:quia pars non poteſt abſoluere nec in-
tereſſe ipſius in alijs verò interlocutorijs in quibus ius , &
actio acquiruntur parti:& quibus pars renunciare poſſet:
ſecus quia iudex ius illud parti inuitę auferre non poſſet.de
13 elect.cum dilecti.Item excommunicatio† reſpicit fauorem
excõicati:vt ſpiritus eius ſaluus fiat.j.q.j.multi.quod in eius
lęſionem retorqueri non debet.j.de re.iur.quod ob gratiam.
li.vj.In alijs ſententijs ſecus.ff.de re iud.l.miles.§.vlti . & . C.
de re.cre.l.actori.ſubdebat ſic vel dic idem in alijs interlocu
torijs:vt de expenſis.& de ſimilibus.ſ.ꝙ reuocari poſſunt à
proferente etiam ſi poſt lapſum.x.dierum tranſiuerint in rẽ
iudi.& ſic loquitur lex quod iuſſit.& facit.j.de re.iur.omnis.
nam ſicut iudex ex officio ſuo ſine ſolennitate iudiciorũ cõ
demnat ex quo oritur partibus ius & actio,ſic & ſine magna
ſolenitate poterit reuocare:ar.iiij.q.iiij.quicquid fatetur ſe-
cundũ Inn.facit.ff.de cur.l.minor.circa principiũ.& quod
ibi nota.

ibi not. per Accur. in gl. ij. & hoc vltimum allegabam nuper
ad hoc ꝙ vnio eccleſiæ parrochialis facta hoſpitali in præiu
dicium monaſterij cui fructus ſpectabant pro maiori parte
dictę parochialis eccleſiæ non facta mentione de hoc, & mo
naſterio non vocato, poterat reuocari ad inſtantiam mona-
ſterij etiam hoſpitali non vocato: ſed forſan nõ vrgebat alle
gatio eò ꝙ allegatio prȩiudicij monaſterij eget probatione,
quæ probatio ſine partis vocatione de iure non poteſt reci-
pi. s. de teſti. c. ij. & quia fortè vnio cenſetur facta ſine præiu
dicio monaſterij, vt ſic monaſterium in eccleſia vnita fru-
ctus poſt vnionẽ percipiat ſicut ante vnionẽ percipiebat: &
ita tunc reſpondit dominus Card. ſancti Angeli ſuper iſto
dubio tunc conſultus qđ non proſequor. Fatetur tñ Inn. ꝙ ſi
iudex à quo abſq; iuſta cauſa grauamen reuocet poterit ap-
pellari, & ꝙ tunc iudex appellationis, vel alius à proferente
reuocari non poterit niſi legitimo modo, videlicet quoad
proſecutionẽ appellationis, vel per reſtitutionẽ in integrũ,
vel alijs modis de quibus remittit de procur. querelam. Bar.
14 autem in prædicta l. qđ iuſsit. dicit ꝙ quędam † eſt ſententia
interlocutoria per quam iudex non deſinit eſſe iudex, vt ꝓ-
nuncio non eſſe procedendum ſuper libello, vel abſoluo te
ab inſtantia iudicij & illa non poteſt reuocari ab interloquẽ
te: quia per illam functus eſt officio ſuo & ſic eadẽ ratio ſi-
cut in diffinitiua alia eſt interlocutoria poſtquã interloquẽs
iudex remanet & illa poteſt reuocari. hanc enim diſtinctio-
nẽ facit textus ſi bene ponderetur. ff. de arbi. l. diem. Ad l. pri
mam. C. ſi de momentanea poſſeſsione agaꝛ dic ꝙ ibi loquiꝛ
de diffinitiua & ad. l. ꝙ ſi in diem. §. ſi rationem. ff. de cõpen.
& ad. l. j. C. ſi ex falſis inſtrumẽtis. dic ꝙ ibi loquitur poſt ſen
tentiam diffinitiuam: vbi iam eſt functus officio ſuo, quæ di
ſtinctio placet mihi per ea quæ ſcripſi. s. in tertia quęſtione.
ſed non placet mihi exemplum de abſolutione ab inſtantia
iudicij: quia re vera pronuncians nõ cẽſetur functus officio,
nec deſinit eſſe iudex: vt ſcripſi poſt Inn. s. de offi. dele. c. con
ſuluit. & e. ti. c. ſignificantibus. Martinus autem dicit hoc te-
nendum ꝙ in habentibus vim diffinitiuę non habet locum
hęc decretalis nec prędicta l. quod iuſsit. ſed ꝙ in nõ haben-
tibus vim diffinitiuæ indiſtinctè locum habent oĩbus alijs
opinionibus, & diſtinctionibus reiectis, & hoc ſecundũ mẽ
brũ dum intelligit dũ reuocatio fit ex cauſa, & ex officio, &
non ad partis inſtantiam & ante & nõ poſt ſententiam: ſed
quæ habeant, vel non habeãt vim diffinitiuę quantũ ad hoc
maior eſt difficultas, & ſi ideò dicuntur vim habere diffini-
tiuę quia per eas interloquens deſinit eſſe iudex, tunc indu-
bitanter. M. bene dicit. ſi verò ideò quia articulõ diffinitiuũ
malè diceret: quia omnis interlocutoria eſt huiuſmodi. ſi ve
rò ideò, quia articulus cenſetur facere cauſam per ſe acceſſo
riam tñ ſicut articulus attentatorum, aut nullitatis, vel de-
ſertionis, ſeu alterius quæſtionis emergẽtis incidentis acceſ-
ſoriè connexę concluſio adeò vniuerſalis eſſet nimis laxa, &
nimis obuiaret pręcedentibus atq; ſequẽtibus in multis pũ
ctis. ſi verò ideò, quia articulus faceret cauſam per ſe non q-
dẽ acceſſoriam, ſed principalẽ: vt ideò datio tutoris, & tũc
vertuntur hic opiniones quas tetigi in princ. quæſtionis, &
quicquid ſit, nos continuò videmus ꝙ iudices talia mutare
conſueuerũt: maximè ex cauſa loquor de ordinarijs qui ſem-
per iudices remanent: ſed de delegatis: ſecus: vt dicam infra.
15 Sed vtrũ interlocutoria † poſsit ſæpius reuocari? Dy. ꝙ non
ſicut nec tertio appellari. C. ne li. in vna. eadẽq; cauſa. l. j. ar. ff.
de le. iij. l. fideicõmiſſa. § ſi quis decem. & vt leg. & no. l. j. § ſi qs
ita. Alij cõtra ꝙ imò ſæpius poteſt. ar. dictę. l. qđ iuſsit. in ver
bo ſed poteſt. quia illud eſt extenſiuũ. ff. de leg. ij. l. ſi quis ita.
Bar. tñ dicit ꝙ opinio Dyni magis videꝛ ęqua: ſed ego credo
ꝙ opinio alia verior, & æquior ſit in caſu qui facit ad propo
ſitum: nã ſemel reuocata antequàm nouiter itereꝛ amplius
reuocari non põt. ar. s. de fide inſtru. c. inter dilectos. § cæte-
rum in fine. Ipſa verò nouiter iterata cadit ſub permiſsione.
l. quod iuſsit. & huius decretalis, & concurrit tunc ibi ſicut
hic identitas rationis, & æquitas magna maximè in caſu ap-
pellationis: vt illius tollatur proſecutio, & parcatur quantũ ad
hoc vlterioribus partium laboribus, ſumptibus, & expenſis.
de dolo & contu. c. finem. nec obſtat de tertia appellatione
prohibita: quia eſt expreſſa prohibitio legis, & alia etiam ra
tio prohibitionis, & ceſſat ibi ratio huius permiſsionis quę
hîc non vendicat ſibi locum. imò durat eadem cauſa, & po-
teſtas reuocationis. & ideò non apparet ratio quare ſuum
non poſsit tunc effectum producere ſicut ante. nec obſtat. §.
ſi quis. x. quia grauamen hęredis, & culpa legatarij ſunt in
cauſa quorum vtrunq; hîc ceſſat. Item quæres vtrum reuo-
cari poſsit partibus abſentibus, & hîc dicas, ꝙ cum interlo-
cutoria requirit cauſæ cognitionem ſicut dilatio danda, vel
exceptio admittenda, & tunc ſicut in danda ita & in reuocã
da requiritur vocatio partis. ff. de prǣto. ſtipu. l. j. in fine. iun-
cta. l. à procedente. C. de dila. ſecus ſi cauſę cognitionem non
requirat: vt illa de veniendo certa die: quia tunc ſicut non in
danda, ita nec in reuocanda interlocutoria requiritur cogni
tio, vel vocatio: vt. l. ſed ſi interpellatus. ff. de arbi. & l. dicere.
e. ti. & eandem diſtinctionem ſerues cum quæritur an poſsit
reuocari per alium: quia in primo caſu non & in ſecundo ſic
argu. eorum quæ leg. & not. in. l. dicere. & in. l. quod iuſsit. al-
leg. ſecundum Dynum, & Barto. in prædicta. l. quod iuſsit.
16 Qualiter autem † poſt reuocationem grauaminis poteſt iu-
dex procedere in principali, & an teneatur partem citare, li-
cet ſatis pateat ex pręcedentibus vide tamen notata. j. e. ſi à
iudice. li. vj. vbi etiã videas an reuocans poſt reuocationẽ te-
neatur dare apoſtolos & vide etiã in. c. vt ſuper. e. ti.
17 ¶ QVINTO quæritur pone iudex † tulit ſententiam in-
terlocutoriã contrariã primę, de prima tamen nõ faciẽs mẽ-
tionem an primam nihilominus videaꝛ reuocare? videtur ꝙ
ſic: quia dominus ſecundum procuratorem conſtituendo vi
detur reuocare primum etiam ſi de primo nullam faciat mẽ
tionem. s. de procu. non iniuſtè. & e. ti. c. ſi quem. lib. vj. Bart.
tamen in. l. quod iuſsit. determinat contrarium & dicit ꝙ de
hoc eſt caſus in. l. ſiue pars. C. de dila. vbi dicit text⁹ quòd pẽ
dente dilatione, officium iudicis conquieſcit, & ſic non vi-
detur reuocata dilatio, & eodem modo facit. j. e. c. ſignifican
te. Item pro hoc videtur textus expreſſus ſecundum eum. s.
ti. proximo. cum olim. vbi ſententia ſecunda videtur ſurre-
ptitia niſi fiat mentio de prima. Tamen de poſteà videtur di
ſtinguere velle: quia aut eſt talis interlocutoria, quæ ſine cau
ſæ cognitione reuocari non poteſt: & tunc non valet reuo-
catio primæ: cum non fuerit de illa cognitum. Aut eſt talis
interlocutoria quæ abſq; cauſæ cognitione reuocari poteſt:
vt eſt dilatio, & tunc dando ſecundam videꝛ receſsiſſe à pri-
ma: vt. l. diem. ff. de arbi. & hęc eſt veritas ſecundum eum. ſed
quoad primum membrum videtur potiùs diſtinguendum,
an veriſimile ſit quòd recordaretur de prima quando pro-
ceſsit ad ſecundam: vt quia de facto ſuo proprio & recenti.
s. de reſcript. ab excommunicato, & tunc cenſeatur reuocare
primam. ſed ſi ſit veriſimile quòd dum proceſsit ad ſecundã
non habebat de prima memoriam tunc ſecus & eſt ratio, qa
quandoq; ambo extrema contraria ſunt in poſſe agentis ſi
procedit ad vnum, recedit ab alio: dummodo illud ſciat, &
aliter non. ff. de acquirenda hære. l. illud. de excu. tu. Idem Vl
pianus. in fine. de re iudi. quidam conſulebant. inſtit. ex qui-
bus cauſis manumittere non licet. § primo. inſtitu. qui da. tu.
teſta. poſſ. § primo. & textus bonus in propria materia. ff. de
procura. l. Pomponius. § ſed & is qui. verſi. deniq;. in fine. nec
obſtat. l. ſiue pars. qa licet dicat, ꝙ debeat officiũ cõquieſcere
debet intelligi dilatiõe manẽte. & de accu. ipſi dilationi dire
ctè nõ cõtrario: qa p actõ cõtrariũ cenſereꝛ dilatio reuocata
per prædicta. nec obſtat. c. cum olim. quia ibi Papa non re-
cordabatur de prima, & ideò cenſebatur circunuentus: vt
ibi dicitur. nec obſtat quod dicit Bar. de cauſæ cognitione:
quia defectus huiuſmodi non reddit nullam interlocutoriã
cauſæ cognitionem requirentem, & ideò defectus vocatio-
nis partis non reddit eam nullam: vt ſcripſi poſt Inn. de pro-
18 cura. auditis. & quia † illa cognitio id, de quo principaliter

queritur & non id quod per conſequentiam venit reſpicere habet. ff. de autb. tut. l. j. nec obſtant ea, quę ſcripſit Nouella de ſciſmaticis. c. fraternitatem. & ea quæ ſcripſi de filijs præſbyterorum. c. veniens. quia non loquitur in actu contrario: ſed conſecutiuo: & quia etiam ſi bene ponderentur magis faciunt pro, quàm contra.

¶ SEXTO queritur vtrum ſi iudex profert aliquam interlocutoriam poſtquàm nõ expectatur alia diffinitiua poſſit ipſe eam reuocare? Bar. in. l. quod iuſsit. dicit ꝙ non, ſi ex officio mercenario hoc fecerit: vt ſi pronõciet ſuper executione aut libello reſpondendum non eſſe: quia tunc functus eſt officio ſuo: vt. l. dicere. § vnde videndum. ff. de arbi. & l. iudex. ff. de re iud. ar. ĩ. de offi. dele. cum olim. § iudices. in fine. ſecus ſi ex officio ſuo nobili pronunciet puta ſuper datione tutoru, vel ſuper interpoſitione decreti in alienatiõe rei minoris: quia illud poterit cum cauſæ cognitione reuocare, & de hoc allegat textum cum gl. notabili. ff. de rebus eorum. l. quanuis. & ff. de procur. l. ſi quis cum procuratore. etiam cũ gl. ſua. ſed non videò prædictam differentiam inter officiũ nobile, & mercenarium, & ideò dico ſimpliciter ſolum eſſe attendendum, vtrum ſit talis interlocutoria & talis iudex, ꝙ per interlocu. huiuſmodi ſic functus fuerit officio ſuo, ꝙ in illo negotio ſimpliciter deſierit eſſe iudex, ſeu de illo negotio amplius iudicare poſſe, & tunc non poſsit reuocare, & aliâs poſsit: quia † poſita, vel remota cauſa ponitur, ſeu remouetur effectus. modò cauſa reuocationis, & non reuocationis eſt illa quã ponit diſtinctio ſupra proxima. vt dixi ſupra in tertia quæſtione. ¶ Primo ergo quęritur quid de illa per quam pronunciauit executionem fiendam? Dic ꝙ ſi pronũcians ſententiam non eſſe executioni mandandam erat delegatus, & ſuper alio iuriſditioné non habebat illam nõ poterit reuocare: quia per hoc functus cenſetur officio: eò quòd decidit quicquid ad eum pertinebat: vt. c. in literis. cum his, quę ibi ſcripſi de offi. deleg. & l. iudex. ff. de re iudi. & c. ſi cõpromiſſarius. de elect. lib. vj. cum ibi per me notatis. ſi verò ſic pronuncians erat ordinarius tunc ſecus: quia per hoc nõ cenſetur functus ſimpliciter officio ſuo, nec per hoc deſijt eſſe iudex cum iure ordinario totũ negotium apud ſe adhuc remaneat. ſed ſi pronunciatum eſſet ſententiam eſſe executioni mandandam per delegatum cui eſſet commiſſa etiam executio, poſſet eam reuocare ex cauſa: quia non cenſeretur tunc in totum functus officio ſuo, nec per hoc deſineret eſſe iudex: quia reſtaret adhuc apud eum principale, videlicet poteſtas exequendi. vt prædicta. l. dicere § ſecundo. & hoc intellige vbi executio eſt commiſſa principaliter, ſecus eñ ſi ſolũ competeret incidenter: vt patet ex his, quæ ſcripſi. §. ã. de offi. dele. in literis. in tertia oppoſitione: ſed ſi eſſet ſibi commiſſus ſolus articulus pronunciandi vtrum ſententia eſſet executioni mandãda tunc ſecus: quia tunc per hoc functus fuiſſet ſimpliciter officio ſuo, & per hoc deſijſſet ſimpliciter eſſe iudex de ordinario verò certum eſt in omni caſu quòd poſſet reuocare ex cauſa: quia per hoc non eſſet functus officio, nec deſineret eſſe iudex vt ſcripſi ſupra. ¶ Secũdò quæres, quid de interlocutoria per quam pronunciatur nõ eſſe reſpondendũ libello? Breuiter dico quoad hoc Bar. errasse: quia per hoc etiam delegatus non cenſetur ſimpliciter functus officio ſuo, nec per hoc deſinit eſſe iudex: vt patet ex his quę ſcripſi in ſimili. de offi. dele. c. conſuluit. & c. ſignificantibus. ¶ Tertiò quæres quid de datione tutoris, & de interpoſitione decreti, ſed dic vt dixi ſupra de articulo executionis ex identitate rationis. & per hoc concordare poteris omnia per Bar. allegata.

20 ¶ SEPTIMO quæritur † per quem modum poteſt & debet interlocutoria reuocari. ſuper quo vide omnino hîc notata per Bertol. in gloſſ. ſecunda. verſu aduertat tamen, & adde omnino quę ſcribam infra in ſuppletionibus dictę gloſſę.

21 ¶ OCTAVO quęritur † qualiter ſententia diffinitiua valeat reuocari? ſuper quo vide quę ſcripſi in prædicto. c. in literis. in prima, ſecũda, quarta, & decima oppoſitionibus, & in dictis Henrici, & ſupra tit. proximo. c. j. in. iiij. qõ. vbi plenè de hoc.

¶ NONO quæritur vtrum iudex appellationis, & deſertionis qui pronunciauit appellationem deſertam, vel aliâs ſe non eſſe iudicem poſsit docto de diligentia, vel iuriſdictione reuocare pronunciationem, & procedere in negotio
22 principali? & † vtrum executor, qui malè in executione proceſsit, iterum poſsit procedere? ſed de his dic, vt ſcripſi ſupra de officio delegati. capitulo ſignificantibus. in ſecunda oppoſitione.

23 ¶ DECIMO quæritur † qualiter quis ſententiam ſuam, vel alterius interpretari poteſt? de quo tractant Accurſi. & Barto. in. l. ab executore. ff. de appellationibus. vnde dicit Barto. poſt Dynum, quòd ordinarij iudices habentes merum imperium ſuas ſententias interpretari poſſunt. argum. ff. de præto. ſtipula. l. prima in fine. & de re iudicata. l. actorum. & eſt bonus textus in prædicta. l. ab executore. in principio ſecundo reſponſo. ſed minores magiſtratus non habentes merum imperiũ, aut quiuis delegati hoc non poſſunt. argumen. l. iudex. & c. in literis & C. ſententiam reſcind. non poſ. l. prima. & ff. de quęſtionibus. l. prima. ſcdm, Dy. & Bartolum. non obſtat. ff. de teſtamentis. l. hæredes palam. § ſed ſi neceſſaria. quia loquitur in teſtatore, qui ex ſola voluntate, totum poteſt teſtamentum immutare. Sed nunquid ſententiam delegati poſsit interpretari delegans? Dynus? & Bartolus tenent quòd ſic: vt. ff. de re iudicata. l. duo iudices. ¶ Sed
24 quæres quam † interpretationem poteſt facere iudex de ſententia ſua? quia interpretatio ſumitur multis modis, quia quandoq; interpretatio ſumitur pro correctione totali, & iſtam nullus poteſt facere niſi ſolus princeps: vt. ff. de quæſtionibus. l. prima. in fine. & prædicta. l. iudex. Aliquando ſumitur pro derogatione, id eſt pro correctione in parte, & tunc adhuc idem eadem ratione: vt. ff. de rei vendicatione. l. quæ de tota licet quandoq; contra generalitatem ipſius remedio exceptionis, ſeu replicationis ſuccurratur: vt. C. de indicijs. l. licet. quandoq; ſumitur interpretatio pro extenſione, & iſtam etiam non poteſt facere iudex: niſi circa acceſſoria & eadem die: vt. ff. de re iudic. l. Paulus. Quandoq; ſumitur interpretatio pro congrua verborum, ſeu orationis expoſitione & iſtam poteſt facere iudex, vt prædicta. l. ab executore. quia tunc nihil de nouo facit: ſed factum declarat: vt prædicto. § ſed ſi notata. vt ſi iudex pronũciauerit aliqué violentiam commiſiſſe poterit poſteà declarare an intellexerit de violentia publica, vel priuata: vt. ff. de pœnis. l. ſi præ-
25 ſes. vel ſi condemnauit in centum licet † in dubio de minori pecunia intelligatur. ff. de le. iij. l. nũmis. tamen interpretari poterit iudex de qua pecunia cenſeat: vel ſi condemnauerit Titium, & reperiuntur plures Titij poterit declarari de quo intellexerit. ſed ſi vellet facere vnam interpretationem prius extraneam: vt ſi condemnauit ad nouem boues, & vult declarare nouem bouem: non poſſet hoc facere: vt notat gl. in prædicta. l. ab executore. vel ſi verba eſſent omnino clara, & vellet ea aliter interpretari non admitteretur: vt. ff. de legatis tertio. l. ille. aut ille. § cum autem. in verbis. & ff. de verborum obligat. l. quicquid adſtringendæ. ver. nec rurſus. ſecundum Dynum, & Bart. & hoc multùm facit contra declarationes, quæ aduerſus propriam, & claram hodie per importunitatem impetrantur à Papa. Contra quas etiam multum facit. l. Plautius. ad finem. ff. de auro, & argento. leg. licet quandoq; pro huiuſmodi declarationibus ſolatioſè in argumentum induxerim id quod ſolet dici, quòd in nominibus appellatiuis error principis facit ius: vt. ff. de ſuppel. le. l. j. in fine. ſed verecunda eſt hæc allegatio principis niſi aliqua cauſa probabilis errorem excuſet: vt. ff. de ſuppel. l. Labeo. & ff. de le. j. l. ſi qs in fundi vocabulo. qa plura & melius ſcire prꝗſumit, quã priuati propter deliberationẽ maturiorẽ quã conſueuit, & debet præmittere in agendis. argu. eorum quæ leguntur, & notantur. de conſtitutionibus. c. j. libro ſexto.

Item quæres,

hẽ quęres,an interpretatione huiuſmodi neceſſariò debeat
pars citari?Bar.putat quòd ſic.ar.ff.de re iud.l.de vnoquoq;.
&.ff.de adop.l.nam ita Diuus.& quod legitur, & notatur.
ff.de arbi.l.ſi quis arbitratu.ſed aliæ ſolennitates neceſſariæ
in ſententia hic non requiruntur.ar.prędicti.§ ſed ſi notan.
26 Præterea quæres vtrum † iudex poſsit interpretari ſenten-
tiam ſui prædeceſſoris?videtur ꝙ non:quia hæres non po-
teſt interpretari libellum defuncti:vt no.per gl.ff.de rei vẽ.
l.idem Pomponius ſcribit.&.ff.de ver.ob.l.inter ſtipulantẽ.
in prin.§.j.ſed in contrarium facit,ꝙ delegans interpretatur
ſententiam delegati ſui:vt dixi.ſ̃.& hoc tenet Bar.quia acci
piendo iudicem pro iuriſditione,vel pro ipſo tribunali ve-
rè eſt idem iudicium,& idẽ iudex:vt.ff.de iudi.l.proponeba
tur.nec ei ius interpretandi competit:vt priuato:ſed vt iu-
27 dici.nec obſtat quod dictum eſt de hærede, quia † hæres cũ
defuncto non eſt eadem perſona vere,ſed fictè. & per hoc
apparet ſolutio ad quęſtionem,videlicet ꝙ ſi iudex in ſentẽ
tia reſeruauit ſibi taxationem expenſarum ſucceſſor taxare
poterit:quia non vt priuato,ſed vt iudici ſibi reſeruauit: qa
vt priuatus hoc non poſſet facere:& pro hoc facit quod leg.
& no.ff.quando ex facto tuto.l.poſt mortem.§.j.Nunquid er
go delegatus taxationem expẽſarum ſibi poterit reſeruare?
videtur quòd non:quia taxare expenſas eſt declarare,ſeu in-
terpretari ſententiam ſuam:quod non poteſt facere delega-
tus,vt dictum eſt quod putat verum Bar.niſi eſſet talis dele
gatus cuius iuriſditio adhuc duraret ad exequendam ſentẽ-
tiam de quo remittit ad lecta,& notata.ff.de re iud.l.à diuo.
de quo plenius de offi.dele.querelam. ſed hanc opinionem
generalis curiæ conſuetudo reprobat ſecundum quam audi
tores palatij nullam executionem habentes in expenſis con-
demnantes taxationem in ſententijs ſibi reſeruant,& poſt-
eà taxant.quæ omnia per literas apoſtolicas confirmatorias,
& executorias comprobantur.ſubdit Bar.ꝙ ſi delegatus cõ
demnant in expẽſis reſeruauerit ſibi taxationem quã ſibi re-
ſeruare nõ poteſt ſecundum eũ,videlicet cõdemnatio expẽ-
ſa,& reſeruata videtur taxatio deleganti.arg.ff.de bo.poſ.ſe-
cundũ tab.l.ſi ita.§.à filio.ſcdm la.de but.ibi.qoadam diſpu-
28 tatione,quia † nõ reſpectu perſonę.ſed reſpectu iuriſditio-
nis videt̃ reſeruatio facta:quę iuriſditio eadẽ cenſet̃ cũ ordi-
naria.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſditio.l.j.§.qui mãdat.
& per hoc reſpõſum eſt ad vitium incertitudinis,de quo in
l.ſi.C.de ſententijs,quæ ſine certa quantitate.Conſulit tamẽ
Bar.vt ceſſent ambiguitates,ꝙ delegatus in ſententia taxa-
tionem ſibi & deleganti reſeruet.ſed non eſt neceſſarium ho
die iſtud conſilium cum de generali iudiciorum conſuetudi
ne hodie delegati taxationem expenſarum ſibi reſeruent,&
poſteà taxent ar.ff.de leg.l.ſi de interpretatiõe.&.l.minimè.
29 Rurſus quęres vtrum † ab interpretatione ſententiæ appel-
lari poſsit?videtur ꝙ nõ.ar.C.quãdo prouo.non eſt neceſſe.
l.ſi.in principio.ſed in cõtrarium videtur caſus quia appella
ri poteſt ab iniqua interpretatione ſi modum excedat: vtpu
ta magis vel minus taxando,ſeu aliâs interpretando,nõ ob-
ſtat l.ſi.quando prouo.non eſt neceſſe.quia ibi ſufficit appel
latio partis alterius:ſed ſecus ſi alius nõ appellaſſet:vt ibi no.
per doct.ſcdm Bar.& per Ia.de are.in prędicta.l.Paulus. &
faciũt no.Inn.ſ̃.e ſæpè.ſuper verbo expenſis.& videt̃ textus
in.l.ab executore.alleg.Cõmune videndum eſt de quo in in-
terpretatione quærendum eſt:& dicit Bart.ꝙ probatio,vel
inquiſitio per quam principali ſentẽtię derogetur nõ eſt hic
fiẽda vt predicta.l.ab executore.in fine.primo reſponſo.ibi:
hoc ſolũ quæritur an iure interpretatum ſit.& facit.ff.de iure iue.
l.ſi duo patroni.&.l.Iulianus.in fine.Item ſubdit ꝙ iniqui-
tas appellationis poterit apparere ex multis vtputa ex ge-
ſtis,& probatis,& ex qualitate rei,vt not per gl.in prędicta
l.ab executore.ar.ff.de reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus.&
& qđ ibi no.vt ſi cõdẽnauit in.x.libras intelligitur de vſuali-
bus:ſed interpretatur de paruis turoñ.ipſe grauat,& etiã co
gnoſcitur ex qualitate cauſę:vt ſi cauſa nõ exigit niſi paruã
monetã,& ipſe interpretet̃ de magna,& ex qualitate,& con

ſuetudine fori,vel loci:ar.ff.de var.& extraordi.cogni.l.j.§.in
honorarijs.& ex quantitate actorũ.C.de fructi.& liti.expen
ſis.l.nõ ignoret.ſcdm eum de hoc autem,videlicet qualiter
iudex põt interpretari ſniam vide quę ſcripſi.de offi.dele.in
literis.ad finẽ dictorum Henrici.verſu ſi quęritur qualiter.
30 † VNDECIMO quæritur vtrum † in reuocatione ſniæ,
cauſæ cognitio,& partis vocatio ſint neceſſarię? Breuiter di
cas ꝙ ſic per ea, quę ſcripſi in quęſtione.ſ̃.primo verſu itẽ
quęres.ſ̃.e.c.in.q.iiij.ver.Item quęres vtrũ reuocari.ſed nun-
quid iſta cognitio erit ſummaria?dic ꝙ talis erit, qualis eſſe
debuit in ſnia ꝓferenda:vt patet ex his quæ ſcripſi.ſ̃.eo.c.in
iiij.q.ver.& facit.ĩ.de reg.iur.omnis.& ver.ſe.& ꝑdicto ver.
Item quęres.vtrum reuocari eadẽ quęſtione.Huius occaſio-
ne quęrere poſſes,quid importat ſummaria cognitio de quo
in Spe.tit.de officiu iudicis.Dynus verò in.l.prima.in fine.
ff.de pręto.ſtipula.§.ſi.vbi de hoc in textu & in gl.dat talem
31 doctrinam:ꝙ vbicunq; † agitur de cauſa ſuper qua ſententia
lata tribuit ius finale,& aufert ius vni, & dat alteri,ibi deſi-
deratur plena cauſę cognitio:& aliâs ſufficit ſemiplena:vt.ff.
quis or.in bo.poſ.ſerue.l.ij.& ff.de bo.poſſ.l.iij.§ ſi cauſa co-
gnita.Bar.aũt dicit in prędicta.l.j.§ ſi.qñq; lex dicit cogno-
ſci ſummatim in caſu in quo ſnia lata nõ parit plenũ prętudi
cium:& tũc ſummatim intelligitur tam in ordine,quàm in
probatione:quia ſufficit ſemiplena probatio,& fortè etiam
per iuramentũ:vt.ff.ad exhi.l.theſaurus.& in auth.de exhi.
& intro.re.§.ſubſcepto.& idem in cauſa alimentorum:quia
remanet cauſa filiationis,& in ſimilibus.quandoq; lex vti-
tur iſto vocabulo in cauſa quæ parat plenum præiudicium,
& tunc reſtringitur verbum ſummatim quoad ordinem:
quia tunc requiritur plena probatio.C.de naufra.l.de ſub-
merſis.libro decimo.& ſic intelligitur cle.ſæpè.de verbo.ſi-
gnificatione.& habes aliud exemplum in quo ſummari⁹ or-
do ſufficit,ſed quia parat plenum præiudicium requiritur
plena ꝓbatio.ff.de damno infecto.l.iiij.§.ſi fortè.de quo re-
mittit Barto.ad notata ſua.ff de damno infecto.l.ſi finita.§.
Iulianus. &.ff.ex quibus cauſis maiores.l.Fulcinius.§ primo.
ſic intelligitur.§.ſi cauſa cognita.allegatus. &.l.ſecunda.quis
ordo in bo.poſſ.ſeruetur.Quandoq; verò lex nihil dicit cir
ca cognitionem & tunc intelligitur de plena:vt.C.de iudici.
l.iudices.niſi eſſent cauſæ breuiores.C.de ſententijs ex bre-
ui.recitandis.autem niſi breues.& vltra ſubdit Bart.in præ-
32 dicta.l prima.§ ſi.ff.de præto.ſtipulat.quòd † ſententia quæ
ſecum trahit executionem non poteſt reuocari:vt ſi pronũ-
ciet non eſſe audiendum.ſed non placet per ea quę ſcripſi
in.c.conſuluit.&.c.ſignificantibus.allegato.
❡ DVODECIMO quæritur qualiter intelligitur illud
brocardicum quòd ceſſante cauſa debet ceſſare effectus,di-
cit Collect.ꝙ hoc intelligitur de finali.& idem vbi cauſa fi-
nalis eſt occaſio & cauſa impulſiua faciendi legem: vt patet
in Calphurnia.ff.de poſtula.l.j.§.ſexum not.Gul.de app.c.pri
mo.in cle.& in dubio pręſumitur impulſiua in materia in-
differenti,aliâs ſecus.no.Card.& Io.an.de hęre.c.fina.& vide
33 latius col.de renuncia.poſt tranſlationem.item nota † diffe-
rentiam inter cauſam,& occaſionem:quia cauſa conſiſtit in
iure,& neceſſariò infert ſuũ effectũ:ſed occaſio cõſiſtit in fa-
cto,& plerũq; eſt iniuſta.vnde ꝓuerb.xvij.occaſionẽ quęrit,
q vult recedere ab amico:ſecundũ qđ no.Hoſt.de ma.ſolitè.
& recitat Pau.de ſepul.dudum.ſed dic de hoc latiùs:vt ſcri-
pſi in remiſsionibus.ſ̃.in expoſitione ſuper verbo: *effectus*.
per me datis.ſed qualiter intelligitur litera in verbo: *deſtite-
rit*.Collectarius exponit *deſliterit*.l.ĩ.dies:vt no.Archi.e.tit.
c.cordi.& Card.ſed de hoc melius ſcripſi.ſ̃.poſtquàm.ij.de-
tulit appellationi non poſſet no.Inno.de ſent.excõ.ſacro in
fi.ad hęc de app.cum appellationibus friuolis.li.vj.nec ſuffi
cit ꝙ iudex dicat ſe paratum:ar.de eo qui mit.in poſſ.c.j.no.
Card.de re iudi.ad apoſtolicæ.ſed ſicut purè grauauit,ſic pu
rè reuocare debet ſcdm eũ.ſed Gar.dicit ibi,ꝙ niſi eſſet eui-
dentet iniqua ſententia,vel interlocutoria,ſufficit dicere,ſi
te grauaui reuoco ſecundum quod habetur in gl.

¶ DECIMOTERTIO queritur propter finem vltimæ
14 glo. qualiter † quis poteſt à futuro grauamine appellare? ſuper quo diſtinguit Henricus, quia aut quærimus de appellatione iudiciali, aut de extraiudiciali, ſi de iudiciali, tũc aut aut quæris vtrum poſsit appellari à futuro grauamine non reali, nec verbali: vt quia nec realiter, nec verbaliter quis eſt læſus, ſeu grauatus, & tunc non quia cauſa rationabilis non ſubeſt. ſ. e. conſuluit. & c. ex parte. j. & ij. & c. vt debitus. j. eo. dilecto. pro quo facit not. ibi per Inn. in gl. j. & per Hoſt. poſt eum, aut quæris vtrum poſsit appellari à futuro grauamine non nunc reali, ſed in præſenti verbali: vt quia quis eſt læſus, ſeu grauatus verbaliter, non tamen realiter & tunc poterit appellari vt hîc. & ar. ij. q. vj. c. omnis oppreſſus. ſi quæris de appellatione extraiudiciali tũc dic ꝙ poterit appellari, licet grauamen & realiter, & verbaliter ſit futurum: dummodo veriſimiliter timeat quis grauari. vt le. & no. ſ. e. bonæ. ſcdm Hoſtiẽ. hîc. circa primum membrũ dicit Hoſt. j. e. interpoſita. in prin. ꝙ licet à futuro grauamine in iudicio non liceat appellare: vt hîc, & in concor. ſ. alleg. ſi tamen iudex procedat in negotio exceptione nõ admiſſa, nec repudiata appellari poteſt hoc expreſſo ꝙ ꝓcedit exceptione nõ admiſſa. j. e. ex parte. Item ſi iudex ſemper eſt in deliberando nec rñdet vtrũ admittat vel non, nec in principali procedit, & hoc fortè facit. vt excipiens vexatus laboribus, & expẽſis ex diuerſis terminis cogat cedere liti, vel procedere ſicut aliâs. ſ. de reſcrip. nõnulli. ſi verò requiſitus humiliter expectato reſponſo congruo tẽpore nõ reſpõderit expreſſo tali grauamine & iũcto in appellatione ne procedat exceptione propoſita nõ admiſſa fortè poſſet appellari ar. in eo quod leg. & no. ſ. de ſupplẽ. negli. prçla. de elect. cum in veteri. de off. dele. ſuper quçſtionũ. § ſi. ſecundũ Hoſt. ibi idem Io. an. ibi in c. alleg. dilecto. in principio, & de pœna iudicis eccleſiaſtici grauantis, vide. j. de re iud. cum çterni. li. vj. Raymundus de ſargijs io. c. ſi quis
15 iudicem. ij. q. vj. dicit quòd reuocare † grauamen multũ cõcernit honorem iudicis: quia in hoc ſatisfacit Deo, & parti, & famæ ſuç & quia notaretur per ſuperiorem aut iniquitas, aut ignorantia eius, & daretur materia obloquendi. xviij. q. ij. monaſteria. & quia longè melius eſt iudici ꝙ ipſe reuocet quàm operarium reuocetur. xxij. q. iiij. magnç. quia per reuocationem alterius iniurioſa, & opprobria verecundia infertur iudici. xxvj. q. vij. decreuimus. lxx. di. c. j. ar. j. de cler. coniug. c. diuerſitas. & quia per hoc cauſa remanet corã ipſo in quo ſecundum qualitatem cauſæ & perſonarum põt nõ modicum intereſſe: vt hîc. & j. eo. ſi à iudice. li. vj. ſubdit ꝙ ſi multa grauamina intulit ſucceſsiuè, & velit omnia reuocare poteſt niſi ex illatione, & cõtinuatione grauaminum poſsit pręſumi inimicus, vel ſuſpectus: quia tunc non obſtante poſſet appellans appellationem proſequi: ſed tutius eſt ſibi comparere, & ſuſpicionem allegare. iij. q. v. c. j. ij. & iij. & c. quia ſuſpecti. & ij. q. vj. quoties. & ſ. de offi. deleg. ſuſpicionis. Prçtereà ſi ſint talia grauamina quç non poſſint reuocari in totum, vt carcer, vel tortura ceſſat iſta decret. quia non reuo-
16 cat, nec reuocare poteſt & quia ſuſpectus: ſed ſuſpicionẽ † corã iudice expedit clarè exponere pro appellationis iuſtificatione. ff. de appel. non reci. l. ij. C. de aboli. l. fallaciter. Item dicit ꝙ ſi iudex qui appellationi detulit grauamen reuocet nõ proderit reuocatio: vt cauſa remaneat penes ipſum: quia per reuocationem deſijt eſſe iudex. j. e. cum appellationibus. li. vj. ſed quid ſi non detulit ſed libellos, ſeu apoſtolos refutatorios dedit, videtur ꝙ ſi reuocet grauamen poſsit de cauſa cognoſcere: cum iudex remanſerit ceſſat cauſa grauaminis per hanc decretalem. contrarium tñ dicit prædict⁹ Raymũdus quia refutando appellationem, & dando apoſtolos refutatorios videt confirmaſſe grauamen, & aſſerere ſe non grauaſſe dicendo ꝙ appellans fruſtratoriè non appellauit reuocando verò grauamen ſe confitetur grauaſſe: quod ante negauerat, & ſic eſt ſibi contrarius, & per conſequens repellendus. j. de offi. dele. c. ſi à ſubdelegato. li. vj. & ſ. e. oblatæ. prӕterea quia eligendo viam appellationis refutationis, quç eſt contraria reuocationi grauaminis viæ, & beneficio reuocationis renũciaſſe videtur: vt. ff. de tributo. l. quod in hæredem. § eligere. & ſ. de elect. c. vt quis duas. li. vj. ſecundum eum. ſed tu dic cõtra per ea quæ ſcripſi. ſ. in prima quçſtione, nec obſtat confirmatio grauaminis: imò facit pro quia declarat mẽtem, & intentionem retinendç iuriſditionis ex qua cauſatur poteſtas reuocationis, nec obſtat ratio contrarietatis: tum quia hanc contrarietatem tollit diuerſitas temporis cum aliud nũc & aliud tunc potuerim credere, ſeu exiſtimare: aliâs etiã iſta ratio confunderet hãc decretalem: quia eadem, imò magis patens videtur contrarietas in illatione, & reuocatione grauaminis, tum quia reuocari poteſt abſq; huiuſmodi confeſsione tacita, vel expreſſa: vt patet ex his notatis in gl. ij. & ex his quæ dicam ſuper gl. illa. nec obſtat ꝙ eligendo vnam viam alteri renunciare videtur: quia illud non habet locum in caſu in quo à lege variato cõceditur: vt. ff. de col. bo. l. nõnunquàm. modò in caſu iſto lex concedit variationem: vt tex. hîc & in prędicta. l. quod iuſsit. videlicet vt lites abbreuientur, & vt parcatur partium laboribus & expenſis. Lignanus verò recitat valde truncatè, & imperfectè dicta Barto. per me ſuperiùs recitata illa ſibi attribuens, & nomen Barto. ſubticens more ſuo: & ideò in dictis ipſius non inſiſto. Supple gloſſas. in gl. ij. ibi, *non eſt verum*. vide de hoc in Specu. de appellat. § in quibus. verſi. xxxvij. nec eſt verum ſimpliciter, quod dicit gl. niſi in comminatione iuridica. & ibi in *peremptorio*. de reſti. in inte. cum ex literis. in fine. & ibi *nemo*. & infra de reg. iur. c. mutare. libro ſexto. & ibi, *interpoſita*. § ij. & ibi *non poſſet*. vnde non debet ſimpliciter fateri ſe erraſſe, ſeu malè interloquutum fuiſſe. ſi tamen emendet per hanc cõſtitutionem iuriſditionem reaſſumi. & ibi, *non credo*. gl. docet mentiri & contra tales cautelas, ſeu doctrinas, vide ſatis in Spe. de except. § penultimo. in vlti. col. Hoſt. autem dabat talem formam verborum, tu dicis te grauatum per talem cõminationem, vel interlocutoriam, quod non confiteor ego tamen hoc reuoco tuæ ſatisfaciens volũtati ne de me ſaltem de facto conquçri poſsis, nec per hoc nec confiteri, nec negare videtur, & ſimilem cautelam habes aut. bo. & vſu pal. c. niſi ſpecialis. Caue tamen, quia appellans non teneret contentari de reuocatione conditionali: quia ſi conditio eſſet falſa remaneret grauamen: ſed dic non poſſe quoad ius vim faciẽdam in verbis dummodo prætenſum grauamen ſimpliciter reuocetur: dicendo te repono in ſtatu in quo eras tempore illati grauaminis: non tamen ſufficeret dicere repono te in ſtatu in quo eras tempore appellationis: quia per hoc reducçretur ad ſtatum grauaminis, ſeu potiùs cõfirmaretur in il-
17 lo: ſed oportet † eum reducere ad ſtatum in quo erat antequàm grauaretur: quia aliâs non cenſeretur grauamen reuocatum: & ibi, *ſed ſi grauari*. ecce incertũ & conditionale remediũ. Inſtet ergo appellãs ſuæ appellationi, niſi pura fiat reuocatio & ibi, *illud reuoco*. conſueuerunt autem aliqui iudices à quibus fuit appellatũ ſtatuere terminum appellãti ad docendũ de grauamine ad qd tñ non tenetur appellans quod dic: vt. j. e. c. ſi à iudice. li. vj. & ibi: *hoc argumentum*. Hoſt dicit hoc non colligi hîc, & fortè hoc dicit: quia appellatio non extinguit, ſed ſuſpendit: vt. ſ. de iureiur. venientes.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicionem ſuum remedium habere. ſ. recuſationem.*
2 *Iudicis eſſe admittere cauſas recuſationis.*
3 *Iudice recuſato, ſi cauſas recuſationis non admittat quòd grauet, & ab eo grauamine appellari poſsit.*
4 *Delegatus recuſatus aut recuſandus an poſsit cauſam delegare.*
5 *Appellationis cauſa finita, quòd non oporteat cauſam recuſationis proſequi.*
6 *Recuſantem à recuſato petere non debere quòd indicet cauſam recuſationis iuſtam, vel iniuſtam.*
7 *Recuſationis cauſa illegitima pronunciata an præiudicet, vel transeat in rem iudicatam.*

8 *Inferiores principe de cauſis nō expreſſis in iure ius dicere, vel interpretari non poſſe, & an poſſint interpretari inter ius ſcriptum, & æquitatem nu. 9.*
10 *Iudice volente imponere pœnam iuris, quòd recuſari poſſit.*
11 *Errore probato confeſſionem non obeſſe.*
12 *In dilationibus arbitrandis quinque conſideranda eſſe.*
13 *Religioſus quoſcunque ſecundum regulam ſuam in capitulis corrigi.*
14 *Monachum ex cauſa iudiciali recuſare & appellare poſſe.*
15 *Ordinarius qualiter recuſetur de iure canonico.*
16 *Appellationem proſequi magis quàm recuſationem tutius eſſe.*
17 *Recuſationis cauſa illegitima pronunciata an ſententia in ea cauſa lata tranſeat in rem iudicatam.*
18 *Monachus an poſſit à correctione appellare.*
19 *Iudicis recuſati eſſe partem recuſantem requirere quòd vna cum parte arbitros eligat.*
20 *Recuſationis cauſas multas eſſe.*
21 *Iudice recuſato quis de cauſa cognoſcet.*
22 *Ordinarium de cauſa recuſationis cognoſcere debere.*
23 *Iudex ſuſpectus an antequàm recuſetur poſſit totam cauſam alij delegare.*

CAP. LXI.

CVm ſpeciali. Caſus. Prouidet con
ſimilium contra fru-
ſtratorias recuſationes, & appellationes ſub-
ditorum quas moniti interponunt vt corre-
ctionem eludant. &c. ij. ibi porrò. ¶ Expone li
teram: *cōmonitus.* erant quidam, qui quam citò videbāt ſe mo
nitos percipiebant ſe excommunicandos, & ſic recuſabant,
vel appellabant. *recuſationis.* hoc facit vſq; ad § porrò. & di-
cit Inn. hic non credit à iudice ordinario, vel delegato ſuſpe
1 cto poſſe recedi per appellationem cum † habet ſuſpicio ſuū
remedium. ſ. recuſationis & quia licet ſuſpectus ſit nō ſequit
ꝙ grauet. ſ̄. c. proximo. nec obſtat q̄d hic dicitur commonitū
habere vtrunq; remedium: quia hoc non intelligitur ex ca-
dem cauſa, ſed ex diuerſis. ſ. vt recuſet propter ſuſpicionem:
& appellat propter grauamen & per eundem modum reſpō
deri poteſt. ad. c. ij. q. vj. quoties. item vt dicit recuſans licet
habeat ꝓponere cās recuſationis legitimas ſiue ꝓbabiles iu
2 dicis † enī eſt admittere cauſas recuſationis: & requirere ꝙ
coram ipſo ſi vult recuſans probet cauſam. ſuper quo vide
quod dicam ſuper ver. ſuſpectum. vel ꝙ arbitros eligat cum
aduerſario cauſam autem admittere, vel reprobare non pōt:
quia diſcernere, & diffinire ſpectat ad arbitros nō ad ipſum
ſ̄. de fo. compet. licet. C. de iudi. apertiſsimi. & l. finali. & vt
dicit Hoſt. hic probatur. de offi. dele. ſuſpicionis. & j̄. e. legiti
3 ma Si verò iudex † recuſatus cauſas recuſationis non admit-
tat patens eſt ꝙ in hoc grauat, & ab hoc grauamine pōt ad-
pellari. ſ̄. de offi. dele. ſuper quæſtionum § ſi. hoc verum niſi
cauſa recuſationis euidenter eſſet fruſtratoria: vt j̄. eo. c. § por
rò. & in caſu commiſſo, non eſt neceſſe arbitros eligere: q̄n
cauſa rationabilis eſt de iure & notoria de facto: vt ſ. noo
cōteſt. accedens: vt ibi dixi ſuper. j. gl. & de hoc. ſ̄. e. nouit *ap-
pellationis.* hoc facit. j. § j. porrò vſq; ad finem. *allegauerit.* hic
4 tractabant Ion. & Hoſt. an poſsit † delegatus recuſandus, vel
recuſatus cauſam delegare quod expeditum eſt. de offi. dele.
iudex. li. vj. *iudicem.* proprium ordinarium, vel delegatum: ſe-
cus in ſubdelegato: quia tunc proponenda, & probanda eſt
cauſa recuſationis coram primo delegato ſubdelegato, quod
dic vt. ſ̄. de offi. dele. ſuper quæſtionum § quòd verò. & § ſi.
& hoc ſi ſubdelegans eſt præſens aliàs eo abſente fiet prote-
ſtatio coram Epiſcopo Archiepiſcopo, vel alijs iudicibꝰ or
dinarijs loci ſecundū quoſdam: quod videt̄ approprare. l. ſi.
C. de iud. cui videtur ſtandum ex quo non inuenitur per ca
nones reprobata, & ſecundum iſtos omnis proceſſus hoc ca
ſu factos per recuſatum poſtquàm aliquo prædictorum mo
dorum tranſlata eſt cognitio ad alium non valet ar. ſ̄. e. dile-
cti. & ſ̄. de offi. leg. licet alij dicunt ꝙ ſecundum canoniſtas
nō eſt ad iſtos ordinarios recurrendū: ſed ad delegatum prin
cipalem tantū ſi præſens eſt, ꝙ ſi abſens ſit tunc ipſe recuſans
debet venire corā ſubdelegato & ipſum recuſare ſimpliciter
ex cauſa legitima ꝓpoſita coram eo, & ſignificare ꝙ vult ire,
vel mittere ad delegatum à quo probata cauſa recuſationis
vult obtinere cauſam alteri cōmitti & ex tunc ſubdelegatus
procedere nō debet: & ſi proceſſerit appellare debet ab eo,
vel etiam ſi cauſam non admiſerit. quia hoc ipſo grauat recu
ſantem procedendo contra eum, vel quia non admittit cau-
ſam recuſationis ex quo vult eam probare corā delegato, cū
hoc ſibi à iure concedatur: vt dixi in principio: cæterū ſi re-
cuſans non appellauerit cū iuriſdictio ſubdelegati nō ſit trāſ-
lata ad alium per appellationē quæ nō ſit vel per reuocatio-
nē vel alium modō, tenebit proceſſus ſubdelegati habitꝰ cō
tra recuſantem. ſed hanc ergo ſecundam opinionē tutius eſt
cauſas recuſationis coram ſubdelegato proponere. ſ̄. e. ſecun
dò requiris, & etiam poſteà ſi neceſſe fuerit coram ſubdele-
gato probare: nam ſi ſubdelegatus cognouerit cauſas eſſe iu-
ſtas, & veras poterit eas admittere, & recuſantem à ꝓbatio-
nis onere releuare. ſi verò ſibi certum, & notoriū eſſet, ꝙ eſ-
ſent falſæ, & iniuſtę: tunc non obſtante tali recuſatione, vel
appellatione fruſtratoria poſſet procedere: & tenet proceſ-
ſus, ꝙ ſi cauſę legitimę ꝓponant̄ corā ſubdelegato, nec ipſas
admittat: ſed nihilominus in cauſa ſibi delegata procedat, &
ꝓpter hoc recuſans appellet prudēter facit. ſi priò corā dele
gato nō cām recuſationis: ſed cām appella. ꝓſequat̄: & ſi cām
recuſationis vult proſequi nō obtinebit niſi cauſas propter
quas recuſauit ſubdelegatū doceat eſſe veras. ſi verò cauſam
appellationis proſequat̄: tunc nihil habet neceſſe ꝓbare de
veritate cauſarum recuſationis: ſed ſufficit ꝙ ꝓbet ipſas cau
ſas legitimas propoſuiſſe coram ſubdelegato: & per eum ad-
miſſas nō fuiſſe: nā in hoc ipſo grauauit & ꝓpter hoc potuit
appellare: & ſic pronunciabit̄ pro appellāte. ſ̄. c. proximo. &
j̄. e. interpoſita, & caſſabitur quicquid poſt talē appellationē
fuerit attentatum. ſ̄. de offi. dele. ſuper quæſtionum § ſi: ſicut
diceretur in delegato, & ordinario ſi cauſas recuſationis le-
5 gitimas non admittat. finita autem cauſa † appellationis quę
eſt vt caſſetur quicquid factum eſt contra eam, non oportet
cauſam recuſationis proſequi: vt ab ipſo ſubdelegato rece-
datur: nam ad hoc ſola appellatio eius ſufficit. ſ̄. eo. accepta.
quòd ſi appellationem reprobari contingat adhuc ſecundò
poteſt proſequi cauſam recuſationis. ſi autem poſt recuſa-
tionem non procedat ſubdelegatꝰ ſtultè facit recuſans: ibiq;
appellans, ſi cauſam appellationis proſequatur: quia ex quo
non proceſſit non grauauit, & appellatio non valet niſi ſiat
ex grauamine & in ſcriptis. ſ̄. eo. vt debitus. & infra eodem.
c. j. li. vj. Prudenter autem in hoc caſu ſi coram delegato cau-
ſas tantum recuſationis proponat & probet. ſ̄. de offi. deleg.
c. ſup quęſtionū § finali. Quidā tamen dicūt per eundem §.
quòd à ſubdelegato ſine grauamine præſenti appellari po-
ſeſt hoc modo habeo te ſuſpectum ex talibus cauſis, & appel
lo ne procedas. ſed alij veriſimiliter reſpondent illud hodie
eſſe reuocatum per dictas decretales: vt debitus. & cordi. ſe-
cundum Inno. & Hoſt. dic vt notatur. e § ſ̄. de offi. deleg. ſu-
per quæſtionum § fina. Illud autem non meminit Inno. ſe le
giſſe, quod proceſſus delegati ſubdelegati, & ordinarij teneat
etiā poſt recuſationē habitus niſi ab eo appellet̄, vel alio mo
do ad alterius audiētiā cauſa reuocata, vel trāſlata ſit cū effe
ctu ſecundum Inn. Inducit̄ pro & cōtra. ff. de arbi. nō diſtin
guemus § cū quidā. ſed Hoſt. dicit ſe quādoq; ab ipſo Ion. au-
diuiſſe contrarium & remittit ad ſuam ſummam. de offi. dele. ſub
§ ſed nec illud § quis ſit effectus. à principio vſq; ad ver. ſed
6 quid ſi ſubdelegatus: *ſuſpectum.* dicit Inno. quòd † recuſans
non debet petere à recuſato quòd iudicet cauſam recuſa-
tionis iuſtam, vel iniuſtam ſupra de foro competenti. licet:
quia videretur à recuſatione ipſius recedere in hoc ſibi ar-
bitrium eligendo argumen. iij. quæſtio. viij. cuius in agendo.
quamuis dici poſſet ſecundum eum quòd talis petitio quæ
tantùm tendit ad iudicem recuſandum & ipſius iudicium
declinandum non præiudicet recuſanti. ſupra titulo primo.
inter. *coram eodem.* ſi plures ſunt delegati, & vnus ſolùm

recuſetur,remittit Inn.ad not.ſ.de offi.deleg.cum ſuper.tu
dic:vt.j.e.ſi circa vnum.li.vj.*iuſtæ recuſationis*.multa exempla
vide per Hoſt.in ſumma.e.ti.ſub rubrica.de recuſa.§.ex qui-
bus cauſis.& in Spe.ti primo.§.ſupereſt videre.dicit hîc Inn.
7 q quando † pronunciatur cauſa recuſationis illegitima non
pręiudicat,nec tranſit in rem iudicatam vbi per.l.probatur
legitima,imò nulla eſt:quia lata eſt contra ius ſcriptum.ij.q.
vj.§.diffinitiua.& idem dicit Hoſt.econtra quando pronun
ciatur legitima quãuis expreſſè reprobat.ſi verò ſic pronun-
cietur decreuimus talem non eſſe admittendum ad propo-
nendum,vel probandum talem recuſationis cauſam,tenet:
niſi appelletur:cum ſit lata contra ius litigatoris.ſ.tit.j.cum
inter.ſecundum Inn.& hæc vera ſecundum ipſum in cauſis
recuſationis expreſsis in iure,ad quas remiſi in prin.cum ta-
men ius dicat generaliter iudicem ſuſpectum recuſari poſſe.
iij.q.v.quia ſuſpecti.nec omnes cauſæ ſunt expreſſæ iure nec
facilè poſſent exprimi.ff.de legi.non poſſunt.ff.de præſcrip.
verb.l.iiij.& multę poſſent cauſæ obuenire,quę iuſtiores
ſunt,quàm in iure expreſſæ:ſequitur omnes cauſas reputari
legitimas,quę videntur efficaciores,& rationabiliores ex-
preſsis in iure,& hoc relinquẽdum eſt iudicis arbitrio.ſ.de
offi.dele.de cauſis.& ſi malè arbitretur appellandum eſt aſs
interlo.tranſibit in rem iudi.& eſt ſimile q vltra interroga
tiões expreſſas in iure,licet iudicialis facere,vbi æquitas mo
hoc no. Archi. ſ. e. cordi. in glo. j. partis appellatæ in fine. idē
videtur tenere Spec. tit. de ſententia §. iuxta propoſitionis.
ver. vtrum appellans. Et Zēzel. extra. de re iudi. c. primo ſu-
per verbo de nullitate in clemen. & hoc etiam credit verum
Henricus. & ita ſeruatur de facto in parlamentu regis Fran-
8 ciæ ſecundō eum, licet G. de monte Lau. teneat ibi cōtrariō,
dicens quòd cauſa nullitatis † & cauſa appellationis inſimul
tractari non poſſunt: nec iudex appellationis poteſt cogno-
ſcere de nullitate: ſed iudex ordinarius qui de cauſa prin-
cipali cognoſcit.

¶ QVARTO quęritur ſuper verbo & inanem. cum lite-
ræ ad beneficiū ſubreptitiæ ſecundū communē opinionem
ſint nullæ ſecundum ea quæ no. ſ. de reſcrip. ad audientiam.
quare habuit hic procurator capituli neceſſe iuſtificare ap-
pellationem ſuam: cum pręter quālibet appellationē, dicere
poſſet proceſſum nullū. Dic q ex quo remedio appellatiōis
ſe iuuare volebat, neceſſe habebat iuſtificare appellationē:
vnde quod potuit noluit, & quod voluit ad implere nequi-
uit. de offi. dele. cum ſuper & eſt ſimile quod ſcripſi. ſ. e. c. cū
in eccleſia ſuper prima glo. & hoc teneas, licet Hoſti. hîc di-
xerit vacare hoc ar. à contrario ſenſu quia licet hîc non pro
betur quod dicit textus, nūciabitur proceſſus irritus etiam
9 ſi c. hoc cōſequatur. cùm † iudex in beneficialibus, ſupplere
debeat in his quæ ſibi conſtant vt iudici. Et aduerte quia. c.
non approbauit proceſſum executorū per appellationem: ſi
cut aliâs. ff. rem ra. habe. l. iij. §. falſus. de quo dic vt no. ſ. tit. j.
c. j. Vel ſecundū eum, mos gerendus fuit capitulo, expreſſè
volenti, quòd præsbiter obtineret appellationē p eos nō iu
ſtificatā: vt. ſ. de reſti. ſpo. c. j. Vel fortè Papa hoc ita voluit
ordinare, vt, ſ. de pac. c. cum pridem. Quibus caſibus non ex
vi executoriæ debet ex vi conuentionū, vel Apoſtolicę or-
dinationis nō iuſtificata appellatione præsbi. obtinebat vt
hîc à contrario ſecundum eum. Sed caue, quia quādoq exe-
cutores gratiarū impetratarū per literas ſubreptitias, nō re-
cipiunt partes iudicis, ſed meri executoris: & tūc proceſſus
eorum ipſo iure ſunt nulli: & ſic procedūt nota in prædicto
c. ad audientiam. Quādoq recipiunt partes iudicis, & non
meri executoris & tunc proceſſus eorum nō ſunt nulli ipſo
iure: ſed tenent quoad partem: etiam ſi pronunciauerūt gra-
tiam validam, vel in vim gratiæ ad impetrantem benefi-
ciū pertinere prout notaſſe videntur Compo. & Nouella. ſ.
de reſcrip. ſuper literis. Et ita videtur procedere quod hîc di
citur in quo etiam Mar. concordare videtur.

10 ¶ QVINTO quæritur an † appellans poſſit ſimul pro-
ſequi iniuſtitiam & nullitatem, vel ſolam nullitatem pro-
ceſſus vel ſententiæ. Inno. hic dicebat, q quando appellatur
ante ſententiam, ſolùm cauſas expreſſas proſequitur appel-
lās: ſed cognoſcet an fuerint à iudice denegatæ vt hîc & ſ. c.
proximo. & j. e. ſignificante. Sed ſi appellatur à ſententia, po
teſt appellans omnem cauſam proſequi, per quā dicatur ſen
tentia iniuſta. Sed neutro caſu licet proſequi coram iudice
appellationis: q ſnīa ſit nulla vel propter iuriſditiōis defectū
vel excōicationē iudicis, vel cōteſtationē obmiſſam vel aliā
quancūq; cām: quia hęc non veniūt in proſecutione appel-
lationis. Concedit tamen q aliter coram iudice competen-
ti poſſet implorādo iudicis officiū, dicere ſentētiam nullam
ſed non proſequendo appellationem: & intelligit cum ap-
pellans proſequitur. Si verò proſequitur appellatus, petens
confirmari vel exequi ſentētiam, non obſtante appellatione
aduerſarij, quam dicit friuolam, quod poteſt. j. tit. ij. bonę. &
in authen. de his qui ingre. ad app. tunc appellans pōt exci-
pere, ne ſententia confirmetur de nullitate ſentētiæ ex ali-
qua pędictarū cauſarum vel ſimilium: diuerſitatis ratio q
appellatus non innititur viribus app. imò illam impugnat,
dicens illam iniuſtam. Et ideò competit ſentētiam confir-
mari, non intelligif hoc petere ex vi app. ſed quocunq iure
poteſt: quia verſa vice appellans admittitur ad excipiendū
de omni ſuo iure, ſiue quòd ſit iniuſta, ſiue nulla. ſecundum
Inno. ſed vt exprimit Hoſti. non ſic in appellante, qui proſe-
quendo appellationem dicit ſentētiam aliquam ſed iniuſtā:
cuius contrarium eſt dicere nullam illam, vnde meritò non
auditur. ſ. e. ſolicitudinē. in fine. Nec ob. ſi hoc dicere poteſt
in caſu proxi. allegato contra appellantem: quia regulariter
in excipiendo auditur allegans contraria. ſaltem proteſtatio
ne pręmiſſa ſecūdum Hoſti. de hoc ſatis de reg. iuris. nullus
pluribus. lib. vj. Dicit demum Inno. aliquibus videri, & for-
tè meliùs, quòd appellans à definitiua ſentētia, etiam proſe-
quendo appellationem ſuam, & coram iudice appellationis
poteſt dicere ſententiam cōtra ſe latam non ſolùm iniuſtam
ſed etiam nullam: quia licet ei quibuſcunq modis poteſt ap
pellationem ſuam defendere. ff. e. tit. ſcio. ad finem facit. ff. ſa.
ercis. l. quædam mulier. & de iure pa. l. vltima. & à ſententia
11 † quæ nulla eſt, appellare poteſt quāuis & ſine app. reſcindi
poſſet. ff. e. tit. ſi expreſſim. ff. quæ ſententiæ ſine app. reſcin.
l. j. § fi. & l. ſequenti. & ex quo poteſt appellare, per conſequēs
& appellationem proſequi ſecundū Inn. Dicit etiam Hoſti.
idem ſi excōmunicatus ſit appellans. ſ. de excep. c. finali. Sed
Innocen. opponit dicens, quomodo proſequetur appellatio
nem is qui petit ſentētiam nullam pronōciari: & quæ, etiam
in petitione ſua nullam mentionē facit de appellatione: nec
aliquo modo innititur iuribus ipſius appellatiōis. Et poſteà
reſpondet quòd imò innititur in hoc ſaltem, q coram iudi-
ce appellatiōis hoc petit: quia niſi appellaſſet coram ordina
12 nario tantùm iudice, hoc procedere poſſet: & ille † eſt vnus
effectus appellationis ſi cauſam ſui negotium & eius cogni-
tionem ad ſuperiorem transferre. ſ. e. ſolicitudinem §. j. imò
& ſecundum quoſdam, qui pronūciat nullam, bene releuat
appellantem qui grauatus fuit de facto lata contra eum ſen-
tentia licet nulla. Poteſt ergo petere ſententiam pronūciari
nullam, & ſi de appellatione non facit mentionem & hoc
etiam eſt videre in appellato, qui proſequitur appellationē
petendo confirmari ſentētiam pro ſe latam: & tamen in ſua
petitione nō facit mētionē de appellatione, nec aliter inni-
titur viribus appellationis, niſi q negotium dicitur ſicut &
eſt per appellationem ad ſuperiorem delatum. ¶ Si autem
ante ſententiam appelletur, tunc non poteſt appellans agere
de nullitate ſententiæ coram iudice appellationis, quia ſi
cauſa appellationis non eſt vera, remittēdus eſt ad iudicem
à quo appellatum eſt. ſ. e. vt debitus ſed quando appellatur
à ſententia, non remittitur ad primū: quia functus eſt offi
cio ſuo, ſecundum Inno. Item appellatus non poteſt petere
confirmari proceſſum ante habitū: quia de facili reuocatur.
ff. de re iudi. quod iuſſit. ſecundū eum. ¶ Sed Hoſti. dicit, q
ipſe

ipſe hæc verba non plenè capit: quia vbi ante ſententiam
appellatum eſt, hoc de plano videtur ꝙ appellans poteſt pe-
tere ſententiã poſteà latam pronũciari nullam. hoc enim re
gulare eſt, ꝙ quicquid poſt appellationem legitimam fit per
totum pronunciaſ irritum & inane: vt patet. j.e.c. in fine. &
13 c. ex parte. in fine. & c. ſignificante. in fine: ſed† & iniuſtè ap-
pellans à ſentẽtia, eſt ad priorem iudicem ordinariũ remit-
tendus: & vt ipſe ſententiam ſuam executioni mãdet: & ſic
etiam intelligitur. ſ.e. vt debitus. vt videlicet loquatur nõ ſo
lùm de appellationibus ante ſentẽtiam habitis, ſed etiam à
ſententia interiectis. De delegato verò iudice, à cuius ſentẽ
tia appellatur dubitari poteſt vtrum ad eum ſit remiſſio fa-
cienda quod dic vt no. ſ. de offic. dele. paſtoralis. § præterea.
Dicit etiam Hoſti. quòd quotidie exprimiſ in curia, quia
appellãtes & appellationẽ ſuam proſequentes, & de nullita-
te & iniuſtitia ſentẽtiæ audiunſ: dummodo cautè formetur
libellus: vt videlicet appellans proponat factũ ſum, quo mo
do ſententia lata eſt cõtra eum à qua quamuis nõ fuiſſet ne-
ceſſaria appellatio, qa nulla erat, tamẽ ab ea ad cautelã nõ vt
eam ratificare intenderet, ſed vt ſibi prouideret. Si forſan re
periretur aliqua, ad ſe. A poſt. appellauit & ideò primo petit
ipſam nullam pronũciari & forſan vel propter defectũ pro
bationum, vel propter aliam cauſam reperireſ aliqua petit
ipſam tanquã iniuſtã irritari: ſic enim formatus libellus re-
cipitur vt le. no. ſ. de in inte. reſti. conſtitutus. § j. reſponſo. j.
& § fi. & cauſas tam nullitatis, q̃ iniuſtitiæ poteſt ſimul pro-
ſequi, vt ꝑ probatiões iſtarũ, vel illaiõ in altera parte libelli
14 poſſit opponere: ſed hoc putat Hoſti. quòd† appellans pro-
teſtari debet ab initio, ſe ex altera parte tantũ velle proſequi
quod intendit. ar. ff. quorum le. l. j. § quod autẽ: quia nonnun-
quam à partis atteſtationibus ac alijs cauſis cõſideratis, pote
rit ante ſentẽtiam ſine captione ex hoc ſuum cõmodum fa-
cere: ſcilicet eligere cui parti libelli innitatur. Nec eſt contra
rius ſibijpſi, talem libellum formãdo: quia nõ ſimpliciter &
purè ſententiã factam & iniuſtam aſſerit eſſe: tunc enim ſibi
contrarium aſſerens, repellendus eſt: vt ſcripſi. ſ. Sed eam
ſimpliciter dicit nullam, & ſub conditione ſibi prouidet vt
in defectu nullitatis poſſit ipſum de iniuſtitia impugnare:
& eſt hoc admittendũ ad dirimendarũ litium breuius & ce
lerius. ff. ſi certum pe. quidã exiſtimauerũt. ff. de libe. cauſa ſi
pariter & vt circuitus euitetur. ar. ff. de condi. inde. dñs teſta
mẽto. & vt parcaſ partiũ laboribus & expẽſis. ſ.e. vt debitus.
Et vt magis innitamur veritati, quã ſubtilitati: quod potiſſi
mè ſecundũ canones eſt ſeruandum. vt patet in eo quod legi
tur & notatur. ſ. de iudi. dilecti. Illud etiam dicit in Spec. de
ſent. prola. § iuxta. ad finẽ. Et facit quod no. C. quãdo prouo.
non eſt neceſſe. l. j. de quo ſcripſi. ſ. in. iij. q. & parte de repeti
tione verborũ propter reuerentiam authorũ. ¶ Mar. autem
dicit, quòd Io. And. in additione Speculi. e. ti. volens has opi
niones concordare, dicit, ꝙ ſi appellans petat ſentẽtiam re-
uocari per modum attentati, bene poteſt: ſed ſi in modum
petitionis principalis, quaſi ab ea appellaſſet, hoc peteret,
malè peteret. Et vt bene intelligas iſtam materiam & Innoc.
Hoſtiẽ. qui quoad hoc, inuicem non cõtradicunt: diſtingue
ſecundũ eum, qa appellatur à definitiua, aut ab interlocuto-
ria ante definitiuam. Si primo modo, tunc dicit, ꝙ poteſt pe
tere ſententiam pronũciari nullam: & põt petere ipſam pro
nunciari iniquam, & ita procedit dictum Inn. ratiu eſt, quia
ſi nulla eſt ſententia ęqua & iuſta non eſt ergo iniqua & in-
iuſta ergo & per conſequens appellationi eſt locus. arg. ff. de
app. l. j. j̃. c. interpoſita ad finẽ. Et hoc intelligo ſiue cauſa fue-
rit expreſſa. ſiue non, ſiue ſimpliciter tanquã ab iniqua ſiue
ex certa cauſa fuerit appellatũ: quia ſic appellãs, ad cauſæ ex
preſſionem non arctatur, nec ipſum talis expreſſio arctat vt
l. ſcio. alleg. Vnde petere poterit eam pronũciari nullam, vel
inquantũ aliquo caſu appareret reuocari tãquam iniqua &
procedit ſic dictum Hoſti. dummodo in petitione non cõ-
trarietur directò, ſibijpſi: quia tunc non audiretur: vt. ſ. eo.
ſolicitudinem quod taceret, ſi peteret reuocari illam tan-
quam iniquam, & nullum, & pronunciari. Quia licet iniqui
tas non opponatur nullitati tamẽ reuocatio iniquitatis quę
ſupponit ſententiam de iure ſubſiſtere, benè opponitur nul
15 litati ſecũdum eum. Dicit tamen, ꝙ iudex † (cuius ſenten-
tia debet eſſe certior, quàm libellus) debet pronunciare in
certo. videlicet ſententiã nullam eſſe aut eam reuocare. Aut
appellatur ab interlocutoria ante definitiuã, & tunc aut ap-
pellaſ, nulla cauſa expreſſa, tanq̃ ab iniuſta & nulla, vel altero
tantũ &c. & nõ valet per cle. appellãti aut à pluribus cauſis,
videlicet ex vna tanquã à nulla, & ex alia tanquã ab iniuſta.
Et tunc dũmodo expreſſè ſibiipſi nõ contrarieſ, dic vt cum
à definitiua appellaſ, quoad appellationẽ, libellũ & ſententiã
ſi ex vnica cauſa appellet, tunc ſi appellet ab ea, tanquàm ab
iniqua non poterit proſequi nullitatem. Idem ſi ſimpliciter
ab ea appellet. per cle. appellãti. Et ita intelligit hanc notam
Inn. Et iunge hîc lecta & notata in cle. vnica de do. & cõtu.
& nota Io. And. in Spec. e. tit. ſecundũ eum. ¶ Sed prædicta
non vſquequã placent, quia reuera omnis nullitas iniquitas
16 eſt, prout etiam hîc no. per Inno. Aduerſatur† enim ęquita-
ti & iuſtitiæ procedere nulliter contra canonicas ſanctiones
Cum huiuſmodi canonicæ ſanctiones, & ęque & iuſtæ ſint
iiij. diſt. c. erit autem lex. Et ideò nec nullitas, nec pronũcia-
tio nullitatis, aduerſatur iniquitati: nec etiam reuocationi
ſententiæ ratione iniquitatis expreſſè factæ niſi aliud adda-
tur in verbis, quod cõtrarietates cauſare habeat: an aũt ſuffi
ciat appellare ab interlocutoria tanquam à nulla vel iniqua
nulla cauſa iniquitatis vel nullitatis expreſſa? dicã in pręd.
cle. appellanti. & etiam ibi dicam an ſufficiat de cauſa gene-
raliter ad acta ſe remittere. quia ibi eſt propria materia.

¶ SEXTO quæritur ſecundũ Innocẽ. ſi quis appellauit in
iudicio ante ſentẽtiam, ſiue extra iudiciũ, & iterum appel-
let poſt ſentẽtiam, vtrum per appellationem poſteriorẽ, vi-
deatur renunciare priori vel ſententiam latam ratificare. Ex
peditur hîc per cle. de do. & contu. ſi ante allegabat Inno. ꝙ
ſic. ar. ff. rem ra. ha. l. iij. § falſus. vbi dicitur, quòd ſi appello à
ſententia lata contra illum qui falſo dicebat ſe eſſe meũ pro-
curatorem, non poſſum decætero dicere procuratorẽ meũ
non fuiſſe. Sed ipſe Innoc. dicit contrariũ: quia geminando
17 † vel multiplicando, appellationem, nõ videtur quis per ſe-
cundam, vel tertiam primæ renũciare: vel factum iudicis à
quo appellat approbare: imò potiùs impugnare & aliâs ab
ipſius iuriſditione ſe ſubtrahere. xxx. q. ij. Lotharius. ſ. e. bo-
nę. & c. directę† fina. ſ. de teſti. cum tu. ſi. facit. ij. q. vj. biduũ.
ver. & ſiquidem. nec ob. præd. l. ff. rem ra. ha. l. iij. § falſus. quia
ibi licet videar velle recedere à iudice, tamen appellãdu fa-
ctum procuratoris videor acceptare: vt non mandetur ſen-
tentia executioni cõtra eum. Et enim quantum ad eum nõ
erat nulla ſententia, imò tenebat & erat mãdanda executio
ni, vt patet. ff. de re iudi. l. iiij. reſpõſo. j. ſecundũ Inno. de quo
tetigi. ſ. & vide quæ ſcripſi. ſ. tit. j. c. j.

18 ¶ SEPTIMO quæritur† vtrum in libello appellatorio,
nullitas & iniquitas concurrere poſſint. Dicunt quidam ꝙ
ſic hoc modo, dico ſentẽtiam nullam, & ſi qua eſt, dico eam
eſſe iniuſtam: & hoc videtur placere glo. C. quando prouo.
non eſt neceſſe. l. j. ar. ff. de iure pa. l. ſi. & ff. fa. ercis. l. quædam.
Alij dicunt contrarium, quia tunc eſſet ſibi cõtrarius: quia
quod nullum eſt, reſcindi nõ poteſt. ff. de iniuſto. rup. l. nam
& ſi. ¶ Dynus in ſimili quæſtione, videlicet cùm quæritur
vtrum valeat appellatio talis, dico ſentẽtiam nullã: & ſi qua
eſt, appello. Diſtinguit, aut appellat reus, & tunc procedit ta
lis exceptio: quia licet reo contrarias exceptiones propone-
re. ff. de excep. l. nemo. j̃. de re. iuris. c. nullus. lib. vj. Aut appel
lat actor, & tunc ſecus: quia actor non poteſt vti contrarijs.
C. de fur. l. j. ¶ Innoc. ſ. de in integ. reſti. tenet ſimpliciter ꝙ
valet talis libellus, & etiam appellatio talis, de quo ibi latè
ſcripſi. in ſecunda oppoſitione quæ opinio communiter
approbatur. & ſpecialiter per glo. Io. And. j̃. de re. iudi. Abba
te. libr. vj. nec ob. ſi dicas, quòd imò debet eligere vnã viam:
vt. ff. de tribu. l. quod in hæredem. § eligere. ſ. de elect. c. vt

quis duas.lib.vj.quia illud non habet locum, quãdo reus du
bius eſt: vt prædicto.c. Conſtitutus:&.ff.quorum lega.l.j.§.
quia autem.modò hic appellans dubius eſt, qualiter proba-
bit in cauſa appellationis.Sed certè videretur, quòd incerti
tudo probationũ non deberet ſufficere ad inducendum cu-
mulationẽ duarum actionum cõtrariarum:vt.ff. de inoffic.
teſta.l.eum qui. Verum Inno. hic videtur velle, quòd cauſæ
nullitatis & iniquitatis non ſunt contrariæ: imò bene poſ-
ſunt in libello cumulari quia per vtranq; cauſa ad ſuperiorẽ
deuoluitur ¶ Ia.de Are.& ſequaces ſui ſequũtur opinionem
Inno.quia in cauſa appellationis de nullitate quæritur, etiã
ſi non exprimatur:vt.ff.fa.ercil.l.quędã mulier: &.ff.de iure
pa.l.cariſſima pia & de libe.cauſa.l.ſi quis. ¶ Sed videtur cõ-
19 tra.quia † appellatio habet duos effectus, primus eſt pronũ-
ciatum extinguere ſiue ſuſpẽdere.ff. ad turpil.l.j.in fine.ſ.de
iureiur.venientes.Secundus effectus eſt, negotium ad ſupe-
riorem deuoluere.ſ.e.c.cordi. modò licet nullitas & iniqui-
tas quoad ſecundũ effectum non contrarientur, tamen con-
trariantur quoad primum Et ideò propter primũ, videtur
earum cumulatio impediri: nec enim quæritur in appella-
tione de nullitate non expreſſa, tanquam de ipſius appella-
tionis cauſa ſicut loquimur in q̃one pręſenti. ¶ Barto.cuius
dicta Ligna.hic illius ſuppreſſo nomine more ſuo trũcatè re
citat.l.ſi expreſſim.ff.de appel.ꝙ cõſuetudo talem libellũ &
appellationẽ admittit. & facit prædictũ.c. conſtitutus:& ꝙ
minimè mutãda ſunt, quę longã interpretationẽ habuerũt.
ff.de legi.l.minimè. Dicit tamen hic tria examinãda, primò
forma appellationis interpoſitæ coram iudice à quo. Secun
dò forma libelli, qui datur iudici ad quem.tertiò proſecutio
appellationis & libelli. ¶ Quantum ad primũ, dicit Bar.de
iure poſſe appellantem ſic dicere, ſentẽtiam dico nullam, &
ſi qua eſt appello ab ea, tanquàm ab iniuſta probat quia ta-
lis actus nõ eſt iudicialis, poteſt enim fieri die feriato: quod
non poteſt fieri die iudiciali.C. de ferijs.l.j. & dependet à li-
bera voluntate ipſius appellantis modò in his quæ depen-
dent à libera voluntate nõ prohibemus duas cauſas cõditio
naliter ſeu alternatiuè proponere.Prętereà quia ad effectũ,
videlicet ad deuoluẽdũ cãm ad ſuperiorẽ, poſſum articula-
re duas cauſas, dicendo ſiue nulla ſiue aliqua ſit ſentẽtia ap-
pello.Sed licet quoad effectum deuoluendi proponã duas,
tamen quoad effectum reſtituendi, non propono niſi vnam
ſcilicet iniquitatem: & licet adijciam cõditionem, ſi aliqua
eſt, tamen illa conditio non ſuſpendit: quia eſt de præſenti:
vt.ff ſi certum pe.l.cum ad præſens.Sed poſito, quòd appel-
latio eſſet actus iudiciarius, adhuc idem eſſet. Nam licet ap-
pellatio nõ ſit actio nec exceptio. Eſt tamen vnum quoddã
tus defenſionis per quod appellãs defenditur.defendit enim
appellantem contra ſentẽtiam quæ ius ipſius impugnabat,
etiamſi per actorem appelletur: quia obtinet tunc vim re-
plicationis, aduerſus exceptionẽ reo ex ſua ſentẽtia cõpeten
tem. ¶ Quantum ad ſecundum de libello appellationis, qui
datur iudici ad quem per appellantẽ.Dicit etiam Bar.quòd
cùm dictus libellus re vera ſit defenſori*, ſicut de ipſa appel
latione eſt dictum.Et faciunt pro vtroq;, licet nõ alleget, le-
cta & notata in.c.j de reſcrip.lib.vj.in eo poſſunt cumulari
de iure prædictæ duæ cauſę, ſcilicet nullitas & iniquitas: qa
re vera non ſunt ſibi inuicem cõtrariæ: quia nullitas, iniqui
tas eſt: & quia tendunt ad eundem finem.videlicet ad oſten-
dendum ſententiam fuiſſe nullam, tam ratione nullitatis,
quàm ratione alterius iniquitatis Prætereà, quia ſi eſſet ibi
aliqua contrarietas, tamen quia vterq; in modum exceptio-
nis, & defenſionis inducitur, ſaltem ſub conditione & alter
natione admitti deberet: vt ſi diceretur, dico ſentẽtiam eſſe
nullam & ſic per iudicem declarari, & ſi aliqua reperiatur,
dico eam iniquam, & tãquam eam talem peto per iudicem
reuocari ¶ Quantum ad tertium aduerte, quandoq; iſtę
duæ cauſę habent originẽ, ex diuerſis fontibus: vt dico eam
nullam ex defectu ętatis, perſonæ, rei.& dico eam iniquam,
ex iniuſtitia tenoris ipſius, & tunc etiam quoad proſecutio
nem nulla hic cõtrarietas quando trahũt originẽ ex eodem
fonte, diuerſis tamen reſpectibus: vt quia ſententiam cõtra
me latam dico nullam, eò quòd tunc minor eram, & inde-
fenſus:& dico eam iniquã, eò quòd lata fuit ex promiſſione
facta per me tunc minorem: & hoc caſu cõtrarietas ex pro-
ſecutione adhuc ceſſat: quandoq; circa hunc originẽ ex eo-
dem fonte, & eodem reſpectu, vt quia dico ſentẽtiã nullam,
quia ille qui interuenit vel curator nõ erat:& dico eam ini-
quã: quia ex facto illius eiuſdẽ qui curator nõ erat lata fuit
& tunc videreẽ in proſecutione cõtrarietatis, & ideò ſimul
admitti non debeo ad proſecutionẽ eiuſdem: ar.C. de inoff.
teſtamento.l.eum qui: &.l.contra maiores. ſecundũ Barto-
lum.Sed hoc vltimum non ſimpliciter mihi placet: quia ea
quę ſimul compatiuntur.eò quòd ambo ſimul vera exiſtũt,
nullam inter ſe contrarietatem habent: eò quòd ſecundum
Philo.omne verum omni vero conſonat: modò obligatio-
nem pupilli & iudiciũ actum cum pupillo, falſo accuſatore
interueniente propter defectum curę ſubiacere vitio nulli-
tatis: & ideò ſententiam eſſe nullam & iniquam ſimul com
pati & vera eſſe poſſibile eſt ſi factum ita ſe habeat. Diſtin-
gue ergo, quia aut nec in narratione, nec in concluſione, cõ-
trarietas reperitur: vt quia narrato facto, vt præmiſſum eſt,
petitur ſententiam declarari eſſe nullam, & eam reuocari in
quantum de facto proceſſit: & ſi aliqua reperitur eam de iu
re reuocari & irritari. Vel forte breuius petitur facto vt pręmittitur
narrato declarari ſententiam eſſe nullam, & ini-
quam & eam reuocari ſaltem inquãtum de facto proceſſit,
& tunc ratione cõtrarietatis proſecutio ambarum cauſarũ,
impediri non poteſt: quia hic ceſſat cõtrarietas vt patet ex
dictis: aut in narratione vel in concluſione eſt contrarietas,
vt puta, quia dicit contractũ habitum cum minore, de iure
tenuiſſe aut non tenuiſſe.aut ſententiã eſſe nullam & anul-
landam, vel quia petit eam pronũciari nullam & anullandã,
ſeu ipſam eſſe nullam declarari, & eam annullari & tunc ra-
tione contrarietatis, talis proſecutio impeditur: & põt alia
iſta diſtinctio ex diſſolutione.l.eum qui: &.l. cõtra maiores
20 allegata. ¶ Sed quo modo pronũciabitur † dicit Bartolus,
quòd ſi iudex reperit ſentẽtiam eſſe nullam, pronũciet eam
nullam, tacendo appellationem vel addendo fuiſſe ſuperua
cuè vel fruſtrà propter nullitatem appellatum: iuxta caute-
lam legis.ff.de app.ex conſenſu.circa principiũ:&.§.j.Sed ſal-
ua pace Bartoli, puto etiã tunc pronunciare poſſe bene ap-
pellatũ: qa ſi nulla fuit, ergo & iniqua & ſic appellationi fuit
locus.ff.de app.l.j.& etiam vt opus vtile fuit appellare pro-
pter tres defectus.Primò vt recurſus poſſit ſuper hoc habe-
ri ad ſuperiorẽ. Secundò, vt per ſuperiorem declaretur eſſe
nulla. Tertiò, vt in quantũ de facto proceſſit, reuocetur: ne
de facto præiudicium afferat talis ſentẽtia & ita ſeruamus.
Nec ob.l.ex ex conſenſu.§.j.vbi dicitur fruſtrà prouocatum à
ſententia nulla, quia illud intelligitur ſecundum hunc reſpe
ctum, videlicet quia & ſine appellationis remedio poteſt
declarari nulla:& etiam retractari, inquãtum de facto pro-
ceſſit.Non negat tamẽ, quin alijs reſpectibus de quibus pre-
dixi, quandoq; expediat appellari.Si autem reperiat ſenten-
tiam non eſſe nullam: ſed aliàs iniquam & iniuſtam, debet
declarare ſeu pronũciare malè pronunciatum & bene appel
latum; ſententiamq; iniquam & reuocandam eſſe: ac etiam
reuocari: vt.ff.de app.l.j.§.finali.&.C. de app.l.eos. Plus dicit
21 Bar. quòd iudex † pronunciando ſententiam iniuſtam vel
iniquam, videtur tacite pronunciare eam eſſe aliquam. arg.
22 C.de ord.cog.l.j. quod non placet quia iniuſtitia † & iniqui
tas etiam à nullitate cauſantur: vt ſępius dixi. Item dicit
Bar.quòd ſi iudex pronunciet malè appellatum, cum libel-
lus ſuper vtroq; alternatiue vt prędicitur proceſſiſſet.vide-
tur pronunciatum ſuper vtroq;: quia ſiue nulla, ſiue aliqua
& iniqua fuerit, ab ea appellatum legitimè extitiſſet: & hoc
23 placet. ¶ Item, dicit Bar. quòd † ſimilis libellus ſimiliſque
pronunciatio ſuper reſtitutione, & conſuetudine admitti-
tur quod ipſe credit de iure ſatis procedere: quia reſtitutio
eſt etiam

24 eſt † etiam ſpecies cuiuſdã defenſionis, de quo ſatis ſcripſi in prædicto.c.cõſtitutus. Præterea dicit, quòd ex vtraq; cauſa appellatio & appellatione facta deſerta, non cenſetur nullitas deſeri vt prædicta.l.ſi expreſſim.in fine. quod eſt notabile ſecundũ enim, quod eſt verum quoad viam ſimplicis querelæ cui per hoc non præſcribitur: quia & ſine appellatione locus eſt illi viæ ſed quoad viam procedendi in vim appellationis, illud non eſt verum: quia illi viæ per deſertionem eſt præſcriptum. Pro quo faciunt lecta & notata.ff.de re iudic.l.ſi cum nulla. ¶ Rurſus intrando tractatum nullitatis, & dicta Bar. in dicta.l.ſi expreſſim.poſſem hic ꝓſequi circa prædictum tractatũ.x.principales quæſtiones. Verùm, quia in cle. prima de re iudi.illas extiti proſecut⁹, me expedio ibidem remittendo, quanquàm Lignanus hîc inſtiterit circa iſta de ſuo tamen nihil addens: imò dicta aliorum decurtãs. ¶ Supple gloſſas. In glo.prima.ibi ſine iuramento imò videtur idem in mero ſtatuto licet iuratus non ſit nec confirmatus: de hoc in prædicta decret. conſtitutis.in fine primæ gloſſę Io.And. ¶ Collectarius &, *ne aliter fieret.* non expectauit iudex grauamen, ideò non valuit: de teſti.ex parte Adę ſi
25 in vna & c.ſignificaſti, *irritari.* nunquid † coram iudice appellatiõis poteſt peti irritũ pronũciari attentatum poſt ap. vel etiam irritandum ſi aliquid inueniret. Innoc.dicit quòd ſic, & idem H.Archid.& Io.And.poſt Innocen. io.c.cordi. ſuper verbo parte.idem no.Inno.& H. de offi.dele. cum cõtingat. Ad quod facit quia nullum ſeu irritum ſe compatiun
26 tur vt le.& no.ij.q.j.primates. ¶ Sed nunquid † appellans à ſententia nulla ratificat eam, ſeu faciat aliquam Guli.in Spe. & no.ſ.de re iudi.c.j.in cle. quòd ſic ſi ſit aliqua: ſecus ſi nulla: ſed hoc non intelligo bene: quia videreẽ quędam cõtrarietas & pręmiſſa faciunt, quòd non ratificetur. Vnde no.Spe.
27 de ſententia-§.nunc de effectu. ver. quid † ſi à ſententia quæ nulla eſt appelletur, & iudex eam confirmet, nõ valet confirmatio.ff.de inoffi.teſt.eum. ¶ Sed nunquid poteſt appellari indiſtinctè à ſententia quæ nulla eſt. Pau.de iureiur.c.j.dicit quòd non: ſi ſententia nulla dicitur propter defectum iuris priuati quia appellando ratificatur.ff.rem ra.ha.l.iij.§.falſus. & ſic implicaret cõtrarietatem: ſecus ſi propter iuris publici. & hoc no.per Doct.ſecũdum eum. Doct.tamen non diſ. nec Archi.in.c.cordi. dicens ſuper verbo partes quòd eſt caſus.ff.de app.l.j.ff.fa.erciſ.l. quędam. Poſteà Collect. ſubintrans licet valde impertinẽter, notata.ſ.e.c.nõ ſolùm.lib.vj. quærit quid ſi iudex per ſententiam aliquem depoſuit, qui à depoſitiune appellat in caſu de iure dubio & poſteà antequã decidatur, an appellatio teneat alius medio tẽpore ſubſtituitur modò quęrit an per modum attentati debeat illa ſubſtitutio reuocari, an pendeat ex futuro euentu? Cardi. & Garſ.diſ.aut eſt ſubſtitutus ab alio, & hoc caſu, nõ fiet reuocatio per modum attentati cum appellatio nõ impediat
28 niſi iudicem à quo eſt appellatum: nec propriè dicitur † attẽtatum: niſi cum ſit ab eodem iudice vel à parte.ſ.e.perſonas. & ſic pendet ex futuro euentu, cum pronũciabitur pro deſtituto.ij.q.vj.hoc quippe. & hoc cũ pars appellans nihil fecit ſi non ab eodem iudice ex officio prouidendo ſit reuocatio per modũ attentati vt in.c.nõ ſolùm. & vt lit. pen.c.j.de conſti.cum.M.de iureiur.venientes. Si verò confirmãdo, & tunc aut confirmando aliorum electiones, qui erant in cauſa, & tunc idem aut per extraneos & de extraneo, & tunc pẽdebit ex futuro euentu: quia res inter alios &c. & quia quoad alios nõ deſijt eſſe iudex: vt in.c.Romana.§.in aliã.poſſeſſio tamen appellantis ſibi auferenda non eſt, aliàs reuocaretur per modum attentati.in authẽ.vt nulli iudi.§.illos. Si verò aliqui de electoribus fuerint pars, reſpicitur maiori. ſi illa fuerit maior pars, de poſtu.bonæ. Præmiſſa dicunt vera, niſi appellatione pendente coram Papa quo caſu dicũt propter excellentiã iudicij quòd etiã ab extraneis nihil debet innouari: aliàs reuocabitur per modum attentati: & ita ſeruat curia. Quod poſſet tollerari ſecundum Gar. ſi appellatio eſſet Papæ præſentata, & ab eo recepta de po.præ bonę.§.nec nocebat. Et ſic breuiſſimè poteſt dici ſecundum Ioan. Andreę. eodem titu.non ſolùm. quòd ſi prouiſio fundetur à depoſitione quicunque, ſit ille, qui facit prouiſionem, reuocabitur per modum attentati: quia cauſam habet à iudice de
29 poteſtate: aliàs ſecus. ¶ Sed nunquid attentatum † poſt appellationem eſt irritum vel irritandum? dicendum quòd ſi cauſa appellationis ſit expreſſa in iure: attẽtata ſunt nulla: & irrita ipſo iure.ſ.e.ſignificantibus dilectis. de iudi.exhibita.& hic: vt.ſ.c.proximo aliàs eſt irritandum. Et nota.ij.q. vj.quoties.per Archid.& no.H. de reſti.ſpo. ex conquęſtione. ¶ Quid ſi propoſita exceptione, iudex eam non recoſat nec admittit nec procedit. Io.And.hic ſecũdum Boat. quòd ſi iudex expectato reſponſo, tertiò requiſitus congruè non reſpondet, hoc expreſſo grauamine, appellari poteſt.arg.de ſupplen.negli.præla.c.ij.& ſic ſecundũ eum no.H.ſ.e.inter-
30 poſita. ¶ Sed nunquid † appellans habet probare cauſam appellationis coram iudice appellato? dic quòd non regulariter: vt legitur & notatur.ſ.e.vt debitus. & c.cum ſpeciali expreſſè.e.tit.ſi à iudice.lib.vj. Et vide quæ no.de offic.dele. cum ſuper & hoc verum ſecundum Archid.e.titu.cordi.lib. ſexto vide vbi grauamen contingit perſonam iudicis: ſecus ſi non contingat eius perſonam: vt quia aſſignauit locũ non tutum, vel aliàs non poteſt tutè locus adiri. Sed quoad hoc, dic vt Col. vt lite nõ conteſt.accedens.ij. ¶ Qualiter autem ſoluitur ad capitulum olim de except.ibi tetigi in fine ſecundę oppoſitionis: Sed ſolutionem examina ex premiſſis, & qualiter excluſus ab iniquitate per ſententiam vel renunciationem poteſt proſequi nullitatem vide Paulum in cõmento.c.finem.de dolo, & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Appellantẽ qui terminum appellationi præfixit aduerſario legitimè proſequenti condemnari in expenſis.*
2 *Monachum procurare poſſe cauſam monaſterij.*
3 *Termini præfixionem operari, quod idẽ præueniri non poſſit.*
4 *Appellans vel appellatus ſeu iudex an poſſint terminum præfigere ad appellationem proſequendam.*
5 *Appellans an teneatur mittere procuratorem ad appellationem proſequendam.*
6 *Ad hoc vt decretalis cordi locum habeat, quæ requirantur.*
7 *Impetrantem etiam videri proſequutum appellationem.*
8 *In appellatione duo plus operari, quàm vnum.*
9 *In appellatione à definitiua, articulum appellationis, eſſe ipſum negotium principale.*
10 *Abſentem non eſſe neceſſe citari, pro condemnatione expenſarũ.*
11 *Appellati proſecutio, an excuſet appellantem à negligentia & deſertione cauſæ.*
12 *Termini ſolùm præfixionem non ſufficere ad deferendum cauſam ad curiam.*

¶ CAP. LXIIII.

1 NIcolao. ¶ Caſus. Appellans † qui terminum appellationi præfixit ſi mittit procuratorem ſolum ad impetrandũ aduerſario legitimè proſequenti, condemnabitur in expenſis. Et prima pars ponit dationem auditoris, & petitionem appellati: ſecũda dat iudices ibi, *mandamus.* ¶ Expone literã, *monacho*, po-
2 teſt monachus † procurare cauſam monaſterij de quo hic per Goffre. & ſcripſi.ſ.tit. primo cum.l. &. A.& de poſtulã. c.ij. & *contradicendum*, ſi literæ per talem procuratorem impetratæ dicat aduerſarius, cauſam eſſe in curia, hunc articulum defendere poterit talis procurator vt no.in Spec.de procura.§.vt autem.ver.ſed pone vbi dicit ſic obtentum & talis procurator dicitur procurator ad negotium, nõ ad iudiciũ. ſ.de reſcrip.ex parte decani.*contumaces*, ſcilicet condẽnando in expenſis vt ſequitur. Et no.ex hoc Hoſtien.duo, ſcilicet ꝙ citatus non condemnetur in expenſis & quòd nihil refert an citatus non veniat vel minùs ſufficienter veniat. & ad idem

ſ.de dolo.cum dilecti.ad fi. *præfixiſſe*, & appellationẽ fuiſſe à iudice admiſſam, vel à parte approbatã. ne ſit contra. ĩ.e.interpoſita ſecũdum Hoſti. Set Abbas contra. Primum teneas Nouella Sufficeret tamẽ ſola approbatio iudicis vel admiſſio partis, quæ ad deuolutionem appellationis vt probat.c. interpoſita quod tamen nõ loquitur de termini præfixione.

3 Operatur † tamen termini præfixio, primò quòd præueniri non poſſit. ſ.e.ex inſinuatione. Item operaretur citationem peremptoriam: qua non interueniente, opporteret partem citari. Caue tamen, quia ſola termini præfixio nõ operatur deuolutionem vt hîc notatur, licet Abbas contra: ſed ſolùm operatur, quòd præueniri non poſſit: vt prędicto.c.ex inſinuatione per deuolutionem tamen appellationis in caſibus præmiſſis non deuoluitur negotium principale: imò ſi princeps de gratia illud deuolueret, oporteret citare partẽ: & hoc cùm à grauamine ante ſententiam appelletur. Si verò à ſententia appelletur. Dic etiã idem, ſaluo quòd vbi dixi appellationem deuolui cùm appellatur ante ſentẽtiam, dico in appellatione à ſententia, deuolui negotiũ principale. & eſt ratio, quia tunc articulus appellationis non ſeparatur à negotio principali: & ſic intellige iſtud capitulũ: &. ſ.e.ſępe. &. ĩ.e.interpoſita &.c. cordi.e.tit.li.vj. ſaluis cauſis electionũ eccleſiarum cathedralium, vel collegiatarum, & regulariũ, de quibus in.c.cupien &.c.quanuis. &.c.prouidi de elect.lib.vj. & alijs cauſis beneficialibus, de quibus de elect.c.j.libr.vj. & de.cauſam.e.tit. ſecundum Martinũ ad quæ. ĩ. redibo: ſufficientem ſaltem ad expediẽdum appellationis articulum: de quo. ſ.e.ſępe, *miſerunt*, & ſi miſerunt, & ille proſequi noluerit, imputatur eis ſicut & tutoribus, qui mandãt alijs, quod ipſi facere debebãt. ff.manda.l.ſi procurator.§.ſi tutores. Vnde excõmunicari poſſet ſi ſcientes contumaciam miſſi non purgant eandem. ſ.vt lite non conteſt.c.j.ſecundum Goffr. & idem hîc Vinc. Cuius dictum vide in Specu.eo.tit.§ nunc breuiter.verſu.quod ſi pars, *perſonaliter*, nolebat ergo ius ſuũ indefenſum relinquere. ff. de peti hæredi.l. illud & per hoc præſumitur appellationem approbaſſe: ſecundum Hoſtien. *à tempore*, appellationis & propter appellationem ſecundũ Goffre. & AEgi. condemnetis: & nihilominus ſi appellatũ fuerat à ſententia, rata manet ſententia. Si verò ante ſententiam tunc ſunt partes ad priores iudices remittendæ ſecundum Inno. ſ.e.ſępe.

4 ¶ PRIMO quæritur † vtrum appellans vel appellatus ſeu iudex poſſit terminum præfigere ad appellationem proſequẽdam? & vtrum ad hoc procuratorem mittere teneatur. Diſtinguit Henricus, quia aut quęris de primo, vtrum alter eorum poſſit terminum præfigere ad appellationem proſequendam: & tunc aut quæris de appellante, & dic quòd ſic: vt. ſ.e.c.oblatę.§.licet igitur. &.c. perſonas aut quæris de appellato, & dic quòd non: quia beneficium iuris puta annus, vel ex cauſa biennium, ipſi appellati datũ ad appellationẽ proſequendam ei auferri nõ poteſt: vt. ĩ.de reg.iuris.c.indultũ. lib.vj. & quia graue eſt, tempus illud metiri ex termino aſſignato ad voluntatem appellati. ar. ff. qui ſatiſda.cog.l.de die. vt no. Cardinalis ĩ.e.cordi. Aut quæris de iudice, & tunc aut de iudice à quo eſt appellatũ, & ille poteſt terminum præfigere ipſi appellãti ad appellationem proſequedã, & terminum iuris diminuere in.d.c.oblatæ.§.licet igitur. &.c.perſonas. Aut quæris de iudice ad quem eſt appellatum, & tunc aut quæris de appellationibus interpoſitis in cauſis electionum, ſeu in cauſis matrimonialib⁹, vbi de fœdere matrimonij agitur ſeu in alijs cauſis quę celeritatẽ deſiderant, & in talibus, ſi iudex ad quem appellatur viderit ex dilatione periculum imminere, poteſt & debet terminũ prouidè moderare: vt. ſ.e.c.oblatæ.§.vltimo. & ff.de dam. infecto.l.j. Quo caſu neutro proſequẽte app. obtinet illud in tẽpore moderato quod obtinet anno elapſo, ſecundũ Gof. hîc. Et idem Archi. ij.q.vj. in ſumma in glo. adde.c.ad proſequendũ. Nec mirum quia in hoc caſu, imminet periculũ rei publicę vt no. Hoſti in dicto.c.oblatæ. Aut quæris de appellationibus interpoſitis in alijs cauſis, & tunc non poteſt terminum iuris moderare. arg.c.alleg.oblatæ.§.vltimo. vbi eſt ſpeciale in cauſis in quibus poteſt periculũ rei publicæ imminere: & quæ celeritatem deſiderãt: quòd iudex ad quem eſt appellatum poſſit terminum ſtatuere: ergo in cõtrarium erit ius eſt argumen. ff.ad munici.l.j.in fine.

5 ¶ DE SECVNDO autem articulo, videlicet cùm † quęritur vtrum appellans teneatur mittere procuratorẽ ad appellationem proſequendam. Diſtinguit Henricus quia aut quæris de appellationibus, quę fiũt in cauſis, ſeu negotijs electionum ſeu poſtulationũ: iuxta formam capituli ſtatuimus &.c.cupientes. ĩ.de elect.libr.vj. & in illis tam appellans quã appellatus, & generaliter quorũ intereſt & quos cauſa cõtingit per ſe vel per procuratorem ad cauſam inſtructos ad ſedem ap. ire tenentur: iuxta ea quæ ibi leguntur & notantur. Imò & ſi neutra pars ap. factum proſequi curat, iudex ex officio ſuo ipſas partes ad ipſam proſequendã poterit coercere: vt ſ.e.oblatę. in fine ſecundum glo. ĩ.e.cordi. ſuper verbo petierit. lib.vj. ſecundũ Inno. ſ.de elect.c.j. Aut quæris de appellationibus, quæ fiunt in alijs cauſis, & tunc refert ſecundum Hoſti. ĩ.e.tit.interpoſita. Aut appellatio non recipitur à iudice nec approbatur à parte appellata, & tunc ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum tantùm vt in.c.alleg. interpoſita in principio &.ver. eadem quoq;. Aut recipitur à iudice, vel approbatur à parte appellata, & tunc aut ipſe appellans nõ præfixit terminũ ſuę appellationi, & tunc ſufficit procuratorem mittere ad impetrandum: vt in.c.alleg. Nicolao à cõtrario ſenſu. Fallit vt credo in caſu vbi ipſe appellãs approbat appellationem & petit cauſam in curia tractari: vt ſtatim ſequit̃ & habetur in.c.alleg. cordi. vbi hoc notat Innoc. & glo. hîc ſuper verbo & petierit ver. & credit &c. Aut appellans præfixit terminũ ſuę appellatiõi, & tũc aut appellatus nihil petit, & tunc neceſſe eſt, quòd mittat procuratorẽ inſtructum, quoad proſecutionem cauſę appellationis, non dico principalis, & ſic loquitur hîc. Nam quòd hîc miles appellationem approbauit, poteſt ex eo quia miles eam proſequebatur vt hîc patet. Aut appellatio recipitur à iudice vel approbat̃ à parte, & appellans petit ꝙ appellator vadat per ſe vel ſufficienter inſtructum mittat, etiam quantũ ad principale negotium: & tunc aut appellatus hoc petit re integra ſcilicet antequàm appellans impetret literas: ſuper appellationem: vel etiam nũcium mittat pro impetratione, & tunc nõ ſufficit procurator ad impetrãdum cõſtitutus, vel ſolùm ad appellationem proſequendã. imò neceſſe eſt, ꝙ etiam quantum ad principale negotiũ, mittatur ſufficienter inſtructus ſic loquitur. ĩ.e.cordi.lib.vj. Aut. appellatus hoc petit re integra, ſcilicet poſtquam appellatus impetrauit literas, ſuper appellationem vel poſtquam nuncium miſit pro impetratione, & tunc non habebit locum petitio eius & hoc niſi appellans malitioſe ſe feſtinaret vel in mittendo nuncium vel in petrando literas: vt. ſ.e.oblatæ. ſecundum Innocen. Cardi. & Archid. in.c.alleg.cordi. ſuper verbo petierit.libr.vj. Et vide quod no. Ab. ſ.de do. & cõtu.c.cum olim G.ſi.in fine. vbi di-
6 cit quòd duo requiruntur † ad hoc vt illa decretalis cordi. locum habeat. & quòd appellatus approbet appellationem, & quòd petat cauſam in curia tractari. Aut quęris de appellationibus q̃ fiũt ad inferiores Papæ, & tunc aut quæris de cauſa appellationis, & in illa nõ magis tenetur appellans vel appellatus mittere procuratorem inſtructũ, quàm tenetur in cauſa appellationis interpoſitæ ad Papam: de qua. ſ. dictũ eſt. Aut quæris de cauſa principali, & tunc aut ille ad quem eſt appellatum, eſt talis qui non poteſt adiri per viam ſimplicis querelæ vt metropolitanus, ad quem appellatur à ſuffraganeo. & tunc nõ habet locum dicta decre. cordi. quia eo caſu, nõ poteſt omitti articulus app. vt. ĩ.de foro.compe. Romana.j. reſponſo.lib.vj. qui tamen in appellatione interpoſita ad Papam, omitti poteſt. vt ibi. Aut eſt talis, qui poteſt adiri per viam ſimplicis querelæ: vt legatus. ſ. de offic.le.c.j. & coram tali poteſt omitti articulus appellationis iuxta formam.c.

mam.c.alleg.cordi.ſicut & coram Papa ſecundũ Io. And. ibi ſuper verbo ad nos & hæc quæ dicta ſunt à verbo ad verſu. Aut quæris de appellationibus, quæ fiunt in alijs cauſis &c. vſq; ad hunc locum, habet locum in appellationibus factis ante ſentensiam definitiuam. In hia verò quę fiunt poſt, ſufficit procuratore mitterẽ ad impetrandum: niſi appellatio à iudice ſit recepta, vel à parte approbata: vt no.ſ.e.oblatę: nã
7 & qui† impetrat videtur prſequutus fuiſſe appellationem: quod dic.ſ.e.ex ratione ſecundum Hoſti.in.c.alleg.interpoſita. ¶ Io. autem Cald. circa ſecundũ videlicet cùm quæriſ quando in cauſa appellationis ſatis ſit quòd partes compareant coram iudice ad quin per procuratorem conſtitutum ad impetrãdum & contradicendũ, an verò ſit neceſſe, quòd ſufficienter & quomodo debeãt comparere, ponit hîc vnam longam diſtinctionem, ex qua decidẽdo & abbreuiãdo, certas concluſiones elicio. ¶ Prima concluſio, quòd cùm appellatur ad Papam à grauamine ante ſententiam, & appellatio nõ eſt approbata à iudice, nec à parte appellata, ſufficit procuratorem mittere, ſolùm ad impetrandum & contradicendum, ſine terminus à iudice vel à parte nõ fuerit appellationi pręfixus, & ſic loquitur.c.interpoſita.§.j.ĩ.e ſiue etiam terminus huiuſmodi à iudice vel à parte appellationi præfixus fuerit ſecundum Hoſti.& Nouellam pro quibus bene facit ſ e.ſępe. Per quas decretales, hunc decretalẽ ſuppleri oportet ſecũdum eos, & ſatis eſt, quòd tunc operetur terminus, quòd præueniri non poſſit: vt prædicto.c.ſępe. licet in hoc vltimo caſu Abbas ſit cõtra per hanc decre. Sed mala ſecũdum eos, quia hæc decretalis per alias decre.ſupplenda eſt: vt prædixi. ¶ Secunda cõcluſio eſt, ꝙ cùm appellatur ad Papam à grauamine ante ſententiam & appellatio à parte appellata vel à iudice approbata eſt, tunc nõ ſufficit ad impetrandum & contradicendũ, ad curiam procuratorem mittere. Sed eſt neceſſe etiam procuratorem mittere ad articulũ appellationis proſequendũ: etiam ſi non fuit terminus appellationi pręfixus à iudice, vel à parte & ſic intelligiſ decre. interpoſita.§.j.ĩ.e.à contrario ſenſu. nec hîc dicitur contrarium. Hunc enim caſum hęc decretalis non tangit, & videtur hoc vtilius ad faciliosem litium expeditionem: ſecundũ Io.cal.lice quidam cõtra. Et idem fortiori ratione, ſi fuit ipſi
8 appellationi ab homine, præfixus terminus. Plus enim † debent operari duo ſcilicet appellationis appobatio & termini pręfixio quam vnum ſolùm, videlicet approbatio & hoc in hac decre.a pertè habetus. ¶ Tertia concluſio eſt, quòd cùm ante ſententiã à grauamine appellatur ad Papã, ſi pars appellata approbet appellationẽ ad Papam interpoſitam, & petat ꝙ partes principales, per ſe vel per procuratores ſuos, ad totam cauſam ſufficienter inſtructos in curia cõpareant tunc non ſufficit procuratorẽ mittere, ad impetrandum & contradicendũ vel ad appellationis articulum proſequendũ Sed eſt etiam neceſſe mittere procuratorem ſufficienter inſtructum, ad principale negotiũ proſequendum: & ſic intelligitur decre.cordi.j.e. ſed ſi pars appellasa hoc nõ petierit, tunc non tenetur pars per ſe vel procuratorem ſufficientẽ apud ſedem Apoſtolicam ſuper principali negotio cõparere: etiam ſi appellatio aliàs comprobata fuerit à iudice vel à parte per pręedictã decre.cordi.à contrario. ¶ Quarta concluſio ꝙ cùm ad Papam à definitiua ſententia appellatur & eſt appellatio approbasa à iudice vel à parte nõ ſufficit mittere procuratorem ad cõtradicendum, ſed eſt neceſſe ꝙ abſens per ſe vel alium ſufficiẽter cõpareat ſiue terminus fuerit ſtatutus ab homine, ſiue non: quia aliàs receptio ſiue approbatio nihil operaret. quod eſſet cõtra mentem decre.interpoſita.§.j.nec hîc diſtinguo articulũ appellationis à nego-
9 tio principali cum† appellatiõe à definitiua articulus appellationis ſit ipſum negotium principale. ¶ Quinta cõcluſio quòd cùm à definitiua ſentẽtia appellatur ad Papam, & appellatio nõ eſt recepta à iudice, nec approbata à parte, tunc etiam ſi terminus fuerit pręfixus ab homine, & idem fortiori ratione ſi pręfixus non ſit, tunc ſatis ſufficit procaratorẽ ad impetrandum & contradicendum nec eſt neceſſe tunc mittere ad principale negotiũ proſequendũ: nec hîc diſtinguo articulũ appellationis à negotio principali, ſicut in tribus primis quolibet diſtinxeram propter ratiunem quã dixi in quęſtione proximè præcedenti. Et iſtud ſecundũ Ioan. cal. eſt magis cõſonans iuri, quã illud quod notat glo.in.c.veniens de renũ. Nec obſtat ſi dicas, quòd ſic terminu præfixio nihil operatur, cùm appellatur à definitiua, quia hoc eſt falſum. Nam bene habet ſuum effectũ, ſcilices quia ipſe terminus præueniri nõ poteſt ab aliqua partiũ.ſ.e.ſępe &.c.obla-
10 tę. Item quia abſentem † non eſt neceſſe citari, pro condemnatione expenſarum.ſ.e.ſępe. Et idem intelligas reppetitũ cum ante ſententiã appellatur, & terminus præfixus fuit qđ non eſt neceſſe abſentem citari, quantũ ad ea, ad quę tenebatur ſecundũ ea quæ in pręcedẽtibus cõcluſionibus iam ſunt dicta ſaluis cauſis beneficialibus, in quibus tene lecta, & notata in.c.j.&.c.cupientes de elect.lib.vj. ſecundum præmiſſa intellige ea, quæ ſcripſi poſt Mar.in expoſitione literę ſuper verbo præfixiſſe.
11 ¶ SECVNDO principaliter † quęritur vtrum proſecutio appellati, excuſet appellãtem à negligentia & à deſertione appellasionis. Mar. dicit hîc expreſſè notari per Innoc. ꝙ non: ſed illud non reperio. Subdit tamen, quòd Cal. hîc expreſſè notat contrarium. Et ꝙ idem notauis Hoſti.ſ.e.ſępe ſed etiam neutrum clarè reperio. Dicit etiam ꝙ durum ſibi videtur, appellãtem per diligentiã appellati ſic excuſari: maximè cùm terminus eſt præfixus appellanti, ad appellationẽ proſequendam: maximè ſi intra terminum appellans nullo modo extitis proſecutus, licet caſu quo aliquo modo proſecutus fuiſſet, ęquum eſſet enim aliqnaliter excuſari. Tamen auditores palatij de toto tẽpore meo cõſueuerũt tenere appellantem excuſari à diligentia appellati. Et ſolet ad hoc induci lex petendæ.C.de tempo.in integ.reſti.petendæ. ¶ Collectarius ibi, *præfixiſſe*, ſupplet & à iudice receptam & à parte approbatam eſſet: per.c.interpoſita.ĩ.e. & ſic intelligit.c.ſępe.ſ.e. Item ibi, *tempore appellationis*, opponit de.c.cũ dilecti.ſ.de do.& contu. vbi nõ ſit niſi à tempore citationis: ſed litera ibi ſoluit, cùm de expectatione loquiſ. ¶ Supple glo. in glo.j.ibi, *veniens*, dicit cõtra ſcilicet, ꝙ ſola termini pręfi-
12 xio † non ſufficit ad deferendũ cauſam ad curiam, niſi interueniat approbatio iudicis aut partis appellatæ ſiue à definitiua, ſiue ab interlocutria appelletur: de quo vide in Spe.e.tit. §.qualiter.ver. porrò vbi aliquid ponit de ſuo Spec. quod eſt rarum, quod eſt verum ſaluis beneficialibus de elect.c.j.lib.vj. ſecundum Nouellam. de quo dixi.ſ. *& in fine*, vbi hoc notatur, & quare proceditur in cauſa appellationis, ſed ſit ſolùm condemnatio expenſarum. In glo. vltima in fine de procuratorib. auditis Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Appellare tertiò non licere ab eadem ſententia & qualiter quis poßit.nu.3.*
2 *Tenendum eſſe quod ſeruat curia.*
4 *Sententiam ſuper exceptione latam, eſſe interlocutoriam, non definitiuam.*
5 *Appellare eodem contextu, an quis poßit ter.*

¶ *CAP. LXV.*

3 SVanobis. ¶ Caſus, Ab † eadem ſententia tertiò appellare nõ licet. Et facit tria, primò ponit querelã appellantis, ſecũdò ſentẽtiam auditoris: ibi, cumq; tertiò inhibitionem factam iudicibus tertię appellationis ibi, *nos prædicto*. ¶ Expone literam, *filiorum impuberum*, quę ſiue authori.tutoris agere vel conueniri nõ potuerunt.C.de autho.tuto.l. clarum. nec etiam contrahere in ſui præiudiciũ. Et idem de adulto curatorem habẽte: vt.C. de in integ.reſti.mino.l.iij.nec põt pupillus hæreditatẽ adire, quãuis lucroſam ſine authoritate tutoris inſti.de autho.

tuto.in prin.&§.j.&.ij.Quid igitur ſi tales perſonę tibi obligatę carent defenſore, adeat iudicem, vt eis cõſtituat defenſorem.C.qui petát tutorem.l.j.& ſi filius.& ſi plures tutores ſunt, & vnus litem habet aliorum authoritate poterit experiri:ꝙ ſi ſolus ſit petat illi dari tutorem ad litem.C. de in litẽ dando tutore.l.j.& inſti.de authur.pręſtanda.§.fina.ſecundũ Hoſti. *& ſcilicet*, maiorẽ.xxv. *filij*, B fortè primus Bernadus vocabatur.& ſecũdus Bonifacius. *ſumma*, quã fortè Bernardus mutuauerat illi F. & Bonifacio. Vnde & actiones hinc inde tranſeunt ad hęredes.C.vt actiones ab hęredibus.l.vna Huſtrẽ. promulgant condemnando illos reos ad petita, *per iſtum*, à ſede Apoſtolica locus erat de tẽporali iuriſditione eccleſiæ.j̃.de teſta Raynntius quæ loquitur de eodem loco. & ſic cõcordat.s̃.e.ſi duobus, *Petro & eius collega*, laicus quia non dicũtur clerici:ar.de reſcrip.Cum à Deo,& tamen delegato tenet,non ſolùm quia facta per Papam qui hoc poteſt, vt̃ no.de arbi.c.contingit.&.c.per tuas.Sed etiam quia inter laicos agitur,& eſt cauſa tẽporalis:Nam ſi eſſet eccleſiaſtica, deberet perſonis eccleſiaſticis & nõ laicis delegari.quod dic vt.s̃.de offi.deleg.cum te.ſecundũ Hoſti.Quid dices, ſi cauſa merè ciuilis inter laicos ratione tẽporalis iuriſditionis principaliter vt per appellationem ad Papam defertur qui delegat eam laico vel clerico non cõſtituto in perſonatu vel canonia cathedralis eccleſię, valebitne delegatio?clamat Nouella hîc vellem doceri, qa per hanc literam videt quòd ſic. Sed obſtare videtur.c.ſtatutum.§.j. de reſcriptis.lib.vj. Item pone,ꝙ illa cauſa eſſet criminalis ad pœnam ſanguinis,quæ poteſt etiam ſpecialiter delegari: vt.j̃.ne cleri.vel mo.c.ſi.li.vj.planum eſt,ꝙ non delegabitur:vt.j̃.ne cleri.vel mo.c ſententiam.de rapto.c.in Archiepatu.Sicut ergo delegati Eporum,debent eſſe clerici in his quæ ſpectant ad iuriſdi tionẽ eccleſiaſticã, vt prędicto.c.cum te. in tẽporali verò dant laicos.Sic dicam in delegatis Papæ. Sed in contrariũ facit præd.decretalis ſtatutũ quę generaliter loquiẽ. Nec obſtat hæc decre.quia tempore huius decretalis,non erant determinatæ qualitates perſonarũ delegatorum ſedis Apoſtolicę quæ poſteà determinatę fuerunt.c.conſiliũ Lugduneñ. Inn. quarto pręſenti.quod hodie nõ habemus quod poſteà fuit immutatũ per prædictam decretalẽ ſtatutũ. Item ſuperſcriptio huius decretalis facit pro hac parte & antiqua in qua dicitur ꝙ iſte actor impetrauit executionẽ committi cuidã canonico tuſculano. Tenendũ † eſt ergo,quod ſeruat curia. Nouella Martinus verò dicit ſe credere,ꝙ nunquam fuit de mente Papę ꝙ c.ſtatutũ.locum habeat ſeu intelligaẽ in cauſa criminali vertente inter laicos , qa genus, nũquam videẽ includere caſum ex quo ſequeretur talis abſurditas, videlicet ꝙ clericus de cauſa criminali, inter laicos cognoſcat ,ſed de alia cauſa ciuili:& nõ criminali etiam inter laicos vertente in cauſis quę ad partem pertinẽt.Mar.credit contrarium quia.c.ſtatutum loquiẽ indiſtinctè & nimis periculoſum eſt recedere à verbis.imò cõſulit etiam in criminali de hoc Papam conſultari & mentionẽ fieri in reſcripto,cum nõ obſtãtia pręd.c. ſtatutum, *ipſius ſententiæ vltima*, conſequens primę. *obtinuit*, ſuppreſſa veritate, qua expreſſa, literas non habuiſſet: ſecundum Innocen. quare non valent.s̃.de reſcript. ſuper literis. *interlocutus*, notat quòd vocat interlocutoriam in cauſa appellationis ſecundũ Abbat.quod intellige de ſententia quę nõ contingit principalẽ appellationis articulum. *Expedit*. vide quod no.in de.ſi.e.tit.in glo.ſecunda. *Illos*, non negat quin aduerſarius potuiſſet,vt dixi.s̃.eo. directæ ſuper glo penul. *de iure*, de facto potuiſſet appellare centies: & de multiplici potentia habes de reſcriptis.ſciſcitatus. *tertio*, interdum etiã non licet appellare ſecundò.ij.q.vj.anteriorũ.§.illud.vbi etiam de hoc. *appellare*, licet is contra quem tertiò ſententiatum eſt, tertiò non appellet:tamen poteſt agere de nullitate dictarum ſententiarũ vel alicuius earum.Sed tunc demũ cum illarum plena facta fuerit executio,& non prius &idem de illo contra quem tres definitiuæ ſententiæ ſunt latæ:ſed dicit illas vel illarum alteram latam poſt appellationem interiectam à grauamine : quam dicit adhuc pendere: vt cle.id eſt de re iudi. *attemtarent*, Exequatur ergo ſententiã iudex primus vel vltimus de quo ſcripſi de offic.delega. paſtoralis.§.prætereà.& plenius in præd.cle.de re iudi.

3 ¶ PRIMO quæritur qualiter † quis poſſit in vna eadẽq; cauſa tertiò appellare.Circa quod diſtinguit Henricus,quia aut quis grauatur ſuper pluribus & diuerſis articulis ſiue capitulis,& tunc poterit ſuper ſingulis grauaminibus,nedũ ſemel ſed etiam ſecundò appellare. Et ita intelligit Hoſti. hic illud.c.quoties.ij.q.vj.vbi dicitur, quoties quis putauerit ſe grauari,ad Romanã ſedem appellet.&.iij.q.vj.pulſatus.Vnde qd ibi dicit quoties,notat ſingula grauamina, & nõ reiterationem appellationis,ſuper eodem articulo infinitã quaſi dicat in ſingulis grauaminibus, appellare poteſt ſecundò,& non vltra ſecundũ Hoſti.hîc.Et idem Bat.& Hoſti.s̃.e.directè.& Hoſti.s̃.de re iudi.cum cauſa. Aut quis grauatur ſuper vno & eodem capitulo ſeu articulo, & tunc aut quæris vtrũ vna & eadem pars,poſſit ab eodem grauamine tertiò appellare.Et tunc aut quęris vtrum in & ſuper eadem appellatione poſſit ter vocem appellationis emittere, dicendo ter appello,appello, appello, & dic quòd ſic.& ita intelligitur.vigeſimaprima quęſtione ſecũda Lotharius.vbi dicitur,quòd Theberga ter appellauit ſecundũ Ber.& Goffre.hîc & Goffre.in ſumma. eod. titu.§. olim appellabatur. in fine.& G.j̃. eodem.ab eo.gloſſ.ſecunda.in fine. Aut quęris vtrum poſſit tertiò appellare.i.tres appellationes ad tres diuerſos iudices facere,& dic ꝙ non ſed bis tantum vt hîc:&.s̃.e.directę ij.q.vj.ſi quis in quacunq; aliâs eſt ibi ſub.c.ſi quidem: &.C.ne liceat in vna eademq; cauſa tertio appellare.l. vna. Aut quæris vtrum ambę partes poſſint tertiò,vel plus quã tertiò appellare. Et dic,quòd ſic: vnde verum eſt,ꝙ ab eadẽ parte poteſt appellari ſecundò : & nõ vltra. Sed à diuerſis,bene:& ſic poteſt quartò appellari, videlicet bis à qualibet parte:vt puta ſi appellem à ſentẽtia, & contra me lata & iudex appellationis ſententiã confirmat, poſſum ſecũdò appellare ab iſta confirmatione ſententiæ: ſed ſi hæc confirmatio confirmetur,non poſſum amplius appellare.Si autem illa cõfirmatio infirmetur,tu poteris ab illa ſentẽtia appellare: quia hæc nõ eſt tertia appellatio: ſed prima quoad te. & ſi iudex appellationis infirmationẽ ſententię cõfirmet,poteris ſecundò appellare:& non vltra:& ſic ſunt prædicta iura intelligẽda qđ dic vt notatur in Spec.rubrica de appellationibus.§.quoties. in prin.& per totum: & in hoc concor.Ioã.And.s̃.e.directę & hic.

4 ¶ Collectarius nobis notat † ſententiam ſuper exceptione latam eſſe interlocutoriã,non definitiuã : vt not.per Cardi.& Arhid.de elect. cupientes.ſuper verbo priuatos & Archid.xx. diſt.in prin. quia ex ſententia deffinitiua, datur actio in factum : ſed ex illa quę fertur ſuper exceptione peremptoria, non datur niſi exceptio. Item quia ſi eſſet definitiua,non oporteret ferri ſententiam,ſuper principali,quod eſt falſum:vt.s̃.de ordine cogni.c.primo.Si tamen iudex appellationis à definitiua interpoſitę proũciaret cõtra appellantẽ,definitiua eſt:qa imponit finem nogotio,& habet vim definitiuæ ſecundũ eos.arg.j̃.e.tit.ſi iuſto:&.c.ſi.& idem Io. And.hic,& in prædicto.c.ſi. repulſio enim perẽptoriæ non eſt definitiua :igitur nec proũciatio ſuper ea.arg.C.de ſenten.l.præſes:&.ff.de re iudic.l.ij.

5 Subdit,quòd quis † eodem contextu appellare poteſt. & etiam ter dicere, ego appello, vt legitur & notatur in.c.Lotharius nec eſt ſpeciale,in cauſa matrimoniali : quia non cenſetur niſi vna appellatio vt notatur .s̃. eodem bonæ . ſecus ſi bis condemnatus , & bis ab vtraque condemnatione appellaſſet:quia poſteà à tertia appellare non poſſet : de quo in prædicto.c. Lotharius: & plenius ſupra eodem directè : & ſupra iſto capi.in quæſtione proximè præcedenti.Si tamen reus bis appellaſſet, actor poſſet appellare : quia prima appellatio quoad eum, cenſeretur:& idem ſi vna ſententia por actore, & alia pro reo ſit lata quia vterq; à tertia poterit appellare: ſed nullus ter etiã interpolatè nec videt id quod quidã dicunt,quòd condemnatus

natus ter, à tertia ſi non ſit confirmatoria, vel infirmatoria. Sed dicat ſecundam ſententiam eſſe iuſtam poſſe appellari: quia in effectu eſt confirmatoria ſecundum eum. ¶ Supple glo. in glo. j. ibi, *velut.* loquitur de editione ex cauſa fienda, & ſine cauſa not. in glo. ij. ibi, *quoties.* j. & .c. iiij. vbi de hoc, & ibi, *non vltra.* ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. x.

SVMMARIVM.

1 *De ſubdito vel delegato Epiſcopi, ad Archiepiſcopum an appellare quis poſſit.*
2 *Petitionem debere ſententiæ conuenire.*
3 *Sententia an teneat pro parte & pro parte non.*
4 *De appellatione alterius an poſſit quis ſe iuuare, etiam indirectè.*
5 *Actionem non dari ad acceſſoria, ſine principali.*
6 *Errorem non excuſare, ſi errans appellet quis ad minorem.*
7 *Archiepiſcopus an poſſit cauſam appellationis committere de conſenſu partium per totam prouinciam.*
8 *Appellari poſſe ab Archiepiſcopo ad concilium.*
9 *Epiſcopo faciente plures officiales quis dicatur principalis.*
10 *Officialis an cognoſcat de cauſis appellationum.*
11 *A delegato officialis, an appellari poſſit ad vicarium generalem Epiſcopi.*
12 *Indicta ad augmentum, non operari diminutionem.*
13 *Appellatio facta nomine capituli nunquid iuuetur ſingulares canonicos.*
14 *Paria eſſe, non eſſe, & eſſe & non apparere.*
15 *Fidem fieri debere de appellatione, cum ſit fundamentum iuriſdictionis partibus & iudici.*

¶ *CAP. LXVI.*

1 Dilecti. ¶ Caſus. De † ſubdito vel delegato Epiſcopi, ad Archiepiſcopum appellari non poteſt: & primò ponit querelã appellantis cui ſecundò dat iudicem. ibi, *mandamus.* ¶ Expone literam. *propoſitum.* coram iudice appellationis. *dioceſano.* Epiſcopo hic tolle literam. j. ad quem gradatim appellandum fuerat. *ad quem.* ſcilicet Epiſcopum. *gradatim.* j. non per ſaltum vel non obmiſſo medio. *officialis.* qui cognoſcit de appellationibus interpoſitis ad Archiepiſcopum. j. eo. Romana. *denegabat.* & malè. *& infra.* deciditur, quòd poſt appellationem tulit quaſdam ſententias in illos, de quibus ſequitur. *ſententias.* fortè excõicationis, ſuſpenſionis, & interdicti quæ ſunt idem quoad hoc. ſ. eo. ad hæc. quoniam. *nunciatis.* ſic. ſ. eo. dilecti.

¶ PRIMO quæritur ibi, *ſententias.* qualem ſententiam
debet ferre iudex appellationis pro cuius euidentia ſciendũ
ſecundum Inno. cuius modò intro glo. magnam. ꝙ aliquando inuenimus, ꝙ iudex appellationis ſententias latas poſt
appel. pronunciat nullas vt hîc. Quandoq; proceſſum pronunciat nullum, vt. ſ. eo. dilecto. in fine. Quandoq; ſententiam excõicationis tantũ nullam pronunciat. ſ. eod. dilecti.
& de offi. deleg. quoniã Abbas. Quandoq; quicquid fit poſt
appellationem. vt. ſ. e. cum cauſam. Quandoq; quicquid fit
contra appellationem. ſ. de elec. cum nobis olim. §. j. Quandoq; mandatur in ſtatum priſtinum reducendum. ſ. eo. §. fi.
Et quandoq; in ſtatum debitum. ſ. eo. directæ. & quandoq;
in ſuum ſtatum. ſ. de ele. conſiderauimus. & quamuis omnes
illæ ſententiæ recipiantur & probentur à iure, vt patet in
prædictis concor. & quamuis fortè ſic latæ fuerint: quia ſic
2 petitum fuerat, ex eo quia † petitio debet ſententiæ conuenire. ſ. de ordi. cogni. c. ij. in fine. tamen inter omnes petitiones videtur Inno. melior aptior & tutior, vt dicatur in libello, peto pronunciari appellationem meam iuſtam: & adde ſecundum Hoſti. & quicquid poſt & contra eandem appellationem in meum præiudicium attentatum eſt in irritum reuocaui, & ſic ritè & canonicè ea omnia includentur: & remittit. ſ. eo. conſuluit. ij. ¶ Sciendum autem ſecundum Innocẽ. quòd ſi appellatio pronuncietur iuſta ex vi huius ſententiæ, acceſſorium ſequitur reuocare non ſolùm eadẽ quæ poſt appellantem acta ſunt, ſed etiam ſententiam ante latã ſi ab ea fuerit appellatum C. de appel. l. eos. j. reſpõſo. & .ij. q. vj. §. fi. & . j. eo. non ſolùm. libro. vj.

¶ SECVNDO quæritur principaliter, quid ſi ſecundum modos priùs propoſitos concipiantur libelli, in quibus non petantur appellationem iuſtam pronũciari ſed certum quid irritari. ¶ Dicunt quidam, quòd ſi prætextu appellationis vnus ſolus articulus reuocetur, intelliguntur oẽs reuocati, ſed debere reuocari. ipſaq; appellatio iuſta intelligi pronunciari: & hoc ea ratione: quia omnes articuli eodẽ iure vtuntur: & eandem rationem & æquitatem eſt in omnibus inuenire: appellatio ſcilicet quæ ad omnes extenditur. vnde quod de vno dicitur, eſſe de alijs intelligendum. argu. in eo quod legitur & notatur. ſ. de conſti. tranſlato. & . j. eo. vna. ¶ Alioquin ſi contrarium dicas, abſurditas hæc ſequetur, ſcilicet quòd ſentẽtia pro parte tenebit, ſcilicet pro ea parte & ſuper illis articulis, qui caſſati non ſunt: & in quibus ſententia lapſu temporis tranſibit in rem iudicatam: & pro alia parte tenebit. Sed caſſabitur in illis articulis, qui caſſati ſunt contra id quod le. ſi. communi diui. in hoc iudicio. ¶ Item & alia ſequeretur abſurditas, ſcilicet quòd ſi contra appellantem lata ſit ſententia diffinitiua. & excõicationis & idem appellans petit reuocari ſententiam tantùm excõicationis, & quòd ſicut petitum eſt, illa reuocetur ſententialiter in hoc caſu diffinitiua ſententia ſuper principali lata firma & rata manebit, quod eis videtur valde diſſonum & abſurdum: & maior ſequeretur abſurditas. ſcilicet ꝙ eadẽ ſententia excõicationis iterum reuiuiſcet & reſuſcitabitur: & ſententia per quam pronunciata eſt nulla pro eo ꝙ poſt appellationem lata fuit adnihillabitur: quia cum appellans nõ fuerit proſecutus appellationem ſuam ſuper principali intra tempus legitimum, fingitur appellaſſe: vt patet in eo qd legit & notat. ſ. eo. cum ſit Romana. rñſo. j. & .c. perſonas. & per conſequens videbitur retro fuiſſe excõicatus. argu. ff. de his qui notan. infa. l. furti actio. rñſo. j. & . §. j. ¶ Dicit autem Inno. nobis non videtur ſic, imò dicimus ſic, ꝙ ſi per iuſtam appellationem tantùm vnus articulus retractetur, non propter hoc ſequetur ꝙ omnes alij retractentur. ¶ Dicit etiam ꝙ bene ſtabit firma retractatio ſententiæ excõicationis, quã appellans eſt proſequutus, & nihilominus ratificabitur ſententia, lapſu temporis, quoad principalem & alios articulos quos non eſt proſequutus. ¶ Nec obſtat ſi dicas ergo ſententia pro parte tenet & pro parte non: quia ille appellans pro quo eſt lata ſententia, ſuper excõicationis vel articuli alius reuocatione, poſt ſententiam huius reuocationis pro eo latam, non iuuabit ſe de appellante quam fecerat. Sed de hac ſententia reuocationis tantùm, quæ ſi eſſet iuſta. i. cõtra ius litigatoris lata, tranſit in rem iudicatam, ſi ab ea non fuerit intra decendium appellatum. ſ. titu. j. cum inter vos. §. finali. & .c. quod ad conſultationem. §. j. ſecundum Innocen. quin-
3 imò & hoc ex vi appellationis, vt dicit Hoſt. quotidie † accidit, ꝙ ſententia pro parte tenet & pro parte nõ: nam & pro
parte reſcinditur & pro parte confirmatur. vt legi. & not. j.
de teſta Raynutius. §. antepen. & vlti. & .c. Raynaldus. §. à cuius ſententia. & ſeq ¶ Sed nec ſequitur ſecundum Inno. ꝙ talis cenſeatur excõicatus retro: quia illud locum habet, ſi appellans nullo modo proſequutus fuiſſet appellationem ſuã: ſed hîc proſequutus eſt eam, quoad vnũ articulum: & ſi nõ quoad omnes: & ſicut licet in vno articulo appellare & in alio nõ, eodem modo & in vno articulo proſequi & in alio non: vt patet in eo quod legitur & notatur. j. de teſtamen. Raynutius. §. cum autem. & . §. quia verò & .c. Raynaldus. §. à cuius ſententia ¶ Si autem vis omnes iſtas abſurditates vitare, atq; periculum & dubia. ponere in ſecuro & certo, & dimittere incertum, forma libellum tuum, prout not. ſ. eod. glo. verſi. tamen inter omnes. & ſeq.

4 ¶ TERTIO Quæritur † nunquid aliquis poſſit ſe
iuuare de appellatione alterius, etiam indirectè, & excipiendo dicit Innocen. illud etiam notandum eſſe, quòd non

ſolùm iuuat ſe aliquis de appellatione alterius directè proſe
quendo, ſed etiam de ea excipiendo, vt ſi ſic proponar. ¶ Di
co hanc ſententiam non eſſe executioni mandandam, vel
hunc electum non eſſe confirmandum: quia ego ſic appella
ui: argu. ſ. de elec. cum inter canon. & c. cum inter R. ſenio-
rem. ſ. de excep. cum dilecti. & c. ſignificauerunt. Sed nõ po-
teſt excipere de appellatione niſi intra illud tẽpus intra qđ
eam poteſt directè proſequi. arg. ff. de nego. geſt. l. iij. §. pupil-
lus. ff. ex quibus cau. ma. nec non. ff. de inoffi. teſta. contra ve-
terani. aliàs. Papi. §. ſi filius. & in eo quod legi. & not. ſ. de re-
ſcri. ſi autem. ¶ Nec etiam dicimus ſecundum Innoc. ſimile
in appellatione & acceſſorijs, ſicut dicimus in quibuſdam
5 alijs & acceſſorijs ſuis, in quibus † non datur actio ad acceſ-
ſoria, ſine principali vt patet in interdicto vnde vi. quod nõ
datur ad damna & intereſſe, quę ſunt eius acceſſoria, niſi de
ipſo principali agatur: quia appellationem bene poſſum ꝓ-
ſequi, & agere non ſolùm ad reuocandã ſententiã vel aliud
principale ſuper quo appellatum eſt. ¶ Sed etiam ipſo prin
cipali obmiſſo, ad reuocandum grauamen acceſſorium, pri
mò & principaliter de ipſo agendo ſicut hîc patet & in om
nibus decretalibus alle. ſ. eo. glo. in principio ſecundum In-
noc. ¶ Supple glo. in glo. ij. ibi, *vnde videlicet*. Archi. in decre.
ſi delegatus de offi. dele. dicit Inno. & Hoſti. tenere cõtrariũ
in decretali referente. ¶ Sed hoc non videtur ꝙ hoc ibi te-
neant. ¶ Et ipſe Hoſti. tenet hîc cum glo. de quo ſcripſi ple-
nè in prædi. decre. ſi delegatus. in. xj. q. ¶ Vnde ex præmiſsis
videtur dici poſſe, ſecundum Goſ. ꝙ id quod poteſt tacitus
conſenſus introducens conſuetudinem, vt ſequitur id pote
rit tacitus conſenſus exceptionẽ obmittens. ¶ Sed fallit hîc
vt. ij. q. vj. anteriorum §. illo videlicet. & c. placuit. ſecũdo, &
ibi, *ad Papam*. non ſic in imperatore, vt l. imperatores. alle. in
prin. glo. & ibi, *in dicto* à quocũq; ordinario delegato vel ſub-
delegato ſecundum omnes excepto caſu qui ſequitur in glo.
¶ Et licet ſic ſeruet curia ſecundum Hoſti. qui tamen ſalua
poteſtatis plenitudine: qua conſiderata nullum caſum exci-
pit, non putat iuri congruere, ꝙ appellationem factam à ſin
gulari delegato ordinarij Papæ recipiat ſed remittat vt ipſis
ordinarijs honor debitus deferatur. ſ. eo. vt debitus. cũ ſuis
concor. & quia natura iuris conſiderata, ſemper debet à de-
legato appellari delegans & non alius. C. qui pro ſua iuriſdi.
l. vna. & remittit ad ſummam. eo. titu. §. quis. & ad quem ſub
§. vt autem. hoc non eſt verum. quia regula ꝙ appelletur ad
Papam obmiſſo medio, licet fallat in appellatione quæ in-
terponitur à ſubdelegatis delegatorum ipſius, tamen hoc ca
ſu non reperitur vitiata. argu. ĩ. de coniugio lepro. c. quoniã.
ſecundum Martinum. & ibi, *Romana*. eo. tit. lib. vj. & ibi, *idem
credo*. & malè. vt. ĩ. de conſue. c. ij. lib. vj. & ibi, *præſidere*. ſi. ĩ.
eo. c. pe. lib. vj. ¶ Dicebat Ioan. de offi. ordi. irrefragabili. l. il-
lam intelligendam, quando præſes ſedet cũ ordine, nõ quaſi
vnus ex ordine ſed cõſilium & authoritatem præbendo fa-
cto ordinis, vel quando præſes non concordat cum ordine:
hæc ſecunda parum valet. ſed totum intellige, iuxta diſtin-
ctionem prædi. decre. pe. & ibi, *ad curiam*. nihil ad caſum, etiã
ſi eſſet officialis Epiſcopi, ex quo cognoſcit delegatus. *& in
fine*. & ſi dicas, ꝙ ſecundum hoc ſemper Epiſcopus delegabit
ne poſsit ad Archiepiſcopum appellari vide in Spec. de ap-
pel. §. nunc tractemus. verſi. ſed ſecundum præmiſſa. & quod
dixi de offi. dele. ſuper quæſtionum. verſi. intentionis ſuper
gl. ij. ¶ Collectarius. *omiſſo*. curia bene recipit appellationes
interpoſitas à ſubdele. ſecũdum. G Sed hoc per errorem eſt,
quia cancellaria non daret literas. & de offi. dele. ſuper. §. por
rò. ¶ Et intellige quod dicitur hîcitur hîc in fine, in his quę
inferior facit, vt ſuperior. de offi. ordi. conquęrente. G. xxiij.
circa principium. ¶ Item notat. H in. c Romana. & Ioã. An.
6 & H à quo. §. iij. ꝙ † ſi appelletur ad minorem etiam per er-
rorem, error non excuſat ſecus ſi ad parem, vel alium ſupe-
riorem quàm deberet: & valet tunc error & fieret proſecu-
tio coram immediato ſuperiore. ff. eo. l. j. §. ſi quis. & §. pen. &
vide ad hoc. ij. q. vj. in fi. & no. in Spe. ĩ. eo. titu. §. nunc tracte

mus. Idem ſi appelletur ad competentem iudicem. ff. de ver.
7 obli. §. pe. ¶ Sed nunquid † Archiepũs hãc cauſam appel. põt
committere de conſenſu partium per totam prouinciã. ibi,
tenet ꝙ ſic. ¶ Sed Ioan. And. contrarium tenet. cuius opinio
videtur probabilior: quia prohibitio videtur facta fuiſſe nõ
ſolùm in fauorem partium, ſed ſuffraganeorum. ¶ Et etiam
8 † notandum, ꝙ ab Archiepõ põt appellari ad cõſilium. xvij.
diſtin. multis. ij. q. vj. omnes. Ad quod vide ob. per Archi. de
conſue. non eſt. li. vj. ¶ Sed nunquid valet conſuetudo, ꝙ ap
pelletur ad parem. ¶ Audiui multos & magnos in cancella-
ria, dicentes ꝙ non. ¶ Sed H & Ioan. An. notant contrariũ
in. c. Romana. Ad quod facit de conſuetudine. non putamus
vbi non damnatur conſuetudo, pro eo ꝙ appelletur de pari
ad parem: ſed quia ad ſeipſum: vt in. d. c. Romana. eo. tit. *offi-
ciales*. officiali Epi à ſede appel. poſſunt cauſæ committi. in
cle. de reſcri. & ſi principalis. & etiam officiali capituli ſede
vacã. eadem ratione. vt ibi, Ioan. An. & idem de offic. Archi.
vel decre. exercentis vniuerſalis iuriſdi. vt ibi no. G. quod in
telligo, ſi exerceat intus & extra ſi in ciuitate, aliâs non poſ-
ſet dici principalis, ſi ſolùm in ciuitate iuriſditionem habe
ret: quia in vnitate non eſt diuiſio, nec per conſequens ſecun
dum illa quæ col. de ſumma tri. c. j. in. ij. col. ¶ Quid ſi Epus
9 faciat † plures officiales dicendum ꝙ ille dicitur principalis
qui eſt in ciuitate. vt no. in glo. ¶ Quid ſi contra R. vel con
tra inſtrumentũ proponam multas rationes & cauſas, vel iu
dicem propter quem dico me appellare audiui in cãcellaria
ab antiquis ꝙ curia non admittit talem appellationem hoc
caſu. ſcilicet propter quæ vel etiam ſi dicatur propter præ-
miſſa appello. Innocẽ. oportet explicare dicendo ꝙ propter
præmiſſa, vel propter quæ. videlicet quia ſic eſt & ſic & c. tũ
quare narratis caſibus & grauaminibus, non ſufficiat dicere
propter quæ & c. de iure nõ video. ¶ Sed quid ſi appellans à
ſufficienti grauamine eo verò nõ ob. iudex procedit, ex hoc
appello ¶ Audiui ab antiquis cancellariæ non valet appel-
latio, niſi veniam corã iudice, & de prima appellatione ex-
cipiam: tamen domino Frederico & mihi hoc non videtur
verum ¶ Ex quo enim appellans narrat ſe appellaſſe, & ap-
pellatione pendente vel ſe eſſe in proſequutione eiuſdẽ gra-
uatus cum appellatione pendente & c. ideò non oportet eũ
vltra coram iudice comparere. eo. titu. ſi à iudice. Sed poteſt
à grauamine illato appellare, ſecundum illa quæ col. de dila.
10 c. j. ¶ Sed nunquid eſt verum indiſt. ꝙ † officialis cognoſcat
de cauſis. appellationum? videtur ꝙ ſic. ſ. eo. dilectis. ad hoc.
¶ Sed contra de offi. lega. c. j. cum ſimilibus. Credo ꝙ de ap-
pel. interpoſitis à foraneis iudicibus, cognoſcere poſsit vel à
prælatis extraneis inferioribus vt hîc: quia idem conſiſto-
rium eſt. ſecus ſi Epus cõmiſiſſet ſpecialiter vnã cauſam, tũc
non videtur ꝙ cognoſcere poſſet de cauſa appellationis: ſi-
cut nec de cauſa principali: quia extracta eſt de genere quæ-
re & c. de prædi. dudum. & c. quamuis. lib. vj. arg. ff. de pœnu.
ſanctio legum. ſed quod dictum eſt de foraneis, eſt in cõtra-
11 rium. quæ no. de offi. ordi. Romana li. vj ¶ Sed nunquid † à
delegato officialis poteſt appellari ad vicarium generalem
Epi. ¶ Dominus Fre. in ſcriptis ſuis, tenet ꝙ non per iura al
lega. & ſimilia. per quæ videtur multùm reſtringere poteſta
tem vicarij & officium eius & tamen non videtur faciendũ
de vniuerſali qui ſimpliciter gerit vices Epi. ¶ Ad quod vi-
de quæ col. de offi. vica. ſua. & de talibus legatis qui mittun-
tur ad certas prouincias, quorum poteſtas dependet ex for-
ma priuilegiorũ ſuorũ: nec ſunt vicarij non apparet, quid
quoad hoc ſit dicendum: vnde niſi Epus faceret vnum iudi
cem in certo loco, & vicarium generalem ſecundum præ-
miſſa non appellaretur ad vicarium generalem: quia ſpecies
derogat generi. cuius contrarium notat Guil. de reſcrip. c. ij.
in cle. ¶ Nec argumentum in contrariũ videtur locum ha-
bere in propoſito vbi ſpecies non ponitur ad detrahendum
& imminuẽdũ: vt legi. & no. de hære. pro hoc. per Car. indu
12 cta enim † ad augumẽtũ nõ operãtur diminutionẽ vt ibi, &
faciũt col. iuxta. Car. de pœ. & re. omnis. & qa in cõſtitutiõe
vicarij

vicarij vberior emanat gratia domini quare &c.de præben. quamuis.lib.vj.¶ Item committendo videtur quia vicarius ſecundum hoc nõ cognoſceret nec dominos:quia extra territorium cognoſcere non poteſt:& officium vicarij non habet locum, niſi in abſentia domini: ſicut verbum ſonat. de offi.lega.volentes.de tempo.ordi.c.iij.de hære.vt commiſſi. &.c.fina.¶ Sed nunquid vicarius poterit cauſam illius delegati ad ſe reuocare:non ſecundum opinionem.D.Fre.argu. iurium quæ.ſ.ſunt allegata per eum.Sed videtur contrariũ per ea quæ dixi.vbi enim genus eſt priuilegiatis ſicut in propoſito poteſt dici propter neceſſitatem quia creatur vicarius.& gratiæ exhibentiam quòd ſpecies ſibi non derogat vt legitur & notatur per Cardinalem & Ioan. An.poſt eum
31 in.d.c.per hoc & de præſcrip.veniens.¶ Sed nunquid † appellatio facta nomine capituli, tuebitur ſingulares canonicos vt decæterò non valeat ſententia lata contra eos:aliqui dicunt,ꝙ ſi iudex erat delegatus tuebitur illa appellatio ſingulares etiam culpabiles,qui ſublato principali commiſſo, ſcilicet cauſam vniuerſitatis, ſublatum eſt acceſſorium: de conſti.tranſlato.cum ſimilibus. & ſic & in principali & in acceſſorio deſinet eſſe iudex. ¶ Si autem eſt ordinarius à quo per capitulum appellatum eſt in aliquo negotio, cum illud per appellationem ſit delatum ad ſuperiorem pro illo negotio ſingulares canonicos nõ poterit excõmunicare.iij. q.6.vj.multam.&.c.dudum.de offi.lega.licet.quod ſi fecerit capitulum poterit petere ſententiam pronunciari nullam, ſi capituli intereſt: vt quia nomine capituli, vel ipſum defendendo id propter quod excommunicatus eſt factum eſt: quia capitulum diffamatur,pro eo quia in hoc caſu, ita denunciatur vel ex alia cauſa vt in.c.Romana.de ſenten. excõ. Sed ſi capitulum vellet dicere,ſententiam in caſu latam iniuſtam non audiretur: quia nec ille audiretur niſi priùs peteret abſolutionem.de ſentẽ.excom.per tuas. & quod dictũ eſt de excommunicato pro capitulo dicendum eſt etiam de debitoribus ciuitatis excommunicatis pro ciuitatibus Hẽ. Ioan. An.de ſenten.excom.Romana.lib.vj.¶ Quid ſi opponatur coram iudice appellationis, donec non conſtat de aliqua appellatione quare in cauſa huius procedere non poteſt:nũquid eſt legitima exceptio?¶ Audiui ab aliquibus, ꝙ non valet:quia non negatur eſſe appellatum. ¶ Sed contrarium verius videtur: quia ſatis negatur cum dicitur ꝙ
14 non conſtat:quia † paria ſunt non eſſe, & eſſe & non apparere.ad hoc quod legi.& nota.j. vt eccleſiaſtica beneficia vt noſtrum.¶ Item quia iudex procedere non potuit etiam ad citationem,non recepta appellatione quia nec ea recepta,& cauſa non expreſſa in ea de appellatiõe Romana.§.cũ inter.autem & probatur ſatis in.c.cum in iure. de offi. dele. vbi cauetur,ꝙ ſufficit excipere contra mandatum,non ſit ſi
15 des de man.vel non conſtet: fides enim † debet fieri de appellatione,cum ſit fundamentum iuriſditionis partibus & in iudicio.no.de offi.ordi.paſtoralis de ele.ſi fortè per Arc. ¶ Quid ſi officialis Epiſcopi grauauit actorem, appellatur ad Archiepiſcopum, & ille reuocat factum officialis à quo appellatur ad Papam nunquid ille grauatus ab officiali poterit ad eum literas impetrare?videtur ꝙ ſic:argu.de offi.de le.ſignificante.non enim poterit de eo conquæri, niſi grauatus,qui ſuæ appellationi renunciare potuit.ij.q.vj.ſi quis libellos.Cancellaria tamen non dat ſibi literas,allegans hone ſtatem:quæ ratio valde tenuis eſt. maximè ante cognitionẽ grauaminis, & contra matrimonium.j.en.interpoſita. &.ſ. eo.recepta.& de excep.ſignificauerunt. ¶ Quid ſi clericus trahat laicum coram eccleſiaſtico iudice, & non coram ſeculari & ille declinat forum & declinatio admittitur & ob hoc clericus grauatus appellat. ¶ Crederem valere appellationem de iure:quia laicus prorogare tacite potuit iuriſditionem de foro competenti.ſignificaſti. ¶ Sed curia non daret literas propter malũ initium. quia citatio iniuſta fuit ſecundum curiales.quod videtur contra legem.de Epiſcopali audientia. Epiſcopale iudicium. Collectatius.

SVMMARIVM.

1 *Qui deſijt eſſe tutor ſi conueniatur inuitus nomine pupilli, an appellare poſſit.*
2 *Tutela quid ſit.*
3 *Mater quòd non poßit in teſtamento tutrix dari.*
4 *Mater quòd non poßit tutrix eſſe niſi caueat.*
5 *Legem ipſam voluntatem eſſe.*
6 *Lex quòd contra immoderatas fœminas pupillis voluerit prouidere.*
7 *Mater an poßit tutorem filio ſuo dare in teſtamento.*
8 *Pupillorum vtilitatem & nõ ſcripturam iudicem omnibus modis ſequi debere.*
9 *In tutoribus quis ordo in prælatione ſeruetur.*
10 *Tutela vt intelligatur data ex inquiſitione quæ requirantur.*
11 *Tutelam legitimam ceſſare, quamdiu ſperatur teſtamentaria.*
12 *Tutorem habenti non datur tutor.*
13 *Mater quibus tutoribus præferatur.*
14 *Luxuriam non plus debere habere, quàm caſtitas.*
15 *Libellus cui ſit porrigendus, quando contra minores agitur. & numero.17.*
16 *Minorem compelli non poſſe tutorem vel curatorem recipere iſtum vel illum.*
18 *Mater vtrum poßit agere pro filio, vel ipſum defendere.*
19 *Tutelarum genera quot ſint.*
20 *Tutores legitimi qui dicantur.*
21 *Patroni ſicut ſuccedunt in legitima libertorum, ita habere debent onus tutelæ.*
22 *Matre non renunciante ſecundis nuptijs an valeant adminiſtrata per eam.*
23 *Matre tutelam recipiente forma ſeruata, ſi tranſeat ad ſecunda vota, an deſinat eſſe tutrix.*

¶ CAP. LXVII.

1 EX parte. Gregorianum eſt cum omnibus ſequentibus.c. Si is † qui deſijt eſſe tutor nomine pupilli conuenitur, inuitus, poterit appellare: & in prima parte appellantis querela. Secunda dat iudices: ibi, *mandamus.* ¶ Expone literam *certu.* fortè obligatis quondam patri pupillorum. & fortè dicebantur fructus abſtulaſſe fortem ſecundum Hoſti.*in cauſam.* fortè erat cauſa eccleſiaſtica vſurarum, vel dotis, vel fortè erant de iuriſditione eccleſiæ, vel propter negligentiam iudicis ſecularis ſecundum Phili.
a *excipi fecit.* per procuratorem ſuum.*tutela.* quæ eſt ius † & poteſtas in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa.ff.de teſta.l. j.inſti.eo.in princi.*ſecunda vota.* l.ſecundas nuptias.Pet.*deſierit.* caueat.ergo ſibi, quòd intra annum tutorem eis petierit dari.ff. ad tertul.l.ij.§.confeſtim.C.qui pe.tu.l. cum à matribus.aliâs excluderetur mater à ſucceſſione, ſi filij pupilli ſine tutore moriũtur ſecus ſi puberes & idem eſt in quolibet, qui deberet eis ab inteſta.ſuccedere.C.de legi.hære.l.ſciant.C.ad tertul.l.matres.& l.omnem.parcitur tamen matri, & ei ſucceditur ſi fuit minor annis.C.ſi aduer.deli.l.ij.in quibuſdam etiam caſibus alijs excuſatur minor ſecundum Hoſt.qui remittit ad ſummam de delic.pue.ſub.§.illud verò dignum.*reſpondere.* ſi tutela deſijſſet per aduentum pubertatis priùs inchoata tutor conſummare tenetur dummodo geſtio in curatorem tranſlata non ſit.C.vt cauſæ poſt puber.adſit.l.vna. ¶ Vnde ſi in negotio pupilli appellauerit, appellantem ante rationem redditam, proſequi tenetur.ff.de appel.l. tutor. Phili.*neglecta.* no.contra cautelam Vberti, qui conſuluit, ꝙ non pronuncietur ſuper exceptione, ſed ſolùm procedatur. ne appelletur.de hoc in Spec.de excep.§.ij.verſi.& not.ſecũdum Vbertum, & facit quod dixi.ſ.eo.dilecto.ſuper ver.appellatum.*ad hoc.* ſcilicet, ad reſpondendum, & defendendum pupillos.ſi eſt ita ſcilicet, quòd deſierit eſſe tutrix, & hæc exceptio fuerit propoſita, & non admiſſa, & ꝙ propter hoc fuerit appellatum audietis non remittitur cauſa ad primos: quia cum grauauerit matrẽ præſumitur ꝙ grauaret filios:ar. ſ.de præſum.mandata.ſcdm Hoſti.ſcdm quẽ puidet actori, ne denegaret iuſtitia i cã ſemel denegata licet cã pupillorũ

non omnino fuerit in iudicium deducta. Nec voluit Papa
per ſe cognoſcere: quia fortè nimis grauarentur pupilli.
hinc inde.ſcilicet per authoritatem & pupillis dato ipſis tu-
tore, vel curatore ad litem. ¶ Sed quis dabit tutorem?
reſpondet Hoſti.ꝙ iudex ſuus per delegatum admonitus,&
ipſo negligente, etiam delegatus dabit curatorem ad litem
argu.ſ.de o ſ.dele prudentiã.§.pe.& vlti. vide de iudi.c.vlt.
¶ Supple glo.in glo.j.ibi,*illud tamen*.hanc glo. & ipſius mate
riam vide in Specu.de tutore.§.nunc videndum.verſi.vt au-
tem.& ibi in princip.§.no.qualis ſit hæc cautela.*matris*.ſ.vel
auiæ & ibi,*tutelam*. quid de cura.in Spec.de cura.§.cum aũt.
verſi.ſed nunquid mater.& ibi,*matrimonium*.ſecus eſt in ſpõ
ſalibus,de hoc in Spec.prædi.§ verſi.quid ſi nondum.& ver.
ſeq.& ibi,*ſoluta eſt*.& tamen mortuo marito ſecundo recupe
rat illam re integra.quod dic vt in Spec.prædi.§.ver.quid ſi
mater.& ibi.§.*qua verò*.de hoc qui filij ſunt legitimi ex teno
re in.j.glo.*& in fine*.Hoſti.dicit ſe propter quandam q̃onem
quæ de facto fuit Lugduni formaſſe hîc hanc glo.valde pro
lixam.¶ Aduerte quia Hoſt.occaſione cuiuſdam q̃onis,quę
fuit de facto in ciuitate Lugdunẽ.poſuit hîc vnam gloſſam
valde prolixam,cuius occaſione & illam gloſſam proſequen
do,formo hîc aliquas quęſtiones.

¶ P R I M O quæritur igitur pone mater fuit in teſtamẽ
to data tutrix vnà cum alijs coniunctis, nunquid eam repel
3 lant alij quàm tutores? Et videtur ꝙ ſic:quia † mater nõ po-
teſt in teſtamento dari tutrix.vt.ff.de teſta.tu.l.iure noſtro.
rñ.j.&.ff.de neg.geſt.l.qui aliena.§.tanquàm.licet poſſit dari
conſiliatrix.ff.de admi.tut.l.quidam decedens.§.pen. ¶ Nec
ob.ſi dicas, ꝙ hodie admittiẽ ad tutelam: quia illud verum
niſi ſuperſit tutela teſtamentaria & aliàs cõtra vt in authẽ.
de hære.quæ ab inteſtato deferuntur.§.ex his.col.ix.Sed hîc
4 ſupereſt teſtamẽtaria ſcilicet tutores adiuncti.¶ Item † nõ
poteſt mater tutrix eſſe niſi caueat & renunciet vt hîc habe
tur in glo.ergo indiget confirmatione & ſic non poteſt eſſe
teſtamentaria nam ſi eſſet teſtamentaria paternum teſtimo
nium ſufficeret nec confirmatione egeret.vt.C.de Epi.audi.
l.de creationibus.inſti.de ſatiſda.tu.§.j.& ſic eſt repellenda &
ad hoc.C.quãdo mulier tutoris officio fungatur.l.ij. ¶ Nec
ob.ſi dicatur,ꝙ admittiẽ ſeu datur ſiue tutore: ergo multò
fortiùs in teſtamento: quia hoc arg. non eſt bonum certum
eſt enim,ꝙ curator plerunq; defert à lege. vt.ff. de cura. fu-
rioſi.l.1ęge.Item datur à iudice,& tamen non poteſt dari in
teſtamento licet datus confirmetur inſti. de cura.§.j. ¶ Sed
in contrarium videtur:quia conſtat ꝙ mater hodie ad cau-
telam admittiẽ ſine teſtamento. vt patet hîc per nota. glo.
ergo multò fortiùs in teſtamento:nam & curator in eo ca-
ſu in quo à lege admittitur in teſtamento,datur vt prædi.l.
de creationibus. ¶ Item pone,ꝙ ſola data ſit in teſtamẽto,
quid proderit dicere ꝙ non ſit tutrix in teſtamento:cum ni
hilominus admittatur per.l.nõ eſt.igitur hoc dicendum. ar.
ff.de acqui.poſſ.l.j.§.ſi vir vxori.Et meliùs.C.de his qui in te-
ſtamento ſibi adſcripſerũt.l.j. ¶ Item ex quo per.l.admittiẽ,
ſatis videtur ꝙ admittenda ſit ex teſtamentaria voluntate:
5 quia lex † eſt ipſa voluntas in authen.de nup.§.diſponat.col.
iiij. ¶ Nec ob.ff.de teſta.l. iure noſtro. quia loquitur ſecun-
dum antiquiſsimum tempus,ſecundum quod non admitte
batur,niſi à principe impetraret:vt hîc no.in glo.¶ Et hoc
eſt quod dicit ſententiam quam leges noſtrę non admittũt.
Sed cum hodie leges hoc admittant, poterit in teſtamento
dari ſeruata cum ſolennitate cum qua leges ipſam admittũt
de qua dixi.ſ.Nec obſt.ſi dicas, ꝙ confirmatione non indi-
get:quia fortè non indiget, vel dicas hoc ſpeciale in matre:
quia quanuis in teſtamento data ſit,tamen prædictam ſolẽ-
6 nitatem ſeruare tenetur.¶ Et eſt ratio:quia † lex contra im-
moderatas fœminas,pupillis voluit prouidere. vt.C. de ad-
mi.tu.l.lex.§.ſerui etiam. ¶ Hoſti. autem putat hanc ſecun-
dam partem veriorem,quanuis quidam ſapiẽtes tenuerint
primam partem,ſecundum quos ſic obijcitur: aut hæc mu-
lier ante renunciationem & aliam ſolennitatem.l.ſeruatam

eſt tutrix teſtamentaria, aut non. Si nõ habent propoſitum
ſi ſic,tenentur cauere.Sed hoc iam ſolutum eſt: quia hoc eſt
ſpeciale illud in matribus vt.ſ.no.qnimò. ipſis rñdeo, neq;
hoc neq; illud:quid ergo? rñdeo in pẽdeũ.eſt,quouſq; renũ
ciauerit & ſolennitatem legis ſeruauerit.ſic & multa alij in
pendenti ſunt.ff.de vſufru.ſed & ſi quis.§.interdum. & .j.de
frigi.fraternitatis.in fine.cum ſuis concordantijs.
7 ¶ S E C V N D O quæritur nunquid † mater poteſt da-
re tutorem filio ſuo in teſtamento?non videtur vt.ff.de con
fir.tu.mulier.de le.ij.peto Lucij Titij.§ mater filio.qđ eſt ve-
rum ſecundum Hoſti.niſi ipſum in hęredem inſtituat:tunc
enim eſt à iudice cõfirmandus,nec ſatiſdat rem pu.ſal.fore.
& ſic intelligit.C.de te.tu.l. mater.videlicet hoc verum eſſe
niſi minus idoneum vocauerit alioquin contra.ff. de admi.
tu.l.quidam decedens.¶ Si verò extraneus tutorem dederit
nec tenet datio nec confirmatur niſi pupillum hęredem in-
ſtituat nihil habentem niſi præter bona in quibus inſtitui-
tur.tunc enim non malè dicemus iudicium eius ſequi.ff. de
confir.tuto.ſi patronus.in vtroq; enim.c.ſit inquiſitio ſuper
idoneitate perſonæ tutoris & ſatiſdat:alioquin magiſtratus
tenetur.ff.de confir.tu.tutores.

¶ T E R T I O quæritur qđ ſi pater omnimodo ſine in-
quiſitione idem & ſine ſatiſdatione confirmatur.inſti.de tu
to.§.fi.C.de cõfi.tu.l.ij.quia ſufficit ei paternum teſtimoniũ.
C.de Epi.audi.l.de creationibus.inſti.de ſatiſda.tu.§.ſed hoc
non eſt perpetuum. ¶ Quod verum eſt,niſi noua cauſa ſup-
ueniat.ff.de te.tu.pater hęrede inſtituto.& argu.ſ.de excep.
paſtoralis.ſ.de offi.dele.inſinuante.vel præterita latens vel
8 abſcondita detecta. Vtilitatem † enim pupillorum, & non
ſcripturam iudex omnibus modis ſequi debet.ff.de cõfir.tu.
in confirmando.&.l.vtilitatem.
9 ¶ Q V A R T O quæri conſueuit,quis † cui ſit pręferen
dus? Super quo diſcentio eſt. ¶ Tu dicas ſecundum Hoſti.ꝙ
teſtamentaria tutela præfertur omnibus.inſti.de le.ag.tu.re
ſpon.j.& de attiliano tu.reſpon.j.ipſa enim deficiente locus
eſt quaſi teſtamentariæ paternæ indiſtinctè & maternæ ſi
pupillum hæredem inſtituat,quod dic vt.ſ.& infra not.ta-
lem autem tutelam voco,quaſi teſtamentariam: quia teſta-
mentariæ comparatur.ff.de confir.tu. quia patre.quinimò
quodam modo verè teſtamentaria poteſt dici licet confir-
mata: quia non confirmatur niſi ad quod eſt.ff.de iuriſ.om.
iudi.l.& quia.ſ.de fide inſtru.inter dilectos.§ cæterùm. & .§
cum eadem.& verſi.donari.¶ Sicut ergo electio quæ rite fa
cta eſt,confirmanda eſt:& tenet etiam antequàm confirme
tur.Sed per confirmationem ius adminiſtrandi attribuitur
vt patet.ſ.de elec.conſiderauimus.&.c. auditis. Nec confir-
manda ſed potiùs infirmanda:& ibi,& argu.ſ.de reſtitu. in
integ.c.ij.in fine.¶ Nec prælatura danda.j.de conceſſi.præ
bẽ.c.j.&.c.cum noſtris. ſicut & hoc dici poteſt quòd ex quo
tutor in teſtamento ritè datus eſt tenet datio, & confir-
matio nihil operatur niſi quia ius adminiſtrandi tribuit
nec eſt alia ſi oblata fuerit admittenda ad hoc.
10 ¶ Q V N I T O quæritur † quæ requiruntur ad hoc ꝙ
tutela intelligatur data ex inquiſitione.¶ Dicit Hoſtienſis,
quòd ad hoc quatuor conſiderantur, primum eſt perſona
dantis in teſtamento. Secundum eſt perſona accipientis.
Tertium perſona dati tutoris.Quartum quòd pro tribuna
li interponatur decretum .ff. de confirmando tutore.natu-
rali.§.ſi quæratur.¶ Quando autem in tribus primis mem-
bris error non reperitur,iure datus intelligitur & quartum
ſequi debet: vt ibidem,& in.l.grege.eodem titulo.quæ inci-
pit vt neq;. ibi ſuper quidem ritè dati tutores ſecun-
dum teſtamentum.i.quibus oportet quomodo oportet,&
vbi:ergo tales teſtamentarij iudicantur .ff. de teſtamentaria
tutela.l. tertia. ergo ſunt legitimis præferendi vt declaraui
11 ſupra in quarta quæſtione.¶ Hîc enim ſcias, quòd † quan-
diu teſtamentaria tutela ſperatur legitima ceſſat: argu-
mento.C. de bonorum poſſeſsione decreto.l. prima. & eſt
expreſſum.ff.de teſtamentaria tutela.ſi quis ſub conditione.
& dic

& dic teſtamentaria.i.ex teſtamento proueniens. ¶ Sed nũ-
quid ſpes eſt talem eſſe confirmandam, vtique & certa ſpes,
niſi iudex velit iniuriari vt patet in eo quod ſcripſi io ſecuo
da quæſtione. ſit gratia ſi confirmatur iniuria. Si non con-
firmatur ſicut conſueuit notari de poſtu. præla.bonæ.j.§.de
elec.ſcriptum § finali.per.l.ff.de aqua.coti.& æſti.l.ij.§ penul
timo.in fine. ¶ Si tamen iudex aliquam tutelam legitimam
admiſerit, & dederit ceſſabit hæc quia teſtamentaria & ſic
poteſt intelligi.C. qui tuto. da. poſ.ſi ſororis tuæ. ¶ Simile
habetur in repræſentato ſecundo à patrono laico.j. de iu-
re patro. paſtoralis. ¶ Et ſecuodum hoc expone, quod in di
cta.l.ſi ſororis dicitur patruo confirmato.i.à iudice dato tu
tor datus eſt.ſ.in teſtamento matris vel etiam patris: cuius
pupilli emancipati erant: quamuis & aliter legi poſsit. Sed &
ſi videatur iudicij nihilominus addet quaſi teſtamentariũ,
non dico tutorem vt quidam expoonnt, ſed curatorem vt
dicit tex.C.de teſta.tu.l.ſi pupillorum.&.C.de confir.tuto.l.
12 ſi vt proponis. quia † tutorem habenti, non datur tutor: vt
io prædi.l.ſi ſororis. ¶ Nec videtur quare gloſſ.debeat fieri
contra textum: verùm ſi ab extraneo datus ſit, examinabit
iudex quem præferat & arbitrarium erit.argumen.ff.de cõ-
firma.tuto.l.ſi patronus.&.l.tutores. ¶ Et idem videtur in
curatore à patre vel à matre dato.ff.de curato.furioſi.l.ſi fu-
rioſo. Et ſecundum hoc poteſt intelligi.ff.de confir. tutore.
l.mulier in fine. quaſi omni teſtamentaria deficiente locus
ſit legitimæ.& legitima deficiente datiuæ. ¶ Et hoc viden-
tur voluiſſe notare compilatores legum: quia primò po-
ſuerunt rubricam de teſtamentaria tutela, tanquàm primã
ſecundò de confirmando tutore quaſi teſtamentario, tan-
quàm ſecundam tertiò de legitima tutela tanquàm tertiam
quartò tractauerunt de datiua, tanquàm de poſteriore: vt
patet & inſtituta.&.C.de teſta.tutela.cum titulis immedia-
tè ſequentibus. ¶ Ordo autem iſte conſiderandus eſt, & ius
videtur facere, & priora primo loco, & poſteriora in ſecun-
do ponenda ſunt: vt.C.de no.co.faci.l.vnica poſt medium.
ibi, ita tamen. vt ordo ipſum &c. & in authen.de hæredi. &
falci.§.inordinatum.colla.j.& argu.de maio. & obedien.c.j.
&.c.ſtatuimus. ¶ Azo tamen ſequens Iacob. bal. dominum
ſuum notauit contrarium dicens, ꝙ legitima. præfertur te-
ſtamentariæ argu.ff.de his qui not.infa.furti.§.j.ff.de verbo.
ſigni.l.lege obuenire.inſti.qui.mo.teſta infir.§ poſteriore.&
ad idem.ff.de teſta.mili.Titius.in authẽ.de defen.ciui.§ in-
terint.colla.iij. ¶ Sed hæc argumenta minus generalia, &
brocardica.& remota ſunt à materia iſta & forte aliter ſen-
ſiſſent, ſi prædicta omnia diligenter attendiſſent.

¶ SEXTO quæritur prædicta continuando, & dicta
13 Henrici proſequendo, quibus † tutoribus mater præferatur
& quibus non. ¶ Circa quod diſtinguit Henricus, quia aut
mater noo reddit ſe indignam nec fecit factũ aliquod pro-
pter quod repelli debeat à tutela. Aut reddit ſe indignam
&c. ¶ In primo caſu, refert aut quæris vtrum præferatur tu
toribus teſtamentarijs aut vtrum præferatur legitimis, aut
vtrum præferatur datiuis.i.datis à iudice. ¶ Si quæris vtrũ
præferatur teſtamentarijs, tunc refert aut ipſa mater data
eſt per partem tutrix in teſtamento, vna cum alijs, & tunc
non præfertur ſed concurrit cum eis. quia tunc eſt tutrix te
ſtamentaria non legitima: nam & ſi ſola data eſſet tutrix in
teſtamento, admitteretur vt teſtamentaria cum aliàs admit
tatur per.l.argu.C.de his qui ſibi alcri.in teſtamento.l.j. ſe-
cundum Hoſti.qui hanc quæſtionem pleniſsimè hîc diſpu-
tat. ¶ Aut non eſt data tutrix vna cum alijs io teſtamento.
& tunc oon præfertur teſtamentarijs, ſed ipſi ſibi præferun
tur: vt probatur.C.quãdo mulier tutor.officio fungi poteſt.
in authen.matri & auiæ quæ ſumitur in corpore authenti-
corum.de hæredibus ab inteſta.§.ex his.colla.ix. ¶ Si quęris
de legitimis, tunc aut de legitimis collateralibus, & talibus
præfertur.vt in iuribus allegatis, aut de legitimis aſcenden-
tibus, & tunc aut ſunt aſcendentes per lineam fœmininam:
& ex parte ipſius matris, vt ſunt auus maternus, & auia ma-
terna, & talibus præfertur, vt in.c.alleg.ex his ibi quando
dicit his enim ſolis ſecundum hæreditatis ordinem &c. &
ita notat ibi glo.ſuper verbo ordinem. ¶ Aut ſunt aſcen-
dentes per lineam maſculinam, & ex parte patris, & tunc
aut quæris vtrum præferatur patri, & dic ꝙ non: ſed pater
ei.C.quãdo mulier tutoris officio fungi poteſt.l.ij.& ſi.vbi
habes, ꝙ tutor datus à patre, repellit matrem: ergo multò
magis ipſe pater ſi viueret repelleret eam: & hîc not. Accur.
in authen.alleg.matri & auiæ ¶ Aut vtrum pręferatur alijs
ſuperioribus, & tunc aut fœminis vt auiæ paternæ & tunc
ſic vt notat glo.in authen.allega.matri & auiæ. ſuper verbo
ordinem. ¶ Aut maſculis, puta auo paterno, vel auo, & cre-
do ꝙ non nam licet præferatur collateralibus non tamen
aſcendentibus ex parte patris: vt in.§.alle.ex his.vt not.gloſ.
in authen.matri & auiæ.& Specu.titu.de tutore.§ nunc dicẽ
dum.verſi.vt autem in his. Si quæras de datiuis, tunc dic ꝙ
mater eis præfertur, dummodo non reddiderit ſe indignã.
vt not. Ber.hîc in verſu.hodie tamen. ¶ In ſecundo caſu pri
cipali.ſ. quaodo reddidit ſe indignam, & fecit factum pro-
pter quod repelli debeat à tutela refert aut fecit factum dã-
natum quod ipſam perpetuò reddit iodignam, vt quia in-
honeſtè & luxurioſè viuit & tunc perpetuò repellitur. arg.
C.quando mulier tu.offi.fungi poteſt.l. vlti. ibi ſed pudici-
tiam &c.& de ſecũdis nup.authenti.eiſdem pœnis. ¶ Et eſt
14 † ratio: quia non plus debet habere luxuria quàm caſtitas.
vt authen.de reſti.& ea quæ parit.§ ſi.& in authen.de nup.§.
ſi autem.colla.iiij.& hoc notat glo.C.quando mulier tuto.
officiu fungi poteſt in authen.ſacramentum. ¶ Aut fecit fa
ctum non damnatum, ſed à iure reprobatum quod ipſam
ad tempus indeterminatum reddit indignam: vt quia con-
traxit matrimonium, & tunc quandiu durat matrimooiũ,
repellitur: vt.C.quando mulier tuto. officio fungi poteſt.l.
ij.& vlti. & hîc in verſu eadem in iudicium &c. Sed ſoluto
matrimooio refert ſecundum Specu. ¶ Aut tempore ſoluti
matrimonij res reperitur integra quia filij ſui alium tutorẽ
non habent. & tunc mater eſt admittenda. ¶ Aut ooo eſt
integra, vt quia habent alium tutorem & tunc non eſt ad-
mittenda.argu.ff.de procu.l.fœminæ.qui ſatiſdare. cogan.l.
ſi fideiuſſor.de munc.& ho.l.vt gradatim.§.quoties.&.l. ho-
nor.§.ſi.C.de repu.hæredi.l.ſi.& ita diſtinguit Specu. titulo
de tutore.§ & nunc dicendum.verſi.quid ſi mater. ¶ Et vi-
de quod no.ibi in verſi.præcedenti vt authen.in his &c.
15 ¶ SEPTIMO quæritur quando † agitur contra mino
res, cui porrigendus ſit libellus? ¶ Circa quod diſtinguit
Henricus ſic. Quia aut quæris in cauſis ſpiritualibus, & tũc
dic vt legi.& nota.j.de iudi.c.ſi annum.libr.vj. Aut in alijs
cauſis, & tunc aut quæris de libello citationis, aut de libello
petitionis, ſi quæris de libello citationis, tunc.ſ.cum quis ci
tatur, & tunc refert: quia aut minor eſt maior infante, aut
non. Si ſic refert quia aut habet tutorem vel adminiſtrato-
rem, aut non. Si ſic potes vocare tutorem vel adminiſtrato-
rem ſuum, vel ipſum pupillum ſi præſens eſt cum authenti.
ſui tutoris, aliàs ſi minor eſt abſens, tunc debet vocare eius
tutorem vel adminiſtratorem.ff. de admi.tuto.l.j.§. ſufficit
ſi non habet tutorem vel curatorem, tunc ipſe minor voca
ri debet petiturus tutorem vel curatorem, non dico recce-
16 pturus: quia minor non poteſt compelli tutorem vel curato
rem recipere iſtum vel illum præciſe.licet debeat vnum re-
cipere.ideò vocandus eſt, & ad id compellatur ad quod cõ-
pelli poteſt vt.ff.de tutelu.l.qui habet.§ j.&.ij. quia minoris
eſt petere tutorem. ¶ Nec obſtat. Si dicatur, ꝙ non habet
perſonam ſtandi in iudicio, & ſic non poteſt citari. quia ve-
rum eſt, quòd ſi minor citaretur ſimpliciter non valeret ci
tatio. ¶ Sed ſi vocetur adiecta cauſa.valet citatio: vt ſi cita-
tus eſt petere curatorem, quod poteſt ſic probari: quia lex
vna dicit minor poteſt compelli petere curatorem & lex
alia dicit, quòd omnis compulſio incipit ab ea parte, quæ
eſt de in ius vocando. Si ergo poteſt compelli petere cura
torẽ, pôt citari vt cũ petat.ff.de tu.l.q.§ pe.& inſti.de pe.te.li.

§.omni. ¶ Et hoc notãt Pe. de bella pertica & alij doctores, in §. allegato. ſufficit. ¶ Si autem ſit infans, tunc aut habet tutorem, & tunc conuenitur tutor ſolus, vt in §. allegato ſufficit. Si non habet tutorem, non poteſt vocari petiturus tutorem: quia non habet perſonam. ff. de in ius vocando. l. iij. & iiij. ¶ Quid ergo fiet, dic ꝙ debet nunciari amicis ſuis, ꝙ petant tutorem ſibi dari vel eum defendant. ff. ex quibus cauſis in poſ. ea. l. hoc autem. §. j. ¶ Item iudex ex officio poterit tutorem dare, etiamſi amici hoc non petant. vt. C. qui pe. tu. l. j. ¶ In ſecundo verò principali membro ſcilicet contra
17 quem † concipi debet libellus petitionis, & dic ꝙ poteſt cõcipi in perſonam minoris: dicendo ſic, ego mutuaui tali minori vel patri eius, non vult ſoluere, quare peto eum condẽnari. vel poteſt concipi contra tutorem, dicendo ſic mutuaui pupillo cuius tu es tutor, quare peto ꝙ tu mihi in hoc tutorio nomine condemneris: & adde tamen notata gloſ. & Cy. C. de Epiſ. & cleri. authen. cauſa quę ſit cauſa monacho.

18 ¶ OCTAVO quærit † vtrũ mater poſsit agere ꝓ filio vel ipſum defendere? ¶ Refert Colle. ꝙ Ioan. no. ꝙ nõ: quia virile officium eſt. C. de procu. l. alienum. niſi valitudine detineatur. licet alterius negotium extra iudicium ducere poſſit: vt no. ij. q. vj. ante ſententiam. ¶ Et notat ꝙ datio tutoris & curatoris debet fieri cum cauſæ cognitione. ¶ Ad qđ vide quæ ſcripſi poſt Archi. de ſupplẽ. negli. præla. grandi. ¶ Item notat, ꝙ vbi pupillus agit contra tutorem vel curatorem, datur ſibi curator ſi eum petat. Sed non aliter. Secus ſi contra alium. Sed nunquid in teſtamento poteſt dari curator? ¶ Archi. dicit ꝙ ſic ſecundum canones. ar. xxj. q. iij. c. iij. Sed ſecundum leges, ſecus vt ibi not. per prædi. c. ſi annũ. Et de materia tutorum & curatorum, vide ad plenum in Specu. de tu. & cura. ſecundum eum.

19 ¶ NONO quęritur † ad pręmiſſorũ declarationẽ, quot ſunt genera tutelarũ. Dic ꝙ quatuor ſcilicet teſtãria, quaſi teſtãria legitima & datiua. ¶ Teſtamẽtaria eſt, cũ aliquis in teſtamento dat tutores filijs. ff. de teſta. tut. per totum. & C. eo. titu. per totum. & de iſta tolle regulas. ¶ Prima pater dat tutores filijs & nepotibus degentibus in poteſtate: vt. l. j. ff. de teſta. tut. Sed ſi ſub nomine filiorum non dat nepotibus. Secus ſi ſub nomine liberorum & ſolus pater & mater ſi inſtituat quoad res in quibus inſtituit, dat tutorem: & quilibet extraneus quantũ ad res, in quibus inſtituit dat tutorẽ, & quilibet extraneus quantũ ad res in quibus inſtituit vt. l. pe. ff. eo. titu. ¶ Secunda ragula, ꝙ iſte tutor præfertur omnibus alijs, imò ſola ſpes tutoris teſtamentarij excludit legitimum. Sed dabitur alter ſiue abſoluatur à iudice, vel deſinat eſſe morte ciuili, & eſt ſpes remedio iuris cõmunis ſed ſi eſſet ſolũ ſpes iure ſpeciali, vt in depoitato vel ſi deſinit eſſe morte naturali, veniet legitimus. ff. de teſta. tute. l. ſi quis ſub conditione. & ibi tex. cum gl. & in teſtamẽto poteſt dari purè & ſub conditione. ſi ſub conditione detur, datur atrilianus tutor, & eſt datiuꝰ inſti. de attil. tu. per totũ. & illa cedit à die aditæ hæreditatis. vt. l. ſi nemo. ff. eo. titu. & ſi inſtituiť pupillus adibit authoritate iudicis, vel dabiť tutor vt ipſius authoritate adeat vt cedat tutela, & ceſſet perplexio Reperitur quaſi teſtamentarius, & eſt ille quæ datur in teſtamẽto minus legitimo vel aliâs non ſolenniter facto tamen apparet de voluntate teſtatoris expedit tamen ꝙ à iudice confirmetur. vt cum dat tutorem ille, qui non poteſt: vt pater in teſtamento non minus ſolemni & vbicunq; ſtat de voluntate dantis ſed datio non tenuit tunc ſupplet iudex: vt. ff. &
20 C. de confir. tu. per totũ. & † iſti pręferuntur datiuis tutor legitimus eſt qui datur à lege: & ſicut hæreditates deferuntur ſecundum gradus, ita dant tutelæ ſecundum gradus: niſi ſe excuſent. Et iſta diuiditur: quia quædam eſt agnatorum illi. ſ. qui ſunt proximiores in gradu conſanguinitatis. de hac. C. de agna. tu. per totum. ¶ Reperitur legitima patronorum:
21 quia ſicut patroni † ſuccedũt in legitima libertorum, ita debent habere onus tutelæ. ¶ Reperitur legitima parentum quantum ad filios emancipatos. ¶ Alia eſt fiduciaria vt ſi pater habuit duos filios vnum emancipatum, & alium non moritur pater tutela defertur ad fratrem, de qua lex habet fiduciam: quia fideliter gerat tutelam & hodie hæc babetur legitima. Et ſicut. ꝭ. diſtinctum eſt, de teſtamento ad legitimum ita diſtingas inter legitimum & datiuum: quia quandiu eſt ſpes de legitimo nunquàm tranſitur ad ſecundum in gradu: ſed dabitur datiuus ſed deficiente primo in gradu, totaliter ſuccedet ſecundus in gradu omnibus deficientibus venitur ad datiuos & illi ſibi dant quibus permiſſum eſt, à lege dare. ff. qui & à qui. per totum & propinquiores debent petere inter cæteros, mater debet petere aliâs priuatur hæreditate. vt. l. ij. §. confeſtim. ff. ad tertul. & l. matres. C. qui pe. tu. da. ¶ Quære quis poteſt recipere tutelam? dic ꝙ filiuſfa. non tamen minor. xxv. an. vel mente captus, vel prodigus, hodie fœminæ ſunt habiles ſcilicet matres: quia olim non poterant: & hoc poſſunt ſi iurant ſe non tranſire ad ſecunda vota: iure tamen authenticorum, mater præfertur omnibus legitimis, ꝙ auia. C. eo. tit. introductum etiam quod ſufficiat promittere etiam ſine iuramento ſecundu nuptijs renunciare. ¶ Et idem dicas de proauia. ſi filius eſt emancipatus adhuc præfertur pater & mater auo: quia proximior eſt in gradu, & ſuccedit in hæreditate. ff. ad orſi. per totum.

22 ¶ Quid ſi mater non † renunciat ſecundis nuptijs & adminiſtrat, valent ne adminiſtrata per eam. ¶ Dicunt aliqui ꝙ ſic ¶ Ego tenui contrarium, conſulendo quia iſta eſt ſolennitas formalis introducta à lege. ergo ipſa deficiente, non tenent agitata. j. q. j. detrahe. ¶ Pondera mentem legiſlatorum præſumit lex, ꝙ ſi tranſeat ad ſecunda vota, derobabit filios: & non ſolùm actus, ſed ſpes obeſt. imò præpterea lex antiqua introduxerat iuramentum. ¶ Quid ſi non renunciat beneficio Velleyani. ¶ Aliqui dicunt ꝙ non obeſt: quia modica ſolennitas non vitiat: dic contrarium per ſupradicta & idem ſi non renunciaret omni alij beneficio. ¶ Quid ſi mater renũciat omni beneficio iuris, nec aliud exprimit dic ꝙ non ſatisfiet legi. quia per hoc non renunciat ſecundis nuptijs. Iſta ergo erit practica quia mortuo patre ſi vult accedat ad iudicem, & dicat volo eſſe tutrix & renunciare ſecũdis nuptijs, Velleyano, & omni legũ beneficio per quod poſſet pupillis pręiudicari. ¶ Si tamen non vult aſſumere onus tutelæ, non compellitur: & hac forma ſeruata, ſtatim eſt tutrix & legitima quia lex dat cum voluntatem declarauerit
23 & formam ſeruauerit. ¶ Quid ſi mater tutelam † receperit forma ſeruata ſi tranſit ad ſecunda vota, nunquid deſinit eſſe tutrix dic ꝙ ſic. ¶ Quid ſi datur in teſtamento dicunt aliqui ꝙ ſi datur ſola non valet. vt. l. iure noſtro. ff. de teſta. tu. illud reprobari poteſt, quia lex iſta loquitur ſecundum iura antiqua ſecundum quæ erat incapax. ¶ Credo tamen illam tunc teſtamentariam ſed eſt dubium, an tunc debeat formã ſeruare iure veteri. bene dabatur vt cuſtos in teſtamento non tamen vt tutrix. ¶ Credo ergo hodie, ꝙ ſi detur in teſtamento aptabitur ad formam: quia habilitata eſt adiecta quadam moderatione legali quam non poteſt tollere teſtator. ꝭ. de teſtamen. tute.

SVMMARIVM.

1 *Relationẽ non valere, cuius exemplum non fuerit litigatoribus editũ.*
2 *Papam iudicem cunctorum eſſe.*
3 *Iudex quando poſſit remittere negotium ad ſuperiorem.*
4 *Relatio qualiter fiat & quis ſit eius effectus.*
5 *Remiſſio quid ſit, & quæ ſint in remiſſione conſideranda.*

¶ CAP. LXVIII.

1 INtimaſti. ¶ Caſus. Non † valet relatio, cuius extraneum non ſit letigatoribus ęditum & facit ad tertiam partem rubricæ. ¶ Expone literam. *relationem.* dicit Innocen. in relatione diligenter attendendam an fiat partibus conſentientibus, vel ſaltem non appellantibus, vel fiat altera parte contradicente vel appellante. Primo caſu, quando partes conſentiunt vel non

vel non appellant ſtatur relationi ſic poteſt intelligi de purga.cano.c.cū dilectus.verſi.nos igitur. & terminus in ea pręfixus ad comparendum coram ſuperiore, pro peremptorio eſt habendus ſicut & dicitur in termino appellantibus aſsignato.ſ.eo.ſæpe.§.quia tamen. ¶ In ſecundo verò caſu, quādo poſt appel.facta eſt, non creditur ei niſi ex alijs actis vel circunſtantijs roboretur.ij.q.vj.biduum.C.de rela.l.j.Sed & ſi fiat relatio vna parte abſente, etiam per contumaciam adhuc non videtur relationi credendū niſi adſit alia probatio: termini aſsignatio tamen bene valet: & etiam non citata vlterius parte cōtumace procedet ſuperior ſicut & iudex qui retulit procedere poterat in contumacē abſentia nō obſt. ſi pars quam iudex inferior reputauit contumacem, veniat coram ſuperiore Papa vel alio & ſe dicat nunquā fuiſſe contumacē: ſed per appel.à iudice recœpiſſe & ꝙ obtinuit cauſam appellationis à ſuperiore committi tunc ſuperior ſi verum ſit, ꝙ commiſerit non credet relationi ſed mittet partes ad iudicem obtētum ſuper appellatione, qui cognoſcet de appellatione: & an factum poſt appel.ſit reuocādum, vel cognoſcet ipſe ſuperior: quia licet delegati ſuā iuriſditionē reuocare.ff.de iudi.l.iudicium.tamen totus proceſſus delegati ante reuocationem commiſsionis habitus erit ratus. argu.ſ.de reſti.ſpoli.audita.§.j.ſuperior verò non ſolùm expreſsè poteſt reuocare cōmiſsionem per eum factam, quinimò ſi ex certa ſcientia incipiat de negotio cognoſcere, vel alij hoc committat hoc ipſo commiſsionem alij pri⁹ factā videtur tacitè reuocare: argu.j.de conceſ. præben. quia diuerſitatem.§ primo.ſed & ſi iudex relationis cauſam remiſſam quæ iam inſtante parte appellante alij commiſſa erat: vt de appel.cognoſceret interim poſtmodum cōmittat alij & propter hoc inter ipſos iudices de iuriſditione ſit contentio. ¶ Dicunt quidam, ꝙ ſopitanda eſt ſecundum tenorem decretalis de reſcri.paſtoralis. ¶ Alij dicūt, & vt dicit Inno. videtur melius, ꝙ ad hunc ſenſum ꝙ ad iodicem cui cōmiſſa eſt cauſa relata nihil aliud pertinet cognoſcere niſi an cauſa appellationis prius cōmiſſa alij fuerit. Nam ex quo ſibi de hoc cōſtiterit, debet partes remittere ad illum iudicem, cui commiſſa prius cauſa appel.fuerat, & ad quem pertinet cognoſcere an ſua ſit iuriſditio ſic & enim in iudice appellationis obtinet.ſ.de reſcri.dilecti filij.ij.§ fin. ¶ Sed nunquid eodem modo, qui cauſam remiſit ſtatim ex quo ſcit cauſam appel.ab eo factæ alij commiſſam, debet caſſare & remittere cauſam ad iudicem cui commiſſa eſt cauſa appellationis: dic ꝙ ſi ſcit vel credit relator, ꝙ cauſa appellatiōis legitima ſit & vera: prudenter facit ſi ſuperſedeat, ꝙ ſi proceſſerat & poſteà cauſam appel.legitimam conſtiterit eſſe veram, quicquid per eum factum fuerit caſſabitur.vt not.j.c.interpoſita.eo.titu.Romana.§.ſi verò.& ſeq.lib.vj. ¶ Si verò indubitanter teneat, ꝙ appellatio eſt iniuſta ſecurè procedere poteſt. ¶ Et eodem modo iudex cui cauſa relata commiſſa eſt, ſed indubitanter confidit ꝙ appellatio ſit iniuſta non ob. ꝙ cauſa eiuſdem appellationis ſit alij commiſſa ſecurè poteſt procedere & tenebit quicquid fiet ab eo dummodo declaretur poſteà per diffinitiuam ſententiā ꝙ appellatio facta fuerit temeraria & iniuſta vt notatur in eiſdem.c. interpoſita. & Romana. ¶ Hoc etiam circa relationes notandum eſt, ꝙ quandoq; fit taliter commiſsio vt intra certum tempus remittatur. ¶ Aliquādo ſine certo tempore, & quandoq; mādatur vt remittat cauſa ſufficienter inſtructa. ¶ Quandoq; verò inſtructa vel non inſtructa. & de hoc vide.ſ.eo. ſuper eo.ij. ¶ In omnibus autem iſtis caſibus, non eſt magna differentia: quia ſemper ſufficit cauſam remittere, & cum ea inſtructione, quam recœpit iudex: & quam partes voluerunt & potuerunt producere coram eo: etiam ſi nō ſit plenè inſtructa & etiam poteſt & debet ſemper in relatione partibus, vt corā ſuperiore cōpareant certū terminū aſsignare ſecūdū Inno. ¶ In vno tñ caueas, ꝙ vt refert Hoſti. ſibi de facto accidit ꝙ ſi Papa cōmittat cām alicui intra certū tēpus, puta vſq; ad.vij. mēſes finiēdā iuſtitiā vel concordia mediāte alioquin cauſam remittat &c.ſi iudex intra dictos ſex mēſes remiſerit cauſam, nihil agit: quia totū ſemeſtre tēpus datū eſt ad cauſam finiēdā: & nō ad relationē faciendā. ideoq; ſi intra illud tēpus fiat remiſsio, nō valet tum quia à nō ſuo iudice fit.ſ.de iudi.at ſi clerici.tum quia cōtra formā mandati facta eſt.ſ.de reſcri.cū dilecta.ad finē. tum quia ſecūdū Inno.prohibitæ ſunt relationes cauſa iudicij detrectādi factæ in authē.vt nō expe.ſacras iuſſi.§.iubemus.col.ix.niſi in caſibus.ff.de offi.procōſu.ſolēt.& l.ſi quid.&.C.de falſis.vbi falſi crimē.& idē quantūcunq; impediatur iudex procedere nunquā valet remiſsio intra hoc tēpus facta niſi de cōſenſu partiū fiat ſecūdū Inno. quid ergo ſiet? rñdeo ſecūdū Hoſti. abſoluēdus eſt de rigore iuris reus cōtra quē facta eſt relatio ſi cōparuerit & ad ſuū ordinariū iudicē remittēdus cū cauſa nō ſit in curia per reuocationē, vel appellationē, vel alios modos, qui nō interuenerūt vel per hāc relationē quæ nulla eſt: vt præmiſſum eſt & ideò partes nō adſtringit nec arctat ar.in eo quod legi.& no.ſ.de ele.bonæ.ij. in fi. ¶ Per qd apparet, ꝙ & ſi reus non cōparuerit nō eſt cōtumax reputādus. ¶ Verūtñ ſi ambæ partes ſufficiēter inſtructæ ad diem aſsignatā cōpareant corā Papa, ſatis æquū eſt, & ex mēte mādati pōt colligi, ꝙ Papa cauſam audiat vel alij cauſam committat: & maximè vbi reus aliū iudicē non habet quā Papā. Nā & ſi relatio nulla ſit, certū eſt ꝙ Papa actori impetranti voluit prouidere: & ad ſe ſi per illū cui cōmittebat nō diffiniretur negociū reuocare. ¶ Equū eſt ergo vt ex quo partes præſentes ſunt, in negotio procedatur. arg.ff. ſi certū peta.l. qdā exiſtimauerūt.ff.de no.oper.nū.l.j.§ & poſt operis.& in eo quod legi.& no.ſ.de tranſac.c.fi.ſ.de verbo.ſigni.intelligentia.&.c.in his. Nec debet obeſſe actori ꝙ per imprudentiā iudicis factum eſt.ar.j.de contra.emp.c.fina. & in eo qd legi.& nota.de his quæ fiunt à ma.parte.c.quę ſunt imò nec contra iudicem regreſſum habere poteſt, vel non expedit ſuper hoc litigare: imò eſt ei potiùs ſubueniendum ex generali clauſula, argu.in eo quod legitur & notatur.ſ.de reſtitu. in integ.tum ex literis. ¶ Nec obſtat ſi dicat reus, modis omnibus peto te mitti ad propria. quia per prædicta patet, ꝙ non cogor hîc ſubire iudicium: quia poteſt ei rñdere, non eſſe indulgendum malitijs hominum: quia nihil inde laturi ſunt niſi vt officiant.ff.de rei vendicatione. in fundo. ſupra de reſcrip.plerunq;. ex hac enim remiſsione nihil aliud ferret, niſi quandam dilationem cum ſtatim ſub eadem forma poſſet committi negotium, & relatione facta legitimè, iterum neceſſe haberet comparere in curia, & ibi reſpondere. ¶ Quid ergo ex hoc conſequeretur, niſi ꝙ interim fugeret iudicium, contra id quod legitur & nota.ſ.de præſumptio. nullus dubitat.& detineret fortè contra conſcientiam alienum: & ſic ad gehennam ædificaret vt not.ſ.de præſumpti. c.fina.& non ſolùm partem aduerſam: quinimò & ſe ipſum grauaret in grauibus laboribus & expenſis: contra id quod legitur & notatur.ſupra eodem vt debitus.reſponſo primo. verſicu.j. æquius eſt ergo, ipſum in hoc caſu ad reſpondendum & procedēdum cogere. Nam & partes præſentes ſunt
a vt certum ☨ eſt ꝙ Papa cunctorum iudex eſt.ix.q.iij.cuncta. ſ.de foro compe.c.finali.§.j. Nec pro aliqua alia cauſa venit ibi & iudiciō reddit in inuitum.ff.de verbo.obligatio.inter ſtipulantem.§.j. iudex verò cui commiſsio facta eſt, ſi hoc inconueniens vult vitare, prudenter debet attendere vt remiſsionem non faciat, quouſque omnino lapſum fuerit dictum ſemeſtre tempus: quia illud totum debet expendere ad cauſam ſopiendam per viam iuris vel pacis ſicut patet in prima parte mandati, quo ſemeſtri lapſo ſi intra illud tempus nō perfecerit, nullam poteſtatem habet de cætero procedendi in negotio ipſum diffiniendo: niſi ante lapſum ipſius ſemeſtris temporis fuiſſet de conſenſu partium prorogatum.ſupra de officio delegati.de cauſis. ¶ Quæ ergo ſunt partes ipſius? ¶ Reſpondeo quòd partes citet vt certa die compareant coram eo, ad audiendum remiſsionem, quam facere intendit: ſicut in mandatis recœpit &

ex quo partes ſuper hoc peremptoriè citatæ fuerunt ſiue venerunt, ſiue non: poteſt & debet ſecundum Innocẽ. ratione ſuę iuriſditionis ſemper poſt terminum etiam in infinitum niſi ab eo reuocetur mandatum facere remiſsionem: & certum diem ad comparendum coram ſuperiore partibus aſsignare: quam & poſteà debet eis ſignificare ſi abſentes ſint, & reperiri poſſunt. alioquin faciat hoc publicari ante domũ contumacis, vel in eccleſia vel aliàs: vt legitur & notatur, de eo qui mit. in poſ. c. fin. ¶ In remiſsione autem de toto proceſſu coram ipſo habito, plenam debet facere mentionem: vt not. ꝰ. de elec. dudum. j. § cum autem. rñſo. j. & verſi. j. Nec dicas, ꝙ iuriſditio ipſius ſit finita per lapſum ſemeſtris temporis: quia licet hoc verum ſit, quoad cauſæ examinationẽ & diffinitionem, non tamen quoad faciendam relationem & probat hoc vna pars ipſius mandati ¶ In vno tamen caueas ibi, *alioquin*. & c. q. di. ſi intra dictos. vj. mẽſes, cauſam nõ finieris ipſam nobis remittas. ¶ Et ſi vis ſcire qualiter hoc ſemeſtre tempus ſit computandum, recurre ad id quod de hac materia plenius notatur. ꝰ. de ſupplen. negli. prę la. licet. § ne igitur. ¶ Sed & ſecundum Innocẽ. in omnibus caſibus prædictis, licet ex cauſa partibus appellare. & ſuper appellatione facta, literas impetrare, non facta mentione de remiſſione à primis iudicibus facienda: quia nec ſemper præcipitur remiſsio fieri propter hoc ꝙ ſuperior velit de negotio audire: tunc enim oportet de remiſsione fieri mẽtionẽ: argu. ꝰ. e. vt noſtrum. vt. ꝰ. de offi. dele. ſuper qõnum. § verũ. verſi. cum autem. Sed quandoq; fit, quia partes nõ confidũt de iudicibus in diffinitione: licet confidant in cauſæ examinatione. ꝰ. de reſcri. ex parte de cauſis. & de ele. dudum. i. ſed & quandoq; in vno loco expedit inquiri de vno articulo, & in alio loco ſententiari. ꝰ. de elec. ſcriptum eſt. ſecundum Inno. & Hoſti. *illico*. ac ſi dicas ſtatim cum verbo protulit ſe relaturum tenetur partibus præſentibus facere legi relationẽ. ¶ Et caueat pars ne recipiat relationem clauſam aut ex quo illam recepit, imputet ſibi nec illam aperiat aliàs non poterit actis contradicere de offi. dele. cum olim in gl. e. Hoſti. extra. ne quid immutari poſsit & ſic publicatum manu tabellionis vel duorum honeſtorum virorum vel ſigillatum authentico ſigillo. ꝰ. de proba. tertiò. & c. quoniam. & de teſti. cum à nobis. ¶ Quid ſi ſigillum ſit ignotum? dicit Hoſt. ſi partes ſtant illi coram ſuperiore. bene eſt. ꝰ. de purga. c. pe. verſi. is igitur. aliàs faciẽda eſt probatio de fide inſtru. quod ſuper his de cleri. pere. c. j. cum concor. ¶ Quid ergo ſi altera partium præſens eſt tantũ. ¶ Dicit Hoſtiẽ. arbitrarium vt ſic iudex poſsit, ſi ſibi videatur cõſiderata qualitate perſonę & negotij de quo agitur recepto iuramento partis ꝙ talis facta fuit relatio ipſum admittere. ꝰ. de iureiurã. c. ſi. de procur. ex inſinuatione. & c. in noſtra. & imputet ſibi pars, quæ non venit. ꝰ. eo. ſæpe. de dec. c. j. lib. vj. iudex tamen nõ multùm properet & caueat ne quid falſum confingatur. ꝰ. de do. cum olim. de reſtit. in integ. tum ex literis. ſecundum Hoſtiẽ. de remiſsione iudicum, an fidem faciat: & credatur his quæ ſcribunt ſuper proceſſu: vide ſatis in Speculo de remiſ. § vtile. verſi. ſed nunquid remiſsio exemplum redactum in publicam formam, vel aliàs ſigillo iudicis ſigillatum, ne quid valeat immutari ſecundum Inno. & Collecta. *tenetur*. partibus inſtantibus. ſic enim neceſsitatem importat argu. xiiij. q. j. quod præcipitur. ¶ Et idem eſt, ſi altera tantũ pars ſuſtat, ex quo conſenſerunt, tam iudex quàm partes relationi faciendæ. ar. C. de actio. & obli. ſicut ab initio. ¶ Quid ſi vna pars conſentit, altera non videtur ꝙ iudex poſsit pœnitere quia relationem non fecit ſed facere voluit. arg. ff. rem ra. habe. l. amplius ſecundum Hoſtien. ¶ Quid ſi iam ędidit partibus, & poſteà cõſentiunt partes, ꝙ iudex procedat nec procedit relatio dicit Hoſti. ꝙ locus eſt pœnitẽtiæ dummodo iudex conſentiat. argu. ff. de pactis. ab emptione. j. de reg. iur. c. j. ¶ Et idem putat quouſq; præſentata fuerit ſuperiori relatio. ꝰ. de poſtu. bonæ. ij. verſi. nec nocebat. ¶ Nec obſtat. ꝰ. de offi. deleg. ſignificantibus. ibi enim iuriſditio extincta.

¶ Vnde non reuiuiſcit etiam de conſenſu partium. ff. de ſolu. qui res. § aream. nec relatio non extinguit, ſed ſuſpẽdit ſicut & appellatio. ꝰ. eo. directę. ¶ Plerunq; ei habetur iuriſditio ſiue executio. ꝰ. de reſcri. paſtoralis. in fi. iudice autem vel altera parte reſiſtente, ex quo relatio ſemel eſt ędita & tradita partibus, non eſt locus pœnitẽtiæ vt hic & adde qd
3 dixi, de offi. leg. licet vbi remiſi ad Spe. ¶ Primò verum† & quando iudex poſsit remittere negotium ſeu cauſam ad ſuperiorem circa quod dico ꝙ cauſa propter quam vult remittere: quantùm ad hoc eſt principaliter attendenda. quia aut vult referre propter defectum iuriſditionis & tũc poteſt vt C. de rela. per totum. & in authen. de iudicibus. § penul. col. la. vj. & ff. de offi. proconſulis. l. ſolent. in fi & hæc eſt magis remiſsio quàm relatio. vt. C. de relatio. l. j. & ff. de iudi. l. eum quem temere. § iudicibus. ¶ Aut propter timorem, & tunc non poteſt: vt. ꝰ. de offi. dele. paſtoralis. in principio cum ibi notatis. Aut propter odium vitãdum ipſarum partium, & tunc etiam nõ poteſt quia ſufficit per omnia ad perfectam fortitudinem lex & imperij fauor in authen. de man. principum. § patrocinia. col. iij. ¶ Quod eſt verum, niſi promptũ & eminens ſit periculum: quia tũc ſecus. ¶ Sic intelligit prędictus. § patrocinia. ¶ Aut propter fauorem & tunc etiam non poteſt. in authen. vt iudices nõ expec. ſacras iuſſi. § j. & in authenti. de iudi. § fi. vbi glo. circa hoc diſtinguit. ¶ Aut propter facti conſultationem, & tunc etiam non poteſt: qa facta peritiſsimos fallunt. ff. de iuris & facti ign. l. ij. ¶ Et qa quilibet iudex ita bene põt ſe informare ſuper facto ſicut princeps. & melius. vt. ff. de teſti. l. iij. § j. ver. tu. magis ¶ Aut propter conſultationem iuris in caſu non dubitabili. & tũc etiam non poteſt, vt hic. & C. de rela. l. j. & ij. & in authẽ. de iudi. § fi. Aut propter cõſultationẽ iuris in caſu dubitabili. & tunc põt ꝑ prædicta iura in quibus Henricus cõcordat.
4 ¶ SECVNDO quæritur† qualiter fit relatio & quis ſit relationis effectus? de quo dic vt ſcripſi in expoſitiõe ſuper verbo, relationem. & pleniùs vt no. per Hoſti. in ſumma. ti. de relat. § ij. & iij. vbi etiam reperies in. § j. de materia qõnis proximè præcedentis ¶ Et de hoc adhuc pleniùs. in Specu. de rela. § penul. & fi. Item etiam ſi quæras quid ſit relatio, & de quibus, & quando facienda ſit, vide etiam in Specu. titu. de rela. § j. ij. & iij. cum additionibus Ioan. An.

¶ TERTIO quæritur circa materiam remiſsionis, qd
5 ſit † remiſsio quæ ſunt in remiſsione conſideranda in quibus cauſis ſit remiſsio facienda qualiter debet fieri remiſsio. Et quod ſit officium eius, ad quem ſit remiſsio. Et quę ſunt cõſideranda circa remiſsiones, quæ fiunt à ſuperioribus iudicibus ad iudices inferiores. ¶ Sed dic de iſtis ſex qõnibus, prout not. in Specu. titu. de remiſsio. § j. cum quinque. § ſequentibus cum aliquibus additionibus. Ioan. An.

¶ QVARTO quæritur quid ſi mandatum fuerit negotium intra certum terminum inſtructum remittendum & propter partis cõtumaciam intra certum terminum inſtructum remitti nõ poſsit, nunquid poterit fieri remiſsio? ¶ Dic ꝙ nihilominus fiet remiſsio. vt not. per Hoſtiẽ. ꝰ. eo. ſuper eo. j. licet Inno. ibi variet: quia fiet prout fieri poterit licet fortè ſecus ſi in partis contumaciam procedi poſſet ſecũdum Collectarium & debet vocari pars, ſicut in reuocatione grauaminis. eo. titu. ſi à iudice. niſi eo præſente fieret ipſa ꝗ relatione de conſenſu partium expedita, altera pars pœnitere non poteſt, nec poteſt ante terminum fieri remiſsio, niſi de conſenſu partium: ſicut de prorogatione legitur & notatur in. c. de cauſis. de offi. delega. Et ſi cauſa committitur intra terminum inſtruenda & reuocanda poſt terminum non poteſt pars coram ſuperiore probatiões inducere: quia terminus eſt peremptorius & excuſſorius de proba. licet ſecundum Collectarium ¶ Et adde omnino quæ leguntur & notantur per Cyn. & Bar. C. de rela. l. ſi quis iudicium. & per Ioan. Fabri eo. titu. in rubrica & hic per Lignanum qui videtur cum alijs coincidere. & ideò eius dicta omiſi. ¶ Et adde etiam omnino quæ ſcripſi. ꝰ. c. ſuper eo. ij. in tertia qõne

& in qua-

& in quatuor quæſtionibus ſequentibus. ¶ Supple gloſſas, in glo.j.ibi, *crimi.na.* ſcilicet inquiſitio facienda ſuper criminibus & vt dicit Hoſti. ſi iudex malitioſè referat fingens ſe dubitare vbi non eſt dubitandum: contra id de reſcrip. cum contingat. infamis efficitur. & in.xxx.lib. auri punitur. C. de legi.ij. quam pœnam locum habere non credit in iudicibus eccleſiaſticis ſed illam de re iudi.c.j.lib.vj. fit autem de neceſſitate relatio in his quę ſedi Apoſtolicę ſpecialiter reſeruãt. argu.ſ.eo.vt debitus.cum ſuus concor.in fi.& in caſu.ſ.eo.titu.j.de cæterò. & ibi, *contradicere poſſunt*. & hanc cõtradictionem & eius cauſam iudex debet referre: an verò teneatur referre de calumnia pernicioſo. & variatione victi. cum referre ſuper articulo expenſarum. Vide in Specu. de relationi.§.ij.verſi.fi.& in fi. materiam huius glo. vide breuiter in ſumma. Hoſti. eo. titu. ſub rubrica de relationibus. & in Speculo eodem titulo non habes formas.

SVMMARIVM

1 *Delegatus vbi ante litem conteſtatam aliquid innouet, vel diem præueniat aſsignatum, quòd ab eo appellari poſsit.*

2 *Diem eſſe generis incerti in ſingulari, licet in plurali ſit generis maſculini.*

3 *Iudicis officium an locum habeat ante litem conteſtatam.*

4 *In voluntate partis vel procuratoris non eſſe iudicem habere quem elegerint.*

5 *Conſuetudinem curiæ habere quòd ſi impetrator contradicentem non habeat, iudices obtineat quos nominat.*

6 *Sententiam quæ fertur ſuper interdicto vti poſsidetis, diffinitiuam eſſe.*

7 *Poſſeſsione ſua neminem priuari debere lite pendente.*

8 *Seruitus non vendendi vel non coquendi in alio loco, qualiter alicui acquiri poſsit.*

9 *Seruitus cum ſit indiuiſibilis, quòd non poſsit pro parte acquiri & pro parte non.*

10 *Per conſuetudinem acquiri poſſe, quod poteſt per priuilegium.*

11 *Conſuetudinem oneroſam eccleſiæ non valere.*

12 *Iudicem terminum datum per eum, mutare poſſe ex cauſa.*

13 *Iudicem parte etiam non petente, poſſe condemnationem facere expenſarum.*

14 *Iuriſdictione commiſſa omnia venire intelligi, ſine quibus illa exerceri non poteſt.*

15 *Delegatum ratione acceſſorij, etiam in extraneos ſuam iuriſdictionem exercere.*

16 *Iudex dilationem vel terminum à ſe datum an mutare poſsit. & an ſine cauſa numero.17.*

18 *Officium iudicis pendente dilatione, quòd conquieſcere debeat. & numero.10.*

19 *Contrariorum natura quæ ſit.*

21 *Dilatione data ad vnum articulum quòd ſuper alio procedi poſsit.*

22 *Iudicis officio loco actionis propoſito, quòd atteſtatio ſit neceſſaria.*

¶ CAP. LXIX.

1 SIgnificante. ¶ Caſus. Vbi † ante li. conteſ. circa id de quo principaliter litigatur aliquid innouat delegatus, vel diem præuenit aſsignatum appellare licebit & in prima. appellationis narratio, in ſecunda cauſæ commiſsio ibi, *ideoque*. ¶ Expone literam. *dicebant*. ergo habebant probare, nec debebat Epus conuentus lite pendente vti ſua poſſeſsione prohiberi maximè cũ eſſet poſſeſsio per ius commune approbata, donec ſaltẽ fundata eſſet intentio capituli, quod fieri non poterat lite non conte. vt ſequitur. ¶ Si verò Epus ageret contra capitulum, dicent hoc ſibi licere, tunc eadem ratione non liceret Epo de nouo ædificare: quia per conuentionem facti eſſent poſſeſſores. ff. de ſerui. ven. l. ſicuti.§. ſed ſi quæratur. & ſ. de proba. ex literis. ſecundum Hoſti. *carnifices*. contra clericos carnificum vel tabernariorum officium publicè & perſonaliter exercentes emanauit cle. diœceſanis. *non debere*. intra illam villam. *maguntinum*. fortè decanus & capitulũ habebant hãc villam communem cum Epo vel habebat vterq; certa iura. ¶ Dicebat autem capitulum ꝙ habebat totum ius macelli, ſcilicet ꝙ ſolùm in ſcallis ipſorum teneri debebas & erat vtilitas: quia percipiebat aliquid de ſcallis & idem dicit Hoſti. in furnis & molendinis: quia quandoq; aliqui vendicant ſibi, ꝙ tota villa debeat coquere vel mollere in illis. & alteri ædificanti nouum molendinum vel furnum quæſtionem molendi ſecundum Hoſti. *in ſcallis alijs*. an in ſcallis. c. vel per alios carnifices quàm per ſuos. *reuocarent*. deſtruendo banca. carnificum arg. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi vſusfructus.§. finali. *ad litigandum*. i. ad deliberandum ſuper libello. ſecundum Innocen. ¶ Sed Hoſti. dicit, ꝙ quia non ad deliberandum ſed ad litigandum de ſuo conſenſu fuerat data dilatio. videbatur in iudicem conſenſiſſe. ita ꝙ non erat locus recuſationi, niſi ex noua cauſa. vt. ſ. de offi. delega. inſinuante. *ſed pluries*. hic & in ſequentibus patet eſſe verum id quod dicunt grã-
2 matici, ꝙ † dies eſt generis incerti, in ſingulari licet fateantur ꝙ in plurali eſt generis maſculini. *non audiebantur*. & malè cum adhuc eſſet locus recuſationi. vt in gloſſ. *& alijs*. dilatorijs. ſ. titu. j. c. inter. & de excep. paſtoralis. ¶ Poſt litem verò conteſtatam poteſt & debet iudex ſuum officium impendere. ff. de ędil. edi. l. ędiles.§. item ſciendum. ¶ Et hæc eſt ratio quare valida eſt hæc exceptio dependentia termini. *inſerit*. quod videtur ſufficere vt hic &. ſ. titu. j. cum ſuper.§. finali. & dic vt ibi. Hoſti. *circumuentus*. quod præſumitur ſi aliàs honeſtus erat. argu. ſ. de procu. in noſtra.§. fi. &. ſ. de præſump. illud. in fine. & fortè falſæ literæ vel falſa relatio fuit facta procuratori de reuocatione inhibitionis de hac tñ circumuentione, non mandat fieri fidem: ſed ſolùm de inhibitione *contra inhibitionem*. forſan inhibuerat, ne ad illos iudices impetraret vel fortè mandauerat ꝙ impetret ad certos iudices ſibi datos vel ꝙ inſtaret amplius pro commiſsione vel quòd ageret in curia ſecundum Innocen. qui dicit ꝙ ſi illæ literæ impetratæ de communi conſenſu partium nun fuiſſent nõ ſufficiſſet inhibitio facta procuratori, quę in iudicij vel aduerſarij notitiam non aduenſſet: de procura. in noſtra. de. c. in noſtra. & c. ex inſinuatione. & c. mandato. ¶ Quod intellige, quando inhibitio non erat in procuratorio ſed facta ex poſt & impetratio eſt iudicialis vel de conſequutiuis iudices quod dic vt. ſ. de reſcrip. ex parte decani. *voluit*. & cautè, ne per hoc videretur in illos conſenſiſſe. ſ. de offi. delega. cũ olim. Abbas. *inhibitione*. tacita vel expreſſa. vt. ſ. dixi. ¶ Primò opponitur propter ea quæ ſcripſi in textu ſuper verbo, *non debere*. quia iſtud quod decanus & capitulum allegabant ſonare videbatur in quoddam monopolium, quod prohibitum eſt. vt. C. de monopol. per totum. ¶ Aduerte dicit Innocen quia in hoc allegabat priuilegium vel conſuetudinem, & fortè agebat poſſeſſorio interdicto vti poſsi. vel forſan cõfeſſoria. argu. ff. de ſerui. l. quoties.§. fina. ¶ Nec obſtat cõtrarium. Nam vt dicit Innocẽ. illud loquitur quando homines fraudulenter faciunt pacta ꝙ alijs non liceat vendere, vel ꝙ aliquos non inſtruant in aliqua arte, quod non licet: vt ibi hic verò nulla fraus. Sed agitur ex priuilegio vel conſuetudine, vt eſt dictum. vel illud nõ licet de perſonis vel rebus ſed de loco in quo fiat venditio, bene licet paciſci ſecundum Innocentium. ¶ Secundò opponitur ſuper verbo, reuocarent quia videtur quod decanus & capitulum malè petebãt. Nec enim prohibendi ſunt alij etiam lite pendente noua facere, dum tamen fiant ſine præiudicio iuris alieni. ſufficit enim, quòd non interſit aduerſarij. argu. ff. ſi ſerui. ven. l. loci corpus.§. in confeſſoria. &.§. ſe. ſecundum Innocen. ¶ Solutio dico, quòd oportet admittere contrarium vt patet ſtatim in verſi. ex parte. & in verſu finali vbi petitio Epiſcopi contraria admiſſa fuit vnde dicit Hoſti. quòd præpoſtera erat petitio cum de hoc ſolutio. i. de turbatione Epiſcopi ſecundũ Marti. ¶ Imò dic potiùs de eo quod petebant decanus & capitulum inter eos litigaretur: quoad miſſo videretur diffinitum negotium & in effectu videbantur velle, quòd daretur diffinitiua & demum cõteſtaretur lis: & poſteà ferretur ſen-

tentia. ¶ Vnde non erant audiendi. vt. C. de iuriſdit. omni.
iudi. l. iuris ordinem. & .ſ. de reſcrip. cauſam quæ. ſecundum
3 Hoſti. ¶ Tertiò opponitur ibi, *non habebat*. quia imò † ante
lit. conte. locum habet iudicis officium. vt ſi quis impediat
partem citatam coram iudice venire de offi. dele. c. j. & in cõ
tumace puniendo, de offi. dele. c. j. & in alijs quæ colligi poſ
ſunt iuſti de offi. iudi. c. j. & .ſ. de offi. iudi. c. ij. ſolu. aut quæri
tur an ſuper principali & dic quòd ſuper illo non habet lo-
cum officium iudicis & ita loquimur hîc. ¶ Aut quæris de
alijs acceſſorijs, vel incidentibus, quæ ſecundum naturam
vel ordinem iudiciorum habent expediri, ante litem conte
ſta. & tunc obtinet contrarium: hoc autem verum eſt, quòd
quanquàm ius vnius partis, vel vſum ipſius iuris, iudex non
debeat alteri parti concedere vel de illu ſe intromittere, po-
teſt tamen litigatoris iniuriam & violẽtiam repellere: & ex
officio coercere ſecundum Inno. & ad hoc. ff. de fur. l. æquiſ-
ſimum. & C. de iudę. l. nullus. ſecundum Hoſti. ¶ Et facit. ſ.
eo. cum teneamur. ¶ Adde tamen ad materiam oppoſitio-
nis notata hîc ſuper glo. penul. & quæ dicam. j. in ſuppletio
nibus dictæ gloſſæ. ¶ Quartò opponitur in fine decretalis.
ibi, *ſi de inhibitione huiuſmodi*. quia videtur quòd talis inhibi-
4 tio, non releuet Epũm: quia in † voluntate partis vel procu-
ratoris non eſt habere iudicem quẽ elegerit: imò dabit Pa-
pa quem voluerit. argu. ff. de iudi. l. obſeruandum dicit Inno
cẽ. quòd ſi Papa ſuo motu, & ex officio dediſſet iudices præ
iudicaſſet Epo, lapſus anni ſi non fuit ita hîc, imò procura-
5 tor quos nominauit obtinuit: habet enim † conſuetudo cu-
rię, quòd ſi impetrator contradicentem non habet obtinet
iudices quos nominat. ¶ Si autem contradictorem habet,
dantur de communi conſenſu etiam nominati per partes.
¶ Super quo remittit Hoſti. ad lecta & notata de offi. dele.
ſuper quæſtionum § verũ. & c. cũ olim magiſter. & de iudi.
c. exhibita. in fine. & de cauſa poſſeſ. c. cum olim. ¶ Quintò
opponitur quia hîc dicitur quòd dilatio præuenti non po
teſt: dilatio enim cenſetur quædam interlocutoria C. de di-
la. l. à procedente. & tamen interlocutoria reuocari poteſt:
igitur & dilatio vt. l. quod iuſsit. & c. cum ceſſante. ¶ Præue
niendo autem dilationem, iudex eam reuocare cenſetur: qa
facit actum contrarium. ſ. de conſti. c. cum. M. & ff. de acqui.
hære. l. illud. de quo hîc per Ber. in glo. iij. imò ex cauſa quan
doq; mutatio dilationis vt in dicta glo. Hoſtiẽ. videtur velle
ſoluere ſic, quòd ex cauſa poſsit hoc fieri vt in gloſſ. ſed ſine
cauſa, non: licet videatur ſeruari cõtrarium. quia multa per
patientiam & c. de præbend. cum iam dudum. refert tamen
aliquos dicere, quòd incontinenti, & ex interuallo in præ-
ſentia partium. Cum nullius intereſt, hoc poteſt iudex: ſi ve
rò alicuius intereſt, non poteſt ſine illius cõſenſu, niſi ſatiſ-
faciat de intereſſe. argu. ff. de interro. actio. l. de ætate § fina-
li. & de condi. l. ſi ob cauſam. & l. dedi. alij dicunt, ꝙ vbi con
ſenſerunt partes in dilatione de ipſarum conſenſu, eſt faci-
enda mutatio. Sed vbi non conſenſerint, ſine eis iudex hoc
poterit. j. de regu. iur. c. j. ſi iudex tamen ante terminum ve-
lit procedere, debet primò illi in terminum reuocare: & ſic
dicit Ab. Accur. reſpondiſſe magiſtro ſuo. Ad quod infra re
dibo. ¶ Sextò opponitur redeundo ad materiam ſecundæ
oppoſitionis quia imò videbatur, quòd decanus & capitu-
lũ bene petebant: quia petebant reuocari attentata per Epi
ſcopum poſt citationem per eum executam. & ſic lite pen-
dente. argu. eius quod legitur & notatur. in cle. ij. vt lite pen-
dente. ¶ Vnde metu huius oppoſitionis plures intellectus
hic inſurgunt. ¶ Aliqui enim intelligunt quòd Epiſcopus
conueniebatur, & quòd decanus & capitulum agebant con
tra eum tanquàm poſſeſſorem: & ſecundum hunc intelle-
ctum non obſtat contrarium: quia poſſeſſor vtendo lite põ-
dente ſua poſſeſsione, non attentat contra litem. ſ. vt lite
pendente. c. j. ¶ Alij quòd Epiſcopus agebat contra deca-
num: & capitulum tanquàm contra poſſeſſores: & ſic obſta
ret contrarium. Sed primus intellectus verior ſecũdum eos.
¶ Vel dic & melius, quòd decanus & capitulum agebant cõ
tra Epiſcopum, poſſeſſorio vti poſsidetis. dicentes ſe eſſe in
quaſi poſſeſsione illius iuris. & per Epiſcopum ſe turbari. &
peteũ. Epiſcopum ab illa inquietatione compeſci. & etiam
ante litem conte. imploraũ. iudi. offi. & ſupplicaũ. per offi-
cium à dicta turbatione compeſci. ¶ Et iſte eſt verus intel-
lectus: quia iſtud erat petere diffinitiuam ſententiam ante li
tis conteſtationem. & ſic nihil reſtaret aliud vt prædixi. s. ſe
6 cundum Inno. ſententia enim † quæ fertur ſuper interdicto
vti poſsi. diffinitiua eſt. vt dixi. ſ. de proba. licet & not. C. vti
poſsi. l. vna. argu. ſ. vt lite non conteſta. & in rubro & in ni-
gro & per totum. ¶ Et hunc intellectum etiam Lignanus re
putat veriſsimum licet gloſſ. non aperuerit ſecundum eum.
¶ Alij tamen dicunt, quòd decanus intentabat confeſſoriã:
quia decanus dicebat, quòd licet Epiſcopus eſſet in quaſi
poſſeſsione, huius iuris tamen competebat ſibi & capitulo
ex conſuetudine vel priuilegium. ¶ Deinde implorauit offi
cium, vt iudex mandaret Epiſcopo, vt non faceret ibi ven-
7 di: & iſtud eſſe non debet. quia † lite pendente quis non de-
bet priuari ſua poſſeſsione. xvj. q. iiij. volumus. vt lite pendẽ
te. c. j. & hîc intellectus etiam eſt verus in ſe. per quæ paten-
ter apparet ſolutio oppoſitionis. ¶ Septimò opponitur: qa
negligentia aut culpa procuratoris non impetrantis aut ma
lè impetrantis iudicem ſuper cauſa appellationis, non impe
dit curſum temporis vel effectum deſertionis. ff. quando ap
pel. ſit. l. j. in fine. & quod legitur & notatur. ſ. vt lite non cõ-
teſta. c.... quia imputet ſibi dominus, qui imperitum vel ne-
gligentem elegit. ff. de minori. l. cum mandato. & non alteri
parti cui ius quęſitum eſt per deſertionem. ſ. eo. perſonas. &
cum ſit. ¶ Solutio dicunt aliqui, quibus videntur Innocen.
& Lignanus applaudere, quòd Epiſcopus intimari fecerat
parti alteri ſuam inhibitionem. ¶ Vel ſi non intimaſſet, ad-
huc non tenet facta contra mandatum domini impetratio
licet intra mandatum bene præiudicaret. ff. manda. l. diligen
ter. ¶ Sed iſtud non ſoluit cõtrarium: quia licet impetratio-
nem dominus potuerit impugnare, non tamen per hoc ſe-
quitur quòd ex hoc potuerit deſertionẽ excuſare. ¶ Ideò di
cunt alij, quòd Papa hîc ex quadam æquitate ne videlicet,
malum factum & negligentia procuratoris domino præiu-
dicarent in modum cuiuſdam paternæ prouiſionis, euitato
reſtitutionis circuitu, ſuccurrit domino, eo modo quo hic
habetur contra ius commune: in quo ipſa oppoſitio eſt fun
data. ¶ Vel voluit Papa quòd ſi aſſerta in reſcripto reperirẽ
tur eſſe vera. ſ. de reſcrip. c. ij. mandatum iſtud haberet vim
reſtitutionis, videlicet ad appellationem proſequendam.
¶ Papa enim hoc potuit: quia iuris merè poſitiui vt poſt ex
lectis & notatis in cle. de immunita. & tanta erat æquitas ꝙ
etiam honeſtè hoc facere potuit: & maximè quia vnum im
pedimentum etiam modicam impediens cauſam appella-
tionis finiri intra annum: facit quòd ſecundus annus etiam
abſque ope reſtitutionis datur ipſo iure ipſi appellanti ad
ſuam appellationem proſequendum: vt. ſ. e. ex ratione. cum
his quæ ibi ſcripſi modò valde veriſimile eſt, quòd factum
procuratoris domino non ſit imputandum de quo hîc dici-
tur propter ſuam inhibitionem præſtitit impedimentum le
gitimum appellanti, ne appellationis cauſam poſſet perfice
re intra annum: & ideò hîc voluit Papa ipſum appellantem
abſq; ope reſtitutionis hîc ipſo iure audiri. & credo quòd
iſta ſit veritas.
¶ PRIMO quæritur iuxta materiam primæ oppoſitio
8 nis qualiter † ſeruitus illa non vendendi vel non coquendi,
in alio loco & c. alicui acquiri poſsit. ¶ Hoc tenẽdum quòd
ſi res & perſonæ ſint liberæ, talis ſeruitus non acquiritur tẽ
pore ſolo, quoad hoc vt alius prohiberi poſsit. quia non ob-
ſtante cuiuſquàm prohibitione, poſſum in meo ædificare.
C. de ſerui. l. altius. etiam vſq; ad cœlum. ff. de ſerui. l. fin. ff.
quod vi aut clam l. ſi. § pen. ¶ Et licet is qui aſſerit ſibi hoc
ex longo tempore competere, prohiberi non poſsit vti iure
ſuo. vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi quis diuturno. ff. de aqua quoti. &
æſti. l. hoc iure § ductus aquæ. tamen nec alium volentem de

nouo ædificare prohibere poteſt: niſi probet ſibi hanc ſer-
uitutem deberi.vel ex pacto cum prædeceſſoribus habito,
vel quòd fuerit aliâs prohibitus.occaſione iuris eiuſdem, &
acquieuerit & poſteà completa fuerit præſcriptio.& ſic po-
teſt intelligi.C. de ſerui.l.& in prouinciali. &.l.ſi manifeſtè.
argu.C.quæ ſit lon.conſu.l.j. & fortius ſi in contradictorio
iudicio fuiſſet lata ſententia.ff.de legi.l.cum de conſuetudi-
ne.¶ Pro quorum pleniori examinatione omnino videas,
quæ ſcripſi.ſ.titu.ij.c.de quarta in ſecunda oppoſitione. &
pluribus quæſtionibus illi oppoſitioni adiacentibus. & in
xix.quæſtionibus principalibus. & hoc verum , niſi domi-
nus villæ ſit ille,qui aſſerit ſibi deberi hanc ſeruitutem.viij.
diſtin.quo iure.¶ Quilibet ergo liber in re libera faciet qđ
liber:niſi quod vi, ſcilicet dominij.Aut quod iure ſcilicet
ſeruitutis prohibetur.Sic poteſt intelligi inſti. de libertis.§.
j.licet etiam acquiſita ſit ſeruitus in vna re vel cōtra vnam
perſonam:hoc non præiudicat alijs argu.ſ.de præſcri. audi
tis.de offi.ordi.c.dilectus.ad finem.ff.ſi ſerui. ven.l. loci cor-
9 pus.§.competit.in vna † tamen re,ſeruitus cum ſit indiuiſibi
lis,non poſſet pro parte acquiri.& pro parte non.ff.de ſerui
ru.l.pro parte.&.l.viæ.licet ad certam partem fundi quan-
doq; reſtringatur.ff.de ſerui.l.quinta.§ ſi.&.l.ſequenti.ſecun
dum Hoſtien.

¶ SECVNDO quæritur pone de conſuetudine præ-
ſcripta à tempore cuius initij hominis memoria nō exiſtit
certi mercatores ſalis & ferri ciuitatis Valentinæ prouin-
ciæ Vienneñ.dicunt ſibi competere hoc ius , ſcilicet quòd
nulli liceat emere ſal. vel ferrum intra certam ſummam in
dicta ciuitate niſi ab ipſis,nec vendere niſi ipſis, & non niſi
in certa parte ciuitatis quæritur vtrum talis conſuetudo de
iure valeat.¶ Et videtur quòd ſic per ea quæ ſcripſi in pri-
ma oppoſitione,& in quæſtione proximè præcedenti.¶ Itē
facit etiam pro hoc.l.ſanè. ff.de iniur.&.ff.de diuer.& temp.
ſi quis in fluminis publici diuerticulo.vbi licet acquirere in
re quæ eſt iuris publici:& facit etiam hæc decretalis & facit
10 quia † quod poteſt acquiri per priuilegium poteſt acquiri
per conſuetudinem:quia conſuetudo huiuſmodi loco con-
ſtituti habetur.ff.de aqua quotid.& æſti.l.hoc iure.§.ductus
aquæ.& tamen hoc poteſt haberi à principe ex priuilegio.
ff.de fluminibus.l.quominus.& quod ibi notatur per Bart.
¶ Facit quia imponere nouum pedagium pro bono publi-
co ſimpliciter eſt prohibitum.C. noua vectigalia imponi
non licere.per totum & tamen ſicut priuilegio ita conſue-
tudine introducibile eſt,vt.j.de verbo.ſigni.ſuper quibuſ-
dam.libertas enim de iure communi competens,de iure ſpe
ciali priuilegiato aut conſuetudinario recipit reſtitutionē.
ſ.de conſuetudi.cum dilectus.j.de verbo.ſignifi.Abbate.&
l.& teſtator.in pluribus caſibus prohibent emere vel vende
re extra genus certarum perſonarum, quos per ſe recolligat
ſtudioſus.¶ Sed anno domini mileſimo.cccxcix.die.xxiij.Se
ptembris. reſpondi contrarium in conſilijs & ſequuti me
fuerunt quinq; auditores,& vnus aduocatus. Et quia iſta cō
ſuetudo eſt irrationabilis in hoc: quia propter bonum pri-
uatum aliquorum priuatorum,bonum publicum commu-
ne omni nimium impeditur ſine cauſa.argu.C. de cadu.tol.
l.vna.in fine.C.de primipilo.l.vtilitas.libro.xij.¶ Facit quia
11 † conſuetudo oneroſa eccleſiæ non valet. de conſuetudine.
c.j.cui tamen comparatur res publica.C.de ſacroſan. eccle.l.
ſi.¶ Prædicta verò conſuetudo eſt oneroſa bono commu-
ni omniū & etiam eccleſiæ Valētinæ & pro hoc inducitur.
ff.de extraordi.criminibus.l.amouere.C.de mono.l. vna. &
C.de contrahē.emp.l.dudum.in quibus in ratione videtur
eſſe caſus.¶ Secundo probabam:quia conſuetudo quæ inui
tat ad delinquendum ſeu dat occaſionem delinquendi eſt
damnata.C.de furtis authentica nauigia.ſ.de conſuetudine
ex parte.& notat Innocen.eo.titu.in rubrica.ſic in propoſi-
to quia dicti mercatores qui dicuntur eſſe.vij.vel.viij. meri
tò ex hoc haberent occaſionem monopolium faciendi &
cōdicendi inter ſe nō niſi pro certo & vili pretio ſe emptu-
ros ſeq; pro certo & caro pretio vendituros.vt prædi.l.vna.
& ſic dicant ſe habere collegium, de quo non apparet nihil
videtur ad propoſitum:quia & Epiſcopus qui dominus eſt,
poſſet illud tollere:ſaltem quoad hoc propter euidens dam
num rei publicæ argu.j.de decimis ſuggeſtum.& quod not.
Innocen.j.de excel.præla.dilecta in fine.

¶ TERTIO quæritur occaſione eorum quæ ſcripſi.ſ.
in tertia oppoſitione quando iudex ſuum officium debeat
impartiri.¶ Circa quod diſtinguit Hēricus:quia aut iudex
vult ſuum officium impartiri de & ſuper principali : & ſu-
per eo quod principaliter in iudicium eſt deductum & non
poteſt vt hîc vbi petitio decani & capituli iudicis officium
implorando deſtruendo illa ſcalla erat præpoſtera.& de hoc
ſolo inter partes litigaretur:quare ſi admitteretur reputare
tur negotium diffinitum. ¶ Ideò non erant admittendi.ſ.
de reſcrip.cauſam quæ ſecundum Hoſtiē.hîc & in hoc con-
cordat Inno.in glo.fi.& Gof.hic in ſumma de offi.iudi.§.vl-
timo.in fine.& Hoſti.in ſumma.eo.titu.§. & vtrum deſide-
ret.verſi.hoc locum habet & Archidia.j.eo. non ſolùm. in
glo.huius ratio eſt lib. vj.&.xj.q.j.quia res.in gl.adde ſed ob-
ſtat quod dicitur.verſi.& no.quòd bene petitur &c. ¶ Aut
vult impendere officium ſuum ſuper alio,quàm ſuper prin
cipali & quòd principaliter in iudicium eſt deductum : &
tunc aut quæris vtrum non poſtulatus aut poſtulatus ſi nō
poſtulatus,tunc refert aut quæritur de officio iudicis reſidē
te in perſona iudicis,& tunc debet officium ſuum interpo-
nere non poſtulatus vt puta officium proconſulis pertinet
requirere delinquentes & huiuſmodi vnde hoc debet face-
re etiam non poſtulatus:vt.ff.de offi.præſi.l.congruit.de of-
fi.proconſulis.&lega.l.ſi in aliam.de hoc legi.& nota.ſ.de of
fic.dele.or.c.j. ¶ Aut quæris de officio iudicis reſidente in
perſona partis & tunc aut eſt officium tale, quòd illud exhi
bere intereſt non ſolùm partis Sed alterius vt quia & partis
& iudicis intereſt & tunc debet interponere officium ſuum
non poſtulatus:vt verbi gratia appellati à ſententia iudicis,
qui te condemnauit poteſt ex iure tuo petere quòd tradat
tibi Apoſtolos ſiue libellos dimiſſorios: & hic intereſt tua.
& etiam iudicis à quo appellatur.& ideò poteſt ſine aliqua
petitione eos tibi dare cum appellaretur ab eo.vt.C. de app.
12 l.eos.§ fina.¶ Item † iudex terminum datum ſeu aſſignatum
per eum poteſt mutare ex cauſa: vt quia ad illū terminū vo-
care non poteſt.vt dictum eſt.ſ.in proxima diſtin.¶ Ad idē
facit quod legitur & notatur.ſ.de excep. pia in fine. libr.vj.
Aut eſt tale officiū,quod illud exhibere intereſt ſolius par-
tis,& tunc aut eſt talis perſona , quæ neſcit vel non poteſt,
vel ſibi honeſtum non eſt poſtulare officium iudicis,& tūc
vltro officium ſuum præſtare debet. vt ſi eſt mulier vel mi-
nor,qui neſcit petere,vel ſacerdos cui ſanctitas vitę ignoſcē
di gloriam derelıquit.Nam iudex tunc interponit officium
ſuum non poſtulanti & dabit ſibi aduocatum.ita intellige.
ff.de offi.proconſu.& leg.l.nec quicquam.§.obſeruare. & de
Epiſ.& cle.l.ſi quis in hoc genus.ſacrilegij.&.xvij.q.iiij.§.qui
autem.aut intereſt partis tantùm ,& ipſa pars talis eſt , quæ
poteſt & ſic officium iudicis implorare & tunc refert ſecun
dum mentem Accur.ff.de dam.inſec.l.ſi quis miſſum in fin.
& Dyni.eo.titu.l.iij.§.hoc autem iudicium.quia aut lis nō-
dum eſt conteſtata.& tunc iudex non exhibet nec imperti-
tur officium ſuum,niſi poſtulatus ita intellige hîc & .ff. de
dam.inſe.l.iiij.§.hoc autem iudicium de naufragio.i.de ſub-
merſis.C.de poſtul.l.prouidendū.¶ Aut lis eſt contra & iu-
dex poſt lit.conte.vult etiam non poſtulantis ſuum officiū
impartiri,& dicit quòd poteſt ſecundum eos. vnde Dynus
13 vbi.ſ.dicit,quòd poſt li.conteſta iudex † poteſt etiam parte
non petente, facere condemnationem expenſarum. argu.ff.
de ædil.edi.l.ædiles.§.ſciendum.¶ Et in iſtam opinionem vi
detur declinare Cynus.C.de indi.l.properandum.§.ſinantē.
alterutra.ſi quæris nunquid poſſit ſuum officium impende
re poſtulatus. Tunc dic quòd ſic.c.inſuper.hîc quæ ad ſuum
officium pertinent vt.ſ.de offi.iudi.c.j. & hoc nedum poſt

litem conte. Sed etiam ante vt ibi &.ſ. de offi. ordi. ex parte
tua. & inſti. de offi. iudi. per totum. ſecundum Inno. & Hoſt.
hic idem notat Hoſti. in ſumma de offi. iudi. § & verum reſi-
deret. & ſ. de offi. iudi. c. ij. licet Ber. ibi in glo. finali contra-
dicens, quòd non imploratur ante litem conteſta. per iſtud
capitulum & malè.
¶ QVARTO quæritur ibi, *conteſtata*. quid ſi lis fuiſſet
iam ſuper principali negotio conteſtata. ¶ Ecce putat Inno.
quòd lite conteſtata ſi aliquid noui fieret, etiam pendente
termino, iudex poſſet & deberet impendere ſuum officium
inhibendo, & reformando. argu. xj. q. j. quia nec res nec. ob. l.
ſiue pars. C. de dila. quia intelligitur de proceſſu principalis
negotij, vel ſuper iniurijs antiquis, ſuper quibus eſt ſenten-
tia diffinitiua expectanda. ¶ Super nouis enim vel nouiter
ortis, ſatis æquum eſt, quòd procedat maximè in illis caſib⁹,
in quibus mora eſt periculoſa. ff. de ferijs. l. j. § fi. & l. ij. & iij.
¶ Sed pone quòd capitulum coram delegato vult propone
re de his quæ fecit Epus poſt citationem, circa rem de qua
agitur. nunquid poterit delegatus de hoc cognoſcere? ¶ Di
cit Inno. ſe credere quòd ſic: quia iuriſditio eius per citatio-
nem perpetua eſt. ſ. de offi. deleg. gratum. & quia non debet
ire ad diuerſos iudices. argu. ff. de libe. cau. l. ſi pariter. allegat
Hoſti. de reſcrip. c. fi. & eu. titu. c. diſpendia. lib. vj. & ſ. vt lite
pendente per totum. ¶ Sed nunquid delegatus cognoſcere
poteſt, de eo quod etiam ante citationem Epus doloſè feciſ
ſet dicit Inno. quòd ſic. per capitulum primum. ſ. de alie. mu.
iudi. cauſa facta. ¶ Subdit tamen, quòd in his quæ accidunt
ante litem cõte. non procedat iudex, niſi libello dato & alio
ordine obſeruato in his autem quæ accidunt poſt litem cõ
te. vt ſi detur damnum in re petita, vel fiat violentia in fru-
ctibus exinde perceptis & ſimilibus iudex impendet officiũ
ſuum de plano, iuris ordine non ſeruato: vt prædi. l. ædiles §.
Item ſciendum. & ff. de aqua plu. arcẽ. l. ſi tertius § officium.
refert tamen Inno. alios dicere, & fortè melius ſecundum eũ
quòd licet ſuper nouis iniurijs poſt litem conteſta. commiſ
ſi poſſet iudex officium ſuum impendere. ¶ De his tamen
quæ ante litem conteſt. contingunt, non poteſt cognoſcere
delegatus in modum interdicti vel actionis: quia non ſunt
commiſſa. argu. ff. de arbi. l. de his. ff. de iudic. l. non poteſt. ſ.
de reſcrip. c. ad hæc. & c. fina. ¶ Et hoc verum eſt, in his quæ
non veniunt in vim illius actionis, quæ tunc deducitur &
in quibus opus eſt noua actione: vt in prædictis caſibus,
& in actione ex ſtipulatu, & alijs ſtricti iuris, in quibus nec
damna nec fructus veniunt iure actionis. ſecus autem eſt in
actionibus bonę fidei & in arbitrarijs in quibus per officiũ
veniunt non ſolùm damna data, ſed etiam fructus, & nõ ſo-
lùm recepti ante literarum impetrationem ſed etiam poſt
ea. ¶ Quandocunq; neceſſe tamen eſt, hoc peti. de quo. ſ.
de reſti. ſpo. c. grauis. ¶ Sed probantur hęc. ff. de dolo. l. & ele
ganter § non ſolùm. ff. de actio. emp. l. Iulianus § offerri. & §.
ex vendito. ſecundum Inno. allegat Hoſti. ff. de actio. emp. l.
iij. ff. de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. & l. ſequ. ¶ Sed
Hoſti. dicit prædicta locum habere, quoad fructus & expẽ-
ſas intereſſe & ſimilia. Sed poſt citationem violenter inno-
uata per partes credit poſſe reformari, etiam per delegatũ,
& ſine libello & conteſtatione: & quoad hoc, credit litem
pendere poſt citationem & etiam ante litis conteſtationẽ.
vt. ſ. de conſti. c. cum. M. ad finem. & vt lit. pen. c. j. & vlti. &
de deſpon. impu. c. ad diſſoluendum. & de accuſatio c. olim.
¶ Et id quod circa hoc notat Vin. vide ad literam in Spec.
de offi. iudi. § deſeruit. verſi. ſed quæritur. quando domini ta
men Hoſt. de pendentia litis, intellige ſecundum lecta & no
tata in cle. ij. vt lite pen. nec obſtat ſecundum Hoſti. quod di
citur, quòd ea quæ poſt datam literarum accident non videẽ
tur delegato commiſſa: vt. l. de his. & l. non poteſt. & c. ad
hæc. & c. finali. de reſcrip. ſuperiùs alle. quia illud verum eſt,
de non tangentibus cauſam, & in his per quæ iuriſditio nõ
turbatur. Nam ſi cauſam tangerent vel iuriſditionem impe
dirent in eis iuriſditionem. ¶ Non haberet etiam cõtra tot
tiot turbatores & violentiam inferentes vt. ſ. de offi. dele. c.
14 j. & c. ex literis. omnia † enim intelliguntur commiſſa, ſine
quibus iuriſditio exerceri non poteſt. de offi. dele. præterea.
& c. prudentiam § penul. & finali. & dat terminos de impe-
tratore, qui facta citatione & forſan oblato libello, ſpoliauit
reum fundo vel eccleſia, quam petebat. ¶ Abſurdum enim
eſſet ſecundum eum, quòd reus ſuper hac violentia haberet
libellum offerre: & fieret de poſſeſſore petitor. vnde delega
tus cuius iuriſditio impeditur, & cuius natura conditionis
mutatur ex officio ſuo, de plano illud in ſtatum priſtinum
reformabit. ſ. de conſti. c. eccleſia. & aliâs ex violentia ſua, &
ex dolo ſuo actor haberet commodum non paruum, ſed ma
gnum vt patet inſti. de interdi. § commodum. & ff. de rei vẽ.
l. is qui deſtinauit. & ſ. de proba. ex literis. nec mirum: quia
15 † delegatus ratione acceſſorij, etiam in extraneos ſuam iu-
riſditionem exercet: etiam in principaliter non commiſſis
de offi. dele. c. j. Et per conſequens fortiori ratione hoc ratio
ne acceſſorij poterit inter partes coram eo litigantes: argu.
ſ. de offi. dele. P. & G. & quod ibi notatur & de reſcrip. non-
nulli. & c. ſignificante. & c. Rodulphus. & c. ſignificauit. ſecũ
dum eum. ¶ Viſis autem dictis Innoc. & Hoſtien. diſtingue
quia aut quæritur an iudex etiam delegatus poſſit ſe intro-
mittere, & qualiter de his quæ contingunt ante litem conte
ſtatam aut de his quæ contingunt poſt litem conte. ¶ In pri
mo caſu ſubdiſtingue quia aut quæritur de his in quibus cõ
tra litis pendentiam. i. ſuper his ſuper quibus lis pendet in
præiudicium partis vnius per partem aliam, ſeu ad inſtan-
tiam partis alterius, attentatur & tunc procedit ſuper his
delegatus ex officio, ſine libello & conteſtatione: & ſic pro-
cedunt lecta & notata in cle. ij. vt lite pen. de quo ſcripſi ple
niſsimè in prædicta clemen. ¶ Aut quæritur de his ex qui-
bus iuriſditio ipſius delegati impeditur, offenditur, ſeu tur
batur & in his procedit etiam ex officio delegatus, etiam in
extraneos aduerſus quos cauſa ſpecialiter commiſſa nõ fuit
& fortius aduerſus partes corã eo litigantes, vt patet in his
quæ leguntur & notantur. ſ. de offi. dele. c. j. & ſ. de offi. ord.
c. j. ¶ Aut quæris de alijs in quibus contra litem vel iuriſdi-
tionẽ, non attentatur & tunc aut quæritur de negotio prin
cipali. hoc eſt de his ſuper quibus eſt litis conteſtatio fienda
cauſæ cognitio habenda, & ſententia ferenda, & ſuper his
non poteſt ſe intromittere ante lit. conte. & ſic loquitur iſta
decretal. ¶ Aut quæritur de acceſſorijs ad negotium princi
pale, & tunc aut quæritur de illis acceſſorijs ſuper quibus
ſpeciali & expreſſa petitione eſt opus. ¶ Et tunc dic idem,
quod in caſu proximè præcedenti ex identitate rationis, &
ſic procedunt quæ ſcripſi poſt Inno. ſ. eo. quæſtione. verſi. de
his tamen quæ ante litis conte ¶ Aut quæris de alijs acceſ-
ſorijs, in quibus noua petitione non eſt opus & tũc aut ſunt
talia, quæ litis conteſtationem pro fundamento requirunt,
vel quæ ſecundum ordinem iudiciorum ſolùm, poſt li. con-
teſta. fieri habent, & tunc circa illa ante li. cõte. nihil poteſt
facere iudex, niſi in caſibus ſpecialiter ſibi à iure conceſsis.
ſ. vt lite non conte. in rubro & in nigro. & c. quoniam fre-
quenter. & per totum & C. de ſenten. l. prolatam. ¶ Aut quę
ritur de alijs acceſſorijs li. conteſtationem pro fundamento
non requirentibus, & quæ ſecundum rectum iudiciorũ or-
dinem debent, vel poſſunt litis conteſtationem præcedere:
& tunc in iſtis poteſt delegatus ante li. cõte. ex officio pro-
cedere: vt patet in his quæ ſcripſi. ſ. eo. c. in tertia oppoſitio
ne. ¶ In ſecundo autem caſu, videlicet cum quæritur de his
quæ contingunt poſt litis conteſtationem. Diſtingue: quia
aut quæritur de negotio principali, aut de his ſuper quibus
litis cõteſtatio facta eſt: & tunc dic quòd procedetur ſuper
his, ſicut requirit ordo iudiciarius, puta ad teſtium, vel alia-
rum probationum receptionem, & ad concluſionem & ſen
tentiam, vt prædicta. l. prolatã. cum ibi notatis in gloſ. ¶ In
alijs autem dic vt dixi in primo caſu principali. & ſ. eo. quæ
ſtione in verſi. autem in his quæ accident ex identitate. imò
ex maioritate rationis & quę dixi in delegato, obſerues etiã
in ordi-

in ordinario à fortiori ratione.
¶ QVINTO quæritur ad declarationem quintæ op
16 poſitionis & ſecundæ gloſſæ Ber.qualiter † iudex dilationẽ
vel terminum à ſe datum mutare poſsit? ¶ Circa quod di-
ſtinguit Henricus:quia aut ambæ partes in hoc conſentiũt,
& tunc poteſt ſecundũ omnes aut eis inuitis ſeu altera ipla-
rum inuita,& tunc non poteſt ſine cauſa.vt prædicta.l. ſiue
pars.aut cum cauſa & tunc poteſt ſecundum Hoſtiẽ. dum-
modo partibus hoc ſignificet ſecundum Abbatem. vt ſcri-
pſi.ſ.in.v.oppoſitione. ¶ Aduerte hic ſunt duæ difficulta-
17 tes,prima eſt,an † poſsit iudex mutare dilationem per ſe da-
tam pro ſuo arbitrio,etiam ſine cauſa.¶ Secunda eſt vtrum
hoc cenſeatur tacitè facere ad actum contrarium proceden
do,vt quia pendente dilatione ad probandum,citat ad con
cludendum vel ad ſententiam. ¶ Circa primam difficulta-
tem diſtinguas ſic: quia aut quęritur an poſsit.i.debeat hoc
facere,ſine cauſa & dico quòd non , & ſic procedit dictum
Hoſti.imò ſi hoc fecerit ſine cauſa,pars contra quam hoc fa
ctũ fuerit,ſi ex hoc inſurgat grauamẽ,ab hoc poterit appel-
lare vt.ſ.eo.c.de ap.&.c.ſe.&.c.vt debitus. ¶ Et ideò conti-
nuò appellantes à repoſitione in ſtatu , denuo appellant in
palatio apud auditores.¶ Sed ſi grauamen non ſit notabile,
non audiuntur appellantes:vt.ij.q.vj.non ſolent.¶ Aut quę
ritur vtrum poſsit ſine cauſa hoc facere,ſic quòd reuocatio
de iure valeat:licet hoc de iure facere nõ deberet,vt ſic pars
ex hoc grauata,neceſſe habeat appellare:& tunc dico quòd
ſic:& ſic procedunt.l.quod iuſsit.&.c.cum ceſſante.& ita ſer
18 uatur in palatio.Apoſtolico. Dicunt enim , quòd officium
iudicis,pendente dilatione conquieſcere debet: & in prædi
cta.l.ſiue pars.& ex hoc inferunt quòd quicunque proceſſus
factus per iudicem,dilatione pendente ipſo iure eſt nullus,
& per cõſequens tacitam reuocationem inducit:quia quod
nullum eſt,effectum iuris inducere non poteſt.ĩ.de ſpon.c.
ad diſſoluendum.& de regu.iur.c.non præſtat.li.vj. ¶ Tum
verò circa hoc ſit diſtinguas:quia aut apparet quòd tunc re
cordabat iudex de dilatione : puta expreſsè vt quia de dila-
tione expreſſam faciebat mentionem vel tacitè vt quia fa-
ctum erat ſuum proprium atq; recens.ff. pro ſuo.l.fin.&.ſ.
de reſcrip.ab excommunicato.¶ Aut non apparet,imò ve-
riſimile eſt,quòd recordaretur de dilatione:vt quia erat aſsi
gnata per prædeceſſorem.ĩ.de regu.iur.cum quis in ius. lib.
vj.vel ſi ab ipſo plures dies fluxerãt,ſic quòd poterat ex hoc
cauſari obliuio , maximè in antiquo iuxta ea quæ ſcripſi in
prædicto.c.ab excommunicato.¶ In primo caſu ſubdiſtin-
gue.¶ Aut apparet tacitè vel expreſsè , quòd vult dilationẽ
durare & proceſſum dilationi contrarium valere , & tunc
dic,quòd non valet quod agit,tanquàm ab eo qui eſt ſibi cõ
trarius.ſ.de oſſi.dele.cum ſuper.&.ff.de regu.iur.l.vbi repu-
gnantia. ¶ Aut non apparet de hoc tacitè vel expreſsè , &
19 tunc dico,quòd cẽſetur dilationem velle reuocare:iſta † eſt
enim natura contrariorum, quòd poſitio vnius eſt remo-
tio alterius.xxxij.q.j.cum renunciatur.ſ. eo. ſolicitudinem.
&.l.illud.&.c.cum.iij.alle.argu.C.de neceſſarijs ſeruis hære-
di.inſti.l.penul.&.ff.de procura.l.Pomponius.§.ij. cum ſimi
libus.¶ Fateor tamen,quòd ſi tacita reuocatio eſt iniurioſa
& grauoſa , pars grauata ab ea poterit appellare , eo modo
quo ſcripſi in difficultate proximè præcedenti. ¶ In ſecun-
do verò caſu principali , dico quòd non cẽſetur dilationem
reuocare:quia ignorans non diſponit de eo quod ipſe igno-
rat:vt.ff.de inoffi.teſta.l.mater.§.cæterum.& de iuriſdi. om.
iudi.l.ſi per errorem.nec impedimentũ tollit,qui illud igno
rat.ff.de excu.tuto.l.Vlpianus.in fine & de re iudica.l.quidã
conſulebant.inſti.quibus manumit.non licet. in princip. &
inſti.qui da.tu.teſta.po.in prin.arguendo à contrario dicta-
rum legum. ¶ Putarem tamen valere proceſſum ipſo iure,
tanquàm factum à iudice interim ſuam iuriſdictionem , con
tra ius partis & non contra ius conſtitutionis.ff.quæ ſentẽ-
tię ſine appel.reſcin.l.j.&.C.quando prouo.non eſt neceſſe.
l.ij.& ideò appellatio non eſt neceſſaria per prædicta iura
exprimendo cauſam propter dilationem &c.ſ. eo. vt debi-
tus.&.c.cordi.& cle.appellanti.eo.tit.¶ Nec obſtat hæc de-
cre.quia licet dicat appellari poſſe,non dicit proceſſum nul
lum.¶ Nec obſtat.l.ſiue pars.qualiter dicat,*quòd eo vſque iudi
cis officium conquieſcat*.non irritat proceſſum factum in con-
trarium:& ideò non eſt nullus. ¶ Nec obſtat quòd facta cõ
tra legem non valent.C.de legi.l.non dubium.& de regu.iu.
c.quæ contra ius.lib.vj.quia illud fallit in ſententijs quæ fe-
runtur contra ius conſtitutionis,& non contra ius partis.vt
ff.quæ ſen.ſine appel. reſcin.l.j. &.C. quando prouo.non eſt
neceſſe.l.ij.alle.& etiam fallit in iuribus perpetuam cauſam
prohibitionis non habentibus,vt not.per Ber.in.c.ij.de ſpõ
ſa.duorum.& per Ioan.in cle.j.de iure patronat.¶ Modò ſic
eſt in propoſito , quia hic eſt actus iudicialis , & ius de quo
hic loquimur perpetuam cauſam non habet:quia imò regu
lare eſt,quòd iudex talem dilationẽ reuocare poſsit expreſ-
ſè.vt patet in præcedentibus,& per conſequens etiam taci-
tè.vt.ff.de legi.l.de quibus.§.j.verſi.nam quid intereſt.
¶ SEXTO quæritur vtrum ſit hoc indiſtinctè verum
20 † quòd dilatione pendente , iudicis officium conquieſcere
debet.¶ Cynus in prædicta.l.ſiue pars.dicit quòd hoc fallit
in caſibus ¶ Primus caſus eſt, quando ſubeſt cauſa dilatio-
nem abbreuiandi.ff.de arbi.l.qualem.in fin. ¶ Secundus ca-
ſus eſt,vbi probabiliter timeretur , quòd pars debitrix pen-
dente dilatione fugere poſſet:argu.ff.de his quæ in frau.cre-
di.l.ait prætor.§.ſi debitorem.¶ Tertius caſus eſt,ſi ille arti-
culus ſuper quo vellet procedere,eſſet alius ab illo articulo,
21 ſuper quo illa dilatio eſſet data nam data † dilatione ad vnũ
articulum,poteſt procedi ſuper alio.vt.C.de re.cre.l.genera
liter.§ his autem & hoc verum,dummodo ille alius articu-
lus.verſu nullo tamen vero ſit ab iſto ſeparatus,& ei non cõ
nexus.alias ſecus.vt.ſ.eo.ſuper eo.
¶ SEPTIMO quæritur quæ eſt ratio decidendi?dicit
Collectarius ſecundum Abbatem quòd ratio decidendi eſt
quia hic decanus.& capitulum,elegerunt viam ordinariam.
¶ Et ideò ad extraordinariam viam reuocationis, vel inhi-
bitionis non potuerunt habere recurſum:remittens ad Ar-
chidia.ĩ.c.non ſoltlm.lib.vj.Et ad Specu.de offi.iudi.§.defi-
cit.& ſic dicit poſſe intelligi de li.conte.c.j.lib.vj. ¶ Inducit
colla.ſua.ex parte.¶ Sed melior ratio eſt,quia cognoſcere de
principali ante fundatum iudicium ſuper eo eſſet rectum iu
diciorum ordinem peruertere contra.l.prolatam.C. de ſen-
ten.vt dixi.ſ.¶ Supple glo.in glo.ij.ibi,*maximè*.idem Innoc.
& Hoſti.imò vt dicit Hoſti.de illo opere quod poſt li. cõte.
factum eſt nouo iudicio eſſet agendum.argu.ff.de aqua plu.
arcen.l.hactenus. in fi. & ibi,*ſolutio contrarium*.de le.ſi tertius
eo.titu.§.officium.in glo.iij.ibi,*conquieſcit*.& ſic videtur plu-
res dilationes ad diuerſa ſimul dari non poſſe : de quo vide
in Specu.de dila.§.deliberatorię.& verſi.ſequenti & ibi,*dice-
re autem*.altâs eſt.§.ſub.l.qualem.*& in fine*.in gloſſ. penultima
ibi,*recuſari*.vide quod in textu.dixi.ſuper verſi. litigandum.
& ibi,*argumentum contra*. ¶ Hoſtien.dicit quòd eſt ſimile.Si
22 † enim proponitur officium iudicis loco actionis , planum
eſt quòd atteſtatio eſt neceſſaria. ¶ Si verò imploratur iudi
cis officium deſeruiens actioni,& illud litis cõteſtationem
requiret:quia nec nudè deſeruiet actioni. Si autẽ hoc intel-
ligas de iudicis officio,quod imploratur de plano,hoc non
poteſt eſſe : quia illud non imploratur , quoad hoc vt prin-
cipalis quæſtio diminuatur . Sed tantùm circa acceſſoria,
hic verò implorabatur circa principale : vt ſequitur. mira-
tur autem Nouella de Hoſtien .qui contrarium ſolubile
vult dicere,ſcilicet quòd verè contra dicit in eo quod ibi di
citur,quòd ante litis conteſta.locus eſt implorationi officij
iudicis hic dicitur contrarium.¶ In gloſſa vltima.*in generali
clauſula*. ¶ Hoſtien. dicit , quòd oppoſitio gloſ.procederet,
vbi contra expreſſam inhibitionẽ, iudices elegiſſet.Sed ve-
niendo contra ipſum , non præiudicauit domino : vt in
principio gloſſæ.¶ Et ideò ipſo iure ſine reſtitutionis bene
ficio,ſeruatur illęſus:quia non eſt quod ſibi debeat imputa-

ri:remittit.ſ.eod.ex ratione.*&* *in fine*.&.ſ.de iudi. exhibita.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis priuilegium eſſe, quod in ea procedi poſſit lite non conteſtata propter contumaciam partis.*
2 *Appellans ante ſententiam, quòd neceſſe habeat duo facere.*
3 *Iudex & appellatus in quibus comparentur.*
4 *Appellantis arbitrio relinqui, an appellet vel non.*
5 *Iudex ſi appellationem admiſerit quòd non ſit neceſſe iudicem appellationis ſuper tali appellatione probationes requirere.*
6 *Non appellaſſe fingi eum qui appellat ante ſententiam, niſi vera ſit cauſa expreſſa.*
7 *Excipienti bonum conſilium eſſe ſi ſe offerat paratum exceptionem probare.*
8 *Excommunicationem ſtatim ligare.*
9 *Præcauendum eſſe quod vituperari poteſt.*
10 *Exceptioni tacitè ineſſe quod probandi onus ſubire debeat excipiens.*
11 *Probationem realem oblatam & repulſam iuſtificare appellationem.*
12 *Probatio realis quando probata eſſe dicetur.*
13 *Iudicem appellationis duplex gerere officium.*
14 *Propoſitionem & oblationem partis & repulſionem iudicis iuſtam cauſam appellandi inducere.*
15 *Verbum probaturum ſignificare probationes futuras magis quàm præſentes.*
16 *Mutari non debere quæ longam interpretationem habuerunt.*
17 *Iudicis eſſe, tendere litem ad finem.*
18 *Factum poſt appellationem non caſſari extra iudicium, ſi probetur veritas cauſæ.*
19 *Appellatione per appellatum non recepta, nunquid poſſit appellans cauſam coram iudice appellationis proſequi?*
20 *Sententiam ratam manere, ſi poſt eam latam à tempore appellationis, lapſus ſit annus.*
21 *Diem interpellare pro homine.*
22 *Defendere eſſe id facere quod faceret dominus ſi præſens eſſet.*
23 *Contra abſentem non contumacem non procedi poſſe.*
24 *Appellatio nunquid ſit eadem cauſa cum principali.*
25 *Appellationem non eſſe niſi quædam reuocatio iudicij.*
26 *Conuentionis & reconuentionis cauſæ nunquid ſint eædem.*

¶ CAP. LXX.

INterpoſita. ¶ Quatuor habet in ſumma ſatis in textu ſummata eſt. ¶ Expone literam. *probare*. corā iudice appellationis. *non doceat*. quòd hic dicit Goſ. dixi. ſ. eo. ex parte. vbi de hoc per Nouellam in fi. magnæ glo. & habet hoc tantùm locum ante ſententiam nec poſt licet appellare, ſine vllo grauamine, ſecundū Inno. probaturum coram iudice à quo appellauit. *admiſſus*. ſupple & propter hoc appellaſſet. aliâs approbare non ſufficeret. ſ. eo. dilecto. in fi. ſecundum Hoſti. & Petrum. Itē ſupple. & in appellatione expreſſiſſet, vt in cle. appellāti. ǰ. eo. *eidem quoque* §. & ſecundum dictum ſed non habet locum in appellatione extraiudiciali. vt no. Inno. de cle. cum inter canonicos. & ſ. eo. bonæ. Collec. *ab aduerſario*. ſcilicet appellato *ad contradicendum*. tantùm. ¶ Dicit tamen Collect. quòd hîc non habet locum, vbi appellatur à diffinitiua: quia illo caſu indiſtinctè oportet procuratorem mittere ſecūdum Ber. de renunci. veniens in fi. ¶ Refert tamen Hoſti. idem dicere, cū appellatur à diffinitiua. *eidem*. ſcilicet appellanti. & idem de appellato, eadem ratione quia æqualitas inter eos eſſe debet & oo. ſ. eo. ſæpe. *ſit parata*. & ſic hoc potuit ab initio. & re integra. & non ex poſtfacto vt hîc. vt. c. coram. & intellige verſi. iſtum eidem quoq; &c. dato quòd appellans terminum ſuæ appellationi præfixerit. & ſic iſta pars declarat capitulū ſæpe. & capitulū Nicolao. ſ. eo. ſecundum Colle. qui ſic credit intelligendum capitulum veniens. de renunci. ſic vbi appellatio recipitur à iudice, & approbatur à parte fallit tamē in caſu. c. quamuis. de ele. lib. vj. ¶ Qualiter autem ab appellatione recedi poteſt. notat Card. ǰ. eo. cum appellationibus. lib. vj. circa medium. ¶ Et quod hic dicitur in verbo, ſuper
1 hoc. dic ſecus ſuper prīcipali, de quo. ſ. e. per tuas. & ſic † no.
priuilegium appellationis. ſcilicet ꝙ poteſt procedi in ea, lite non conte. propter cōtumaciam partis. Sed partibus præſentibus, ſi appellatur à diffinitiua, neceſſarij ſunt lit. conte. & libellus. de teſtamentis. Raynutius. & c. Raynaldus. & de in integ. reſti. tum ex literis. in fi. & ſ. eod. per tuas. à contrario & per Hoſti. in ſumma. eo. ti. § quis ſit effectus. Sed ſi appelletur ab interlocutoria ſecus ſecūdum Archi. de iuramēto calum. lib. vj. ¶ Et per hoc ſaluatur dictum Inno. & Hoſt. de foro compe. cum contingat. vbi notant in cauſa appel. libellum non eſſe neceſſarium intelligēdo illud vbi datus eſt in principali quia tunc ſufficit ille: aliâs ſecus. vt ſatis probatur. ſ. eo. per tuas. in eo quod ibi de litis conteſtatione loquitur ſecundum Collec. *impetrare*. ſupple. nec eo caſu cōtumax reputaſ. licet &c. ille denique § eſt & pars tertia. *delegata*. quaſi diceret ꝙ ſi ſemel cauſam delegaſſet, conſtitutionem factā non de facili reuocaret, quod dic vt no. ſ. de iura. calum. cauſam, quę & vt li. nō conte. accedens. ij. *propter hoc*. ſimile. ſ. de procu. c. cum pro cauſa. & c. auditis. & ſ. de ele. vt prꝺteritę. & ſ. eo. Nicolao *condemnandus*. ipſe appellans. & ſic nō habebit appellatus, quid conqueri. & hoc intelligunt Pe. & Abb. quando non habuit iuſtam cauſam appel. allegat Pe. de eo ꝙ mit. in poſ. c. cum veniſſent. ¶ Abbas autem dicit ꝙ ſi appellans dicat iudicem bonū virum, & ex mēte non grauaſſe, & ꝙ contentaretur, ꝙ ipſe de cauſa cognoſceret reuocando grauamen, non eſſet locus condemnationi. *ſane* §. & pars. iij. *contumaciter*. quia citatus per iudicem appellationis non venit vel non venit in termino. de quo. ſ. eo. ſæpe. *ſuper hoc*. ſcilicet, ſuper redemptione probationis grauaminis Hoſti. *appellationis articulo*. ergo etiam in cauſa appellationis facienda eſt litis conteſta. de hoc. ǰ. de teſta. c. Raynaldus. in. j. gloſ. *hoc caſu*. ſcilicet cum appellatur ante ſententiam. ¶ Nota primò
2 ibi, eſſe verum ꝙ † appellans ante ſententiam, neceſſe habet
duo facere primum eſt, quia cauſam grauaminis à quo appellat, debet exprimere: de quo ſatis ſcripſi. ſ. eo. conſtitutus. ij. & in. c. vt debitus. & dicam ǰ. eo. cordi. ¶ Secundum eſt: quia habet neceſſe probare veritatem cauſæ: vt hîc. & ſ. c. proxi. & c. ſignificauit. & de excep. dilecti. in fi. & c. ſignificauerūt. in fi. & de iudi. c. exhibita. & de libel. obla. c. ij. & iij. & de reſcri. & c. ſignificauit. & duobus capitulis ſequentibus. imò & neceſſe eſt alia probari. de quibus dixi. ſ. eo. dilecto. ¶ Secū-
3 dò nota in verbo, *ab aduerſario*. ꝙ æquiparantur in hoc † iu-
dex & appellatus quia in vtriuſq; poteſtate eſt, appellationē approbare. ¶ Vnde appellatus etiam inuito iudice approbat appellationem contra ſe factā, & illam proſequitur, niſi appellans re integra appellationi renunciaſſet tacitè vel expreſsè. ſ. eo. ſolicitudinem. & c. directę. ¶ Et intelligit Hoſt. rem integram, cum iudex non admiſit appellationem, antequàm iter arripuerit vel nuncium miſerit pro appellatione proſequēda. ſed poſteà no. ar. ſ. e. c. dilecti. & c. meminimus. dummodo non interſit appellati. vt quia occaſione proſecutionis, alter non haberet renunciare, niſi ſatisfieret appellato. ǰ. c. proxi. & ſ. eo. intimaſti. & c. cōſentiente. ¶ Sed & quāuis diſpliceat appellato, poteſt iudex appellationem admittere, & habebit tunc neceſſe appellans, ſuperiorem adire: vt euitet damnum cauſæ ſed vt dicit Hoſti. in termino aſsignādo, æquiparantur iudex & appellans: vt. ſ. eo. perſonas. & c.
4 oblatæ. ¶ Solis † verò appellantis arbitrio relinquitur, an
appellet vel non, & ſub qua forma. ¶ Sed caueat, ne erret in forma. c. j. ǰ. eo. lib. vj. arbitrio verò appellati relinquitur, an principale negotium ſit in curia vt ibi approbetur. & dicit Hoſti. ꝙ ob iudicialem reuerentiam, iudex dicitur appellationem remittere, & aduerſarius approbare. ¶ Opponitur primò ibi, *non doceat*. quia quando appellatur ante ſententiam, vt hîc ex cauſa propoſita non probata iudex à quo nō tenetur deferre appellationi. ſ. eodē. dilecto. ¶ Item ſi deferat, non eſt neceſſe verificari cauſam appellationis, imò ſtatim pōt iudex appellationis, in principali procedere ¶ Nouella verò

uella verò dicit,ꝙ prætermiſsis verbis Inno.dici debet vt le
gitur & nota.‑.ĩ.eo.c. non ſolùm. &.c.cum appellationibus.
lib.vj.& plenius dicam in cle.appellanti.¶ Item dicit Inno.
ꝙ ipſe excipiens,non tenetur probationes offerre probabi-
lem enim exceptionem debet iudex admittere,& excipien-
tem ad probandum inuitare. imò grauat nõ admittendo ex
ceptionem probabilem,etiam cuius probationem non ob-
tulit excipiens:ſuper quo omnino vide,quæ ſcripſi.s̃.de te-
ſti.c.ex parte.A.in.v.&.vij.oppoſitionibus.& in.ij.q. princi
pali.Et quod legi.& nota.s̃.de excep.c.olim.vbi videtur eſſe
caſus expreſſus,cõtra prædictum Inno.& etiam hìc in prin
cipio.per quæ videtur quòd hic neceſſaria fuerit oblatio ꝓ
bationis appellanti ſuper quo etiam vide lecta & notata.s̃.
titu.proxi.cum.l.&.A.Et etiam notata per Collectariũ in
prædicto.c.ex parte.ad quæ fortè.ĩ.redibo. ¶ Secundò op-
ponitur in principio decretalis.ibi,*ſi eam non doceat eſſe ve-
ram*.& hìc intro ſecundam glo.Inno.Mirum enim eſt id qd
dicere videtur iſte tex.videlicet ꝙ ſi non obtulit ſe probatu
rum cauſam coram iudice appellationis,veritatem illius ꝓ
bare debet,cum non debeat in eum differri ſententia pro-
pter appellationem:etiam ex cauſa probabili interpoſitam,
niſi ſi eam offerat probaturum.ĩ.eo.c.ſuper eo.j.§.j.&.c.dile
cto.¶ Solutio hìc non dicitur talem appellationem admit-
tendam,ſed ſi dicitur admiſſa,quid tunc debeat fieri ſecun-
dum Inno. ¶ Sed adhuc oppones: quia ſi iudex admiſit
5 †appellationem,non eſt neceſſe poſteà iudicem appellatio
nis,ſuper tali appellatione probationes requirere.¶ Sed ſu-
per principali tantũ procedet ſecundum eum:quia per hoc
in eum iuriſdictio eſt transfuſa.ĩ.eo.cum appellationibus.lib.
vj ¶ Reſpondet Inno.ꝙ imò tunc ſi appellatus petat remit
ti ad iudicem ad quem appellatum eſt,audiẽdus eſt: niſi ap-
pellans probauerit veritatem cauſæ ex qua appellatum eſt.
¶ Et idem dicit vbi iudex à quo detuliſſet appellationi ſine
cauſa interpoſitæ,quibus tamen obuiare videntur lecta &
notata in prædicto.c.cum appellationibus. ¶ Vel dic ſecun
dum Inno.ꝙ iudex propoſita cauſa appellationis probabili,
appellante tamen non offerente ſe probaturum, interroga-
re debet proponentem,an velit eam probare vel ad minus
debet dicere,ego admitto exceptionem tuam: quod ſi non
fecerit,appellet excipiẽs,& tenet appellatio: quia ad hoc vt
iuſta appellatio ſit,ſufficit ꝙ iudex non admittat probabi-
lem cauſam.s̃.eo.dilecto.&.c.ex parte.M.&.c.vt debitus. &
ſi interrogatus nollet probare cauſam propoſitam, tunc nõ
eſſet iuſta appellatio & præmiſſa intelligit Mar.quoad effe-
ctum deuolutionis,& vt ille ad quem appellatur, ſit iudex
cauſæ appellationis,ac inhibere & de veritate cauſę cogno-
ſcere & ſuper appellatione pronunciare poſsit.vt etiam no-
tat Inno.ĩ.eo. Romana. ſuper verbo prohibere. Sed non vt
poſsit pronunciare pro appellante,& niſi probationes corã
iudice à quo fuiſſent oblatæ vel coram iudice appellationis
productæ & ita intelliguntur ea quæ ſcripſi poſt Inno.ĩ.eo.
in.j.q ¶ Sed quicquid dicãt Inno. & Mar.iſta obuiant lectis
& notatis in cle.appellanti.ĩ.eo.titu. Nam ſi appellans etiã
ex cauſa probabili,ſe probaturum nõ offerat & iudex à quo
appellationem non admittat nec de veritate cauſæ ex actis.
appareat,iudex ad quem non poteſt de veritate cauſę de no
uo inquirere: quia ex nouis actis, iuſtificari vel impugnari
non poteſt:vt in prædicta cle.appellanti.nec poteſt pronun
ciare male proceſſum,aut reuocare grauamen ex prioribus
actis: quia iudex à quo exceptionem etiam aliàs legitimam
cuius probatio non offertur,repellendo & appellationẽ in-
de interpoſitam refutando,non grauat: vt hìc in principio
eſt expreſſum. ¶ Subdit etiam Innocen.quòd in eo caſu quã
do non obtulit ſe probaturum cauſam appellationis,ſed tã-
tùm iuſtam cauſam expreſsit,& iudex illã admittere renuit,
licet fuiſſet bonum.ꝙ ad eam probandam fuiſſet admiſſus,
tamen ſi appellat excipiens,& per iudicem appellationis re
pulſa feratur per eum poſt appellationem à diffinitiua ſentẽ
tia ſuper principali contra appellantem,& velit poſteà ap-
pellans coram eo ad quem appellauit,eãdem vel aliam cau-
ſam appellationis probare, vel etiam ſuper principali aliud
dicere,vel etiam quod plus eſt, ex actis receptis oſtendere
iniuſtam ſententiam vel proceſſum,iuxta.c.dilecto.s̃.eodẽ,
hoc ipſe non poteſt.& hoc probat Inno.ſic:quia aliàs ſeque
retur hoc inconueniens,videlicet ꝙ nulla eſſet differentia,
videlicet an offerret vel non offerret ſe probaturum:cũ etiã
poſſet probare cauſas,ſuper quibus probationes non obtu-
lit.¶ Item eſt alia euidens & efficax ratio, ꝙ nõ admittatur
ad probandum aliàs cauſas,ſecundum eum:quia non eſt ad-
mittenda eius appellatio,niſi ex cauſa iuſta. ¶ Si igitur cer-
ta cauſa appellationis propoſita receſsit, & illa cauſa propo-
ſita vera non eſſe cenſetur: quia vera eſſe nõ probatur quod
cõtumaciter receſsit ab illo iudice,& ſic appellatio eius nul
la eſt,& non tenuit,nec eum potuit releuare:etiã ſi aliæ cau
ſæ propoſitæ veræ & iuſtæ ſubeſſent.vt.ff. de in integ. reſti.
l.diuus.&.s̃.eo.conſtitutus.§.ſi.ſecũdum eum.Sed & hoc de-
ciſum eſt in prædi.cle.appellanti.¶ Si autem poſteà in iudi
cio ſtetiſſet appellans,videretur ſuæ appellationi renunciaſ
ſe.s̃.eo.ſolicitudinem.Nec ob.ſi dicas,ꝙ ſi à diffinitiua ſen-
tentia lata appellatum eſſet,cauſa non expreſſa,tñ ex priori
bus actis,& nouis poſſet irritare ſententiam.s̃.de teſti.c. fra
ternitatis.quia vbi appellat poſt ſententiam non contuma-
6 citer recedit.¶ Sed quando appellat † ante ſententiam niſi
vera ſit cauſa expreſſa,fingitur non appellaſſe,vel veriùs fin
gitur contumaciter receſsiſſe:vt dictum eſt:& iudex qui nõ
admittit cauſam falſam licet aliàs vera eſſe fingitur prudens
ſecundum Inno. quæ omnia deciſa ſunt per lecta & notata.
in prædi.cle.appellanti.iunctis lectis & notatis in cle.ſi ante
de dolo.& contu.&.c.cum qui.eo.titu lib.vj. ¶ Ex his tamẽ
hanc ſingularem concluſionem elicias,videlicet ꝙ ſine cau-
ſa in appellatione interpoſita ante ſententiam inſerta ſit ve
ra ſiue ſit falſa ſi appellans ante ſuam appellationem ſe eam
probaturam non obtulit,iudex qui exceptionem & appella
tionem repulit,non grauauit: vt re vera ſi bene põderes hìc
in principio non eſt expreſſum.¶ Item aliud inferas, videli
cet ꝙ Inno.hìc quaſi ad literam videtur expreſsiſſe mentem
prædictæ cle.appellãti.¶ Tertio caue:quia omnia prædicta
ſolùm locũ habent in appellatione quæ interponitur à gra-
uamine ante ſententiam, & non in appellatione quæ inter-
ponitur à diffinitiua ſentẽtia:quia illa etiam iuſtificatur ex
nouis.vt.C.eo.titu.l.eos.& notatur etiam in cle.prædicta ap
pellanti.¶ Tertio opponitur contra pręmiſſa & contra pri
mum notabile de prædicta cle.appellanti.ĩ.eodẽ.¶ Dicunt
quidam iſtam decretalem corrigi per prædictam cle. appel-
lanti.¶ Sed iſtud dicit Mar.eſſe contra omnes ſcribentes.&
ideò ſequendo notata glo.& Pau.in præ.cle.dicit ꝙ per iam
acta,vel exhibita iudici à quo appellatum eſt,probare corã
iudice appellationis probare,ſeu iuſtificare cauſam grauami
nis & appellationis,pro eo videlicet ꝙ fuerat repulſus à ꝓ-
batione quã proponebat tacitè bene ſufficit: quia hoc non
eſt iuſtificare ex nouis,ſed ex iam habitis qđ intellige ſi pro-
ponendo probationẽ obtulerit vt hìc dicitur.& per hoc ſol
uo contrariũ. ¶ Qualiter ergo ſaluabitur ſtilus palatij, q ha
bet ꝙ quomodocunq; bona materia bene data repellaſ, ſuf-
ficit probare ex cauſis actis,materiã admittendam: ſi velles
dicere ipſam repulſionẽ exceptionis vel bonæ materię bene
datæ eſſe bonam cauſam grauaminis euadere iſtam decre.&
omnes aliàs.¶ Sed nõ credo per iſtam decretalẽ,cum loquiſ
de obligatione &c.¶ Allegaſ etiã cõtra hunc intellectum.c.
olim.de excep.&.c.ex parte.Adę de teſti.&.c.cum.l.&.A.de
re iudi.ſed ad duo vltima bene reſponderẽ ſed nõ ad.c.olim.
quod nimis arctat ideò miror,ꝙ nunquã arctareris in curia
ad probandũ veritatẽ exceptiõis probabilis,vel materiæ re
pulſæ.quod tamen ſaluare non potes,niſi dicẽdo hanc per.c.
appellanti eſſe reuocatam:quod nihil eſt, vel ponẽdo alium
intellectũ.s̃.reprobatum præcipuè per.c.olim. ¶ Et iſta eſt
veritas ſecundũ Martinũ quod pulchrũ & nouu eſſet ſuſti-
nere,in vna collatione licet in practica curiæ non admitte-

retur. ¶ Dicit tamen fortè poſſet, ꝙ dans articulos petit ſe
admitti ad probandũ, ſed hoc non placet quia intelligiẽ iſte
tex. de obligatione reali vel ſaltem aliter quã dicendo ſimpli
citer offero vel peto me admitti. ¶ Vnde primũ intellectũ,
tenet Inno. in. j. glo. & in fi. ij. glo. licet variet. idem Hoſtiẽ. &
Ioan. An. & Cardi. & Archi. in. c. Romana. & .c. non ſolũ. eo.
titu. lib. vj. ¶ Et Pau. & glo. licet obſtare in cle. appellanti. &
generaliter omnes ſcribentes, quod tamẽ in iudicis homine
dicere eſſet nouum, ſecundum Martinum. qui ſecundũ præ
miſſa videtur intelligere hanc decre. cum eſt oblata proba-
tio, & cle. cum nõ eſt oblata probatio quod hic probatur in
fi. primi reſponſi. ibi niſi hoc ſe offerens probaturum &c. de
quo dixi in præcedenti oppoſitione & dicam. j. in. ij. qõne.
¶ PRIMO quæritur ibi, *quòd ex cauſa*. ad quẽ pertinet
ſuſcitare materiam de probatione huius cauſæ dicit Innoc.
cuius glo. j. nunc intramus, ꝙ petere inducias ad exceptionẽ
probandam bene eſt partis excipientis. C. de tempo. in inte.
reſti. pe. l. petendæ. C. de dila. à procedente. facit. C. vt intra
cer. tem. l. ij. & . C. quomodo & quando iudex. authen. qui ſe-
mel. Sed offerre ſtatim probationes iuris, non eſt partis ſed
fit ex abundanti & ad cautelam. ff. de exhi. l. ij. §. ibidem. ff.
quorum le. l. ij. §. j. ſatis enim eſt parti proponere exceptionẽ
& cauſam legitimam, quare procedere non debet. ¶ Et ſi iu
dex ſciens forſan exceptionem veram eſſe, illam admittit,
nec vltra procedit bene facit non grauando excipientẽ ſu-
perfluis probationibus. Si verò iudex de veritate exceptio-
nis dubitat, illam admittet aſſignando terminum ad probã-
dum: arg. de offi. dele. prudentiam. § vj. ſ. de teſti. veniens. ij.
xxx. q. v. iudicantem. C. de iudi. l. iudices. ꝙ ſi nolit excipiens
acceptare terminum oblatum ad probandum, ſed appellet
tenet quod ſic contra eum: cum iudex non grauauerit & ſic
non tenet appellatio etiam ſi probaret veram eſſe exceptio
nem. ſ. eo. dilecto. ad finem ſecundum Inno. ¶ Quod intelli
git Hoſti. niſi appellaret propter nimis breuem terminũ de
dila. ca. j. ¶ Si aũt iudex propoſitam exceptionem. Ideò ap-
pelletur tunc tenet appellatio ſi non reuocatur ꝙ iudex fa-
cit anteꝗ̃ cauſa app. ꝑ ſuperiorem recipiatur vel alteri cõmit
tatur. Et de ipſa exceptione fiat poſtea fides corã iudice ap-
pellationis, vt hic: & . ſ. ca. proximo. & . c. cũ cauſam. ¶ Sed di
ces nonne iudex grauauit nõ admittendo legitimã exceptio
nẽ, quã credebat falſam: imò prima facie præſumitur ꝓuidẽ
tia & ideò non ceſſatur attentatũ, niſi ex quo conſtabit de
veritate. & ſic loquitur. ſ. e. ex parte & ca. ſignificauit. & dic
vt. j. e. non ſolùm. ꝙ ſi excipiens ꝓponat cãm legitimã, offe-
rens ſe paratum illam probare, & iudex non admittit proba
tiones oblatas, & ideo excipiens appellet, eſto ꝙ falſa ſit ex-
ceptio, tamen quicquid facit poſt talem exceptionem iudex
caſſat: quia in hoc fuit grauatus excipiens, ꝙ eius proba-
tiones non fuerant admiſſæ. argu. ff. de adul. l. denunciaſſe.
§. ſi. ¶ Et quia mos ei gerendus fuit. ff. de ꝓba. circa. de teſti.
ſpo. c. j. ¶ Vnde ſecundũ Inno. diligenter notandus eſt ordo,
vt primò ꝓponas exceptionẽ, ſecundò expectes quoſq; iu-
dex repudiet illam vel admittat, vel ipſa non admiſſa, proce
dat: & ſi repudiat, locus eſt appellatiõi. & ſi admittat ipſius
iudicis eſt interrogare excipiẽtẽ an probare velit huius ex-
ceptionẽ, vt in prin. huius gl. nec excipiẽs habet ufferre, ſed
fugere. iiij. q. iiij. c. j. & . ij. ſecũdũ Inno. ¶ Dicit Hoſt. ꝙ omni
7 † caſu ſiue exceptio ſit vera, ſiue falſa, ſiue admittaẽ, ſiue nõ:
dũmodo ſit legitima, bonũ eſt cõſiliũ, ꝙ excipiẽs offerat ſe
paratũ exceptionẽ probare: qa ſi nõ admittãtur ꝓbationes,
grauaẽ & iuſtè appellat. & ſibi forſan facilius erit ꝓbare hãc
denegationẽ, quã veritatẽ exceptionis propoſitæ caueat tñ
ne appellet, niſi tũc demũ cũ nõ admittitur exceptio vel ꝓ-
batio oblata ſecũdũ Hoſti. qui etiã not. hic qd ſcripſi ſuper.
c. dilecto. ſuper ver. appellatũ. ¶ Et quærit demũ, quid ſi reo
excipiẽti ꝙ nõ teneẽ rñdere libello, quo in ꝑſonali cõueniẽ
ſine expreſſione cauſæ iudex dicit ꝙ vult deliberare ſtatuẽs
certã diẽ, qua veniẽte excõicat reũ i ſcriptis: qa ad ſuũ mãda
tũ nõ rñdit libello, quaſi fiat nã de talibus nõ põt excipiẽs ſi
bi cauere: qa nõ põt à iudice appellare niſi repellat vt eſt di-
8 ctũ: & † excõicatio ſtatim ligat nec per appellationẽ ſecutã
ſuſpẽditur. ſ. eo. paſtoralis. & ſic videtur iniqua iura, quę tol
lũt hic excipiẽti hanc prouiſionẽ. ſ. appellãdi ſi nõ admittaẽ
exceptio. ar. ſ. de offi. dele. ſuper qõnũ. in fi. ff. de arbi. nõ diſtĩ
9 guem⁹. §. cũ quidã. Nã † qd vituperari põt, præcaueri debet.
ſ. de ſer. nõ ordi. c. j. ¶ Rñdet ꝙ licet dicta excõicatio ſit in-
iuſta qa exceptio iuſta de li. ob. c. fi. tñ ſeruãda. xj. q. iij. c. j. ſed
relaxãda eſt ſine difficultate & iudex puniẽdus de ſen. excõ.
ſacro. eo. ti. c. j. li. vj. nõ eſt ergo ꝓpter tale incõueniens, vitã-
dus imò mutãda eſt talis forma, tamen quia ſi indifferenter
admitteretur hæc forma appellationis tali exceptione non
admiſſa, facilè impediretẽ proceſſus iudicij, cõtra id de dolo.
finẽ. tñ quia nulla cõſtitutio mederi poſſet, quin iudex ſi no
luerit excõicet iniuſtè. tñ quia nedum in iudicio, ſed & extra
iudicium iudices tota die iniuſtè excõicant, relaxatio igitur
excommunicationis, & pœna ſic excommunicantis ſuffi-
ciant ſic grauato. Ad hoc. j. de re iudi. c. j. lib. vj.
¶ SECVNDO quæritur in verbo offerens. an ſuffi-
ciat verbalis oblatio excipientis & verbo dicentis, ꝙ verbo
ſe offert paratum probare exceptionem, vel dicentis ſimpli
citer, ꝙ ad probandũ ſe offert? & videtur ꝙ ſic: quia per hoc
ſatisfacit verbis huius conſtitutionis, quæ non dicit aliud,
niſi ſe probaturum offerẽs. facit. j. de re iudi. li. vj. c. ad Apo
ſtolicæ. verſu. *eratque parata*. Et pro hoc facit apertè, qd not.
ſ. de exce. olim. in glo. ij. poſt principium. vnde videtur Ho-
ſti. hic dicere, ꝙ ille offert qui dicit hodie conſtat hodie aga
mus. ff. vt in poſ. leg. eo. l. ille à quo. ſ. de reſti. ſpo. literas. verſi.
pręterea. ¶ Itẽ fortè impoſſibile eſſet excipiẽti, facere obli-
gationẽ realẽ teſtiũ vel ſcripturarũ alienarũ, ꝑ quę intẽdat ꝓ
bare. ¶ Et facit quod no. de elec. cupiẽtes. § ſi vero. li. vj. in gl.
pe. & ius nõ arctat ad impoſſibile. iiij. di. erit de re. iu. nemo
põt. li. vj. ¶ In cõtrariũ videẽ ſenſiſſe, Inno. & Hoſt. ꝑ diuerſa
loca gloſarũ ſuarũ. ſupra & infra poſitarũ. in quibus de hoc
tractantes loquiẽ de obligatiõe probationũ. & de recuſatio-
ne receptionis probationũ oblatarũ. ¶ Et ex cõtrario ſeque
retur abſurditas, quia falſam exceptionẽ opponẽti facile erit
verbo ſe probaturũ offerre. ¶ Itẽ quia verbalis oblatio hoc
10 releuaret, cũ excipiẽdo videatur offerre cũ hoc † tacitè in-
ſit exceptioni, cuius probãdi onus ſubire debet excipiẽs. ff.
de proba. in exceptiõibus. ¶ Pręterea hoc videẽ velle decre.
ex parte. j. de teſti. cuius cõtrariũ ad illã ſic ſoluitur in. viij. ſo
lutiõe. i. ꝙ verbo ſe tantũ ibi ſe obtulit. ¶ Nec obſtat qd di-
cit de impoſſibilitate facti: nõ enim circa principale vel iu-
ſtificandam appellationem aliquid ſibi deperit: licet proba-
tiones non offerat: ſed eſt conſilium, ꝙ ſi vult euitare onus
probandæ veritatis coram iudice appellationis illius offe-
rat coram iudice principali ſi vult & poteſt: aliàs probet ve-
ritatem exceptionis coram iudice appellationis: & conſeque
tur effectum ipſum exceptionis & delationem negotij prin
cipalis. ¶ Ex quibus concludit Nouella nõ fuiſſe de mente
huius rñſi, ꝙ ſufficiat verbalis oblatio. ad quod facit litera
quæ ſequitur, *non fuiſſet admiſſus*. licet multi contra. ¶ Et
ſecundũ hoc expone, *ſe offerens probaturum*. i. probationes of
ferens. facit. ſ. de offi. ordi. paſtoralis. in fine. & quod ibi no-
tatur in vltima glo. & de eo qui mit. in poſſ. cap. j. & . ij. in fi-
11 ne. & . ff. de reſti. l. pen. C. de diſtra. pign. l. finali. realis † ergo
probatio oblata & repulſa iuſtificat appellationem ſecun-
dũ eum. vnde dicebas Hoſt. ꝙ iudex non admittendo proba
tione, oblatas grauat cum non ſit anguſtanda probatio, ſed
ei ſubueniendum vt lit. non conteſt. quoniam. in prin. Vnde
licet iudex ſciat falſum eſſe, quod opponitur tñ hoc iudica-
re ſecundũ probatiões, quãuis falſas: ex quo nõ cõuinciẽ fal
ſitas & non ſecũdũ cõſcientiã. ff. de adul. l. denunciaſſe. § fina-
li. de hoc. de offi. or. Si ſacerdos. ¶ Meritò igitur ſufficit, ꝙ
probetur oblatio probationis, & nõ admiſſio. ¶ Quod Ho
ſti. intelligit niſi euidẽter appareat de falſitate vt ſi offert ſe
ꝓbaturũ, ꝙ Titius viuit ꝙ notoriũ eſt intra ꝙ publicè mor
tuus fuit in platea. ar. de except. exceptionem. de accuſa. eui-
dentia

dentia. Nam hic confeſſio facta nõ obeſſet. ff. ad. l. Aquilian.
inde Neratius. §. fina. & not. de conte. c. fi. hoc enim quod hic
dicitur, locum habet in dubia exceptione. ¶ Martinus ad
partem cõtrariam inducit quòd aliud eſt me offerre, aliud
probaturum, & allіud eſt offerre probationes: & tamen tex
tus hic in fine primi reſponſi dicit, *ſe offerens probaturum*, &
non dicit offerens probationes, licet ad hunc intellectum
Nouella trahat & exponat ipſum textum. Et eundem intel
lectum poſuit Io. And. in additione Spe. e. tit. §. penult. indu-
cens ad hoc. c. paſtoralis. ſ. e. & c. penult. j. de no. oper. nunci.
Refertur tamen per aliquos, quòd ipſe Io. And. in quibuſdã
additionibus ſuis retulit Pau. & quoſdam alios contrarium
tenuiſſe: & ſe in hoc ſuccubuiſſe & ipſe Mar. dicit etiam ſe
audiuiſſe à quodam, quòd in hoc paſſu ſuccubuit & ſe audi
uiſſe à pluribus quòd contrarium ſeruatur in palatio tamẽ
finaliter concludendo Mar. dicit ſe credere opinionem Io.
12 And. eſſe veram. Sed † quando dicetur oblata realis proba-
tio. Reſponder quòd ſi probatio teſtium vel inſtrumentorũ
præſentaliter offeratur in actu, oblatio eſt realis. Sed pone
quòd non offertur hoc modo: ſed dicit excipiens habeo te-
ſtes vel inſtrumenta parata, & ſtatim paratus ſum quando-
cunq; placebit in prima dilatione probare, nũquid hoc ſuf-
ficit? Reſpondit Martinus quòd ſic quia ea quę ſtatim fiunt,
ineſſe videntur. ſ. de elect. c. officij. & de teſti. cog. c. præterea
&. ff. ſi certum pe. l. lecta. §. dicendum. Et hoc caſu credit de
ęquitate poſſe recedi ab opinione Nouellæ & teneri obſer-
uantiam palatij Apoſtolici licet fortè de rigore iuris opinio
Nouellę ſit verior. Vel fortè ſecũdum eum, ſtilus palatij ha-
bet locum ſolum in caſu in quo denegatur dilatio ad probã
dum: q̃a tunc nõ oportet offerre: vt. ſ. de teſti. c. ſignificarũt.
Si vero exceptionis probatio excipienti non incumberet,
ceſſaret queſtio. ¶ Subdit etiã quòd licet Archi. j. e. Roma-
na. lib. vj. inter perẽptorias & dilatorias exceptiones diſtin-
xerit. Et licet etiam alij diſtinxerint an definitiua ſit lata vel
non ſit lata his tamen & ſimilibus obmiſſis habuit textum
generaliter dicit intelligi. Sed vt appareat in quo prædicti
diſtinguentes decepti fuerunt, ipſe dicit quòd licet quoad
effectum in cauſa appellationis ipſius appellationis appro-
bationem & proceſſus ſeu eius à quo fuit appellatum reuo-
cationem à iudice ad quem appellatũ extitit obtinendi ſuf-
ficiat appellaſſe ex cauſa probabili. & probationem obtuliſ-
ſe; licet forſan falſa ſit cauſa, ex qua extitit appellatum, tamẽ
quoad obtinendum in cauſa principali, id quod obtentum
fuiſſet exceptione probata. hoc non ſufficit imò reuocato
grauamine, exceptionem in cauſa principali probare nihi-
lominus opus erit ſicut oportuiſſet, ſi fuiſſet admiſſa. Et in
primo caſu, intelligitur quod hic dicitur. In ſecũdo verò ca-
ſu intelligitur quod habetur. ſ. de teſti. veniens. & de teſti.
ſpo. ſolicitè. Et hoc etiam ſenſit Nouella. ſ. de teſti. ex parte.
A. ſecundũ eum, & Pau. & ſimon hoc. expreſſè ponunt. j. e.
appellanti & ibi dixi circa. viij. queſtionẽ. ¶ Verum vt quo-
ad iſtam materiã valde dubiã, dicta Henrici tibi nõ deficiãt
noueris q̃ Hẽricus circa hoc vnam magnã diſtinctionẽ hic
poſuit dicens, cùm quæris vtrum appellanti ex cauſa legiti-
ma ſufficiat quoad reuocationẽ attentatorũ. & tranſlationẽ
iuriſdictionis & legitima cõmuni appellationis probare q̃
ex cauſa huiuſmõi legitima appellauit abſq; eo q̃ ipſam doceat
eſſe veram. Diſtingue Aut euidẽter apparet de falſitate cau
ſæ propter quã appellauit ſeu exceptiõis propoſitę vel facti
propoſiti propter quam non admiſſam ſeu propter quod
non admiſſum appellauit: vt ſi proponat & ſe offerat proba
turum, quòd Titius viuit, quem conſtat notoriè mortuum,
& tunc non ſufficit, nec eſſet admittenda probatio. ar. ff. ad
l. Aqui. l. inde Neratius. in fine. & l. proinde. ſ. de except. exce
ptionem. & de accuſa. euidentia ſecundum Hoſtiẽ. hic. Aut
non apparet euidẽter de falſitate cauſę ſeu exceptionis vel
facti propoſiti. Et tunc refert aut quęris de appellatiõe iudi
ciali, aut de extraiudiciali, aut de extraiudiciali. Si de iudicia
li, Tunc aut appellauit à diffinitiua in qua non oportet cau
ſam exprimere: ſed eſt cauſa ſufficiens, quòd appellauit à de
finitiua tanquam ab iniqua, & iniquè lata: vt. ff. de app. l. ſcio.
in fine: &. ſ. e. cum in eccleſia. vbi hoc notat glo. & tũc in illa
ſufficit probare, q̃ appellauit, licet non doceat appellationẽ
eſſe iuſtam, quantũ ad reuocationem attentatorum, & trãſla
tionem iuriſdictionis: vt. e. tit. c. non ſolùm. in principio. libr.
vj. Et ita intellige. ſ. de iureiur. c. venientes. & quod notat
Ber. ibi in glo. appellatum fuit &c. Sed ſi quæris quãtum ad
legitimationem ſeu iuſtitiam appellationis, tunc aut iudex
à quo extitit à definitiua appellatum, admiſit appellationẽ
ſicut & facere oportet ſemper. dummodo ſit caſus in quo li-
ceat appellari: vt notat Zenzel extra de do. & contu. c. j. in
clemen. & tunc non ſufficit probare ſe appellaſſe à definiti-
ua niſi doceat de iniquitate, ſiue & de iuſtitia ſuæ appellatio
nis: vt. C. de app. l. hi qui ad ciuilia munera. &. ſ. tit. proximo
cum Bertho. l. & in. c. alleg. cum in eccleſia quod tamẽ dic, vt
dixi. ſ. de renunci. in præſentia. vbi dixi quis tenetur proba-
re in cauſa appellationis, & quis non. Aut iudex à quo exti-
tit appellatũ, non admiſit appellationem. Et ideò quia eam
non admiſit, iterum appellatur & tunc appellatio illa ſecun
da, hoc ipſo quòd prima probatur non admiſſa, rationabi-
lis reputatur. vt. ff. de app. reci. l. ei cuius. ſecũdum Hoſti. hic.
Cuius dictum intelligo verum, quoad obtinendum in cauſa
appellationis, & vt appellatio dicatur canonica: non quo-
ad obtinendum in principali negotio & quòd prima ſenten
tia debeat infirmari per iura proximè allegata. Aut appella-
uit ante ſentẽtiam ab interlocutoria vel grauamine, & tunc
aut quis coram iudice cauſę principalis propoſuit factũ le-
gitimè ſeu exceptionem legitimã, non tamen ſe obtulit pro
baturũ, & non fuit admiſſus. Aut nedum propoſuit: ſed vnà
cum hoc obtulit ſe probaturum & non fuit admiſſus. In pri
mo caſu, refert aut quæris vtrum ſufficit quoad tranſlatio-
nem iuriſdictionis & dic, q̃ ſic vt. j. e. c. Romana. §. cum autẽ
à contrario. &. j. e. tit. c. non ſolùm. §. illa verò. lib. vj. Aut quã
tum ad reuocationem attentatorum, & tunc aut ſunt atten-
tata antequàm iudex appellationis inhibuerit canonicè iu-
ci à quo appellatum extitit ne vlterius in negotio procedat
& tunc non ſufficit. Saluo eo q̃ appellatione interpoſita ad
Papam in cauſis electionũ le. & not. j. de elect. c. quamuis: &
c. prouida. lib. vj. Aut ſunt attentata poſt, & tunc ſufficit vt
in. c. alleg. non ſolum. §. illa verò. Aut quãtum ad legitimatio-
nem ſeu iuſtitiam appellationis, & tunc non ſufficit ſolùm
proponere niſi probetur etiam cauſa appellationis vera eſſe
vt hic: &. ſ. eo. vt debitus. §. cum aũt. ſ. de teſti ex parte Adæ.
ſecundum Ber. hic & ibi in glo. ad hanc probationem & de
except. olim glo. videtur & Hoſti. poſt eum, ibi & hic. Si au
tem nedum propoſuit ſed vnà cum hoc obtulit ſe probatu-
rum, refert ſecundum Hoſti. in. c. alleg. ex parte Adæ. in glo.
13 ex hoc videtur. Quia iudex † appellationis duplex gerit of-
ficium. Primum quod cognoſcit vtrum bene vel malè fuerit
appellatum. Secundum, per quod ſi inueniat quod bene de
principali cognoſcet, & ſi reperit appellatum malè, remit-
tet partes: vt in. c. alleg. vt debitus. Hoc ſuppoſito refert quã-
do aliquis offeret ſe probare aliquam exceptionem legiti-
mam recipiendã, ſiue dilatoriam ſiue peremptoriã ſeu aliud
factũ legitimum, & recipiendũ: ſi non admittitur, grauatur
& tenet appellatio: & ſufficit q̃ probetur oblatio & nõ ad-
miſſio quoad expediendũ primum officium iudicis, ſcilicet
quòd bene videatur appellaſſe vt hic in principio non ta-
men quoad ſecundũ. i. niſi veritatem exceptionis ſiue dilato
riæ ſiue perẽptorię ſeu facti propoſiti probet in principali
debeat obtinere: vt. ſ. de teſti. ex parte Adæ. de re iudic. cum
I. & A. & ita intellige. ſ. de offi. dele. cum cauſa & ſ. e. dilecto.
&. c. vt debitus. & c. ſępe de dilat. c. j. de eo qui mit. in poſſ. c.
penulti. & de except. dilecto quæ decretales per iſtam ſunt
ſupplendæ ſecundum Hoſtien. & Io. And. hic & in dicto. c.
ex parte Adę. Et in hoc concor. Ber. hic & in dicto. c. olim.
& Cardi & Archid. in dicto. c. Romana. §. quòd ſi obijciatur
Et Cardi. in dicto. c. nõ ſolùm. §. illa verò. dicit exceptionem

ex probatione repulſa haberi pro probata, per quam non fit
prǫiudicium principali intentioni actoris. Secus ſi per eam
fiat præiudicium perpetuum vel temporale. Si quęris de ap-
pellatione extraiudiciali, tunc aut quæris vtrũ ſufficiat pro-
bare ſe ex cauſa legitima prouocaſſe: quoad tranſlationem.
ſeu veriùs & propriè loquẽdo, quoad perpetuationẽ, & prę
uentionem interdictionis, cùm nõ ſint niſi quędam prouo-
catio ad cauſam: vt. ĩ. e. Romana. §. cũ verò & dic, quòd ſic vt
ibi: & ĩ. de elect. ſtatuimus. & c. vt circa & c. cupientes. & c.
prouida. quod dic, vt notat Innocẽ. ĩ. de his quæ fiunt à ma.
parte cap. c. primo in glo. iij. vbi de hoc per eum. Aut quoad
reuocationem attentatorum, & tunc dicit Archi. iiij. diſtin.
c. quis autem leges in glo adde ſed contra extra & c. quod fa-
ctum poſt appellationem huiuſmodi, cuius cauſę probabi-
les ſunt expoſitæ eſt caſſandum: & ita intelligit. ſ. eo. c. dile-
ctis: & c. bonæ. Idem tenet Ber. in dicto. c. bonę glo. fina. Sed
Hoſti. tenet contrarium in dicto. c. bonæ dicens, quòd quan
uis prouocetur ex cauſa rationabili, non tamen reuocatur
quod contra factum eſt, niſi probetur veritas cauſę: vt. ſ. de
elect. c. cum nobis olim: & hoc idem. tenet. Ioan. And. ibi &
Compo. e. tit. c. cum inter canonicos. & de reſcript. c. capitu
lum glo. quia quęſtiones. ver. ſed quid ſi propoſitis legitimis
& Inno. ĩ. de his quæ fiũt à ma. parte capi. c. primo glo. iij. &
quinta & penulti. & Archid. ĩ. e. cordi. ſuper verbo cauſam.
lib. vj. & c. concertationi. in glo. ij. e. lib. & ij. quæſt. vj. biduõ.
Tu verò partes ſic dicere, & ſatis probabiliter ſecundũ Hen
ricum, quia aut illud attentatum poſt ipſam prouocatio-
nem eſt exercitij iuriſditionis, in prǫiudicium ipſius prouo
cationis, & tunc ſufficit probare, quòd ex cauſa legitima ap
pellauit, licet ipſam non doceat eſſe veram. Et eſt ratio, quia
iſta prouocatio eſt quędã citatio. ſ. e. cum ſit Romana. § cum
verò. in fine. Et ideò ſicut per citationem factam per vnam
iudicem in vna cauſa, iuriſditio alterius iudicis præuenitur
ita quòd amplius de ipſa ſe intromittere non poteſt: vt. ĩ. de
foro. compe. c. propoſuiſti. ita & per iſtam prouocationẽ, vt
ſi vnus iudex de eo de quo eſt legitimè prouocatum ad aliũ
iudicem, & talem qui poteſt adiri per viam ſimplicis quęri-
moniæ ſe de facto intromittat vel attentet cognoſcendo,
ſeu aliàs actum iuridicũ exercendo, illud attẽtatum debeat
reuocari: & iſtud eſt clarũ, ſaltem in prouocatiõe ad Papam
vt probatur. ĩ. de elect. c. ſi poſtquàm: & c. prouida. in fine. li.
vj. Aut illud attentatum non eſt exercitij iuriſditionis, ſed
eſt attentatum per priuatum in præiudicium appellationis
ſeu prouocationis. Et tunc aut eſt appellatio quæ à iure cõ-
muni diſcrepat, & recedit nec infert iuſtũ, niſi cum expreſ-
ſione & probatione cauſæ: vt ſi quis appellet ne Titius eliga
tur, quia morbo epilentico laborat, & tunc non ſuffit doce-
re ꝙ ex cauſa legitima appellauerit, niſi etiam doceat ipſam
veram: vt in. c. alleg. cum inter canonicos. Aut appellatio cõ
ſonat, cum iure communi, & abſq; expreſſione alicuius cau-
ſę infert iuſtum vt ſi quis appellet, nec in ſua poſſeſſione tur
betur, & tunc ſufficit docere, quòd ex cauſa legitima prouo
cauit: vt in. c. alleg. bonæ. Et ita videtur ſentire Specul. licet
obſtare. hoc tit. §. penultimo. ver. illud quoq;. verſiculo quod
autem dixi. Et ita potes concordare & intelligere dictas opi
niones contrarias. Aut quæris vtrum ſufficiat docere, quòd
ex cauſa legitima quantùm ad iuſtitiam cauſæ appellatio-
nis, & quoad obtinendum in ea & tunc dic, quòd non niſi
probetur veritas ipſius cauſę: vt in dicto. c. bonæ. in fine ibi
quando dicit, *in eum ſtatum in quo tempore appellationis factæ ex
veriſimilibus & probabilibus cauſis: ad nos legitime interpoſitæ fuiſſe
noſcuntur*, per confeſſionem vel probationem legitimè factã
& ſic quoad illum finem, oportet probare veritatem cauſæ.
Quod intelligo verum, etiamſi appellans in appellatione
offerret ſe probaturum cõtenta in appellatione, ſecundum
Henricum. Et de iſta materia not. Specu. hoc tit. §. qualiter
& ver. tu dic. ¶ Quid dicendum? Certè dictis Henrici ad-
hæreo, ſaluis proximè infraſcriptis. Imprimis igitur vide, &
pondera ea quæ ſcripſi in prædicto. c. ex parte. A. in ſeptima
oppoſitione & in. ij. quæſtiõe & in remiſſionibus ibi per me
datis. Et his ſaluis excludas primos caſus indubios eo modo
quo dixi, in prædicta oppoſitione. vij. videlicet cum veritas
vel falſitas exceptionis notoria eſt, vel cum veritate exiſtẽte
dubia, offertur realis probatio vel non offertur, nec verbo
nec facto: quia in primo tertio indubitanter admitti. & in
ſecundo & iiij. caſibus indubitanter repelli debet appellatio
per prædicta & in loco prælibato notata. Poſtmodum etiã
excludas alios caſus, quos notabo poſt Inno. ĩ. quæſtione ſe-
quenti. Poſteà caſum dubium recipias, videlicet cum ſolo
verbo vel ſcripto, obtulit ſe probaturum excipiens extra di
ctos caſus. Et hìc diſtingue tres caſus: quia aut offerens petit
ſe admitti ad probãdum & ad hoc dilationem ſibi dari offe-
rens, verbo vel ſcripto ſe probare realiter infra dilationem
ſibi dandam, & tunc ſequor opi. Mar. & dico quòd hoc ſuffi
cit. Aut in genere ſolùm petit ſe admitti ad probãdum, offe-
rens ſe probaturum ſolo verbo vel ſcripto, & tunc dico idẽ.
Et eſt ratio huius: quia licet ad officium partis pertineat ex
cipere, & ſe ad probandũ admitti petere, & probatiões offer
re ſaluis his quæ ſcripſi. ſ. in prima quęſtione. Tamen non ad
partis ſed ad iudicis officium pertinet dare dilationẽ ad pro
bandũ vt patet ex his quę ſcripſi. ſ. in prima quæſtione. Aut
ſolum offert verbo vel facto ſe probaturũ, nihil petens per
expreſſum & tunc quicquid dicãt Nouella. & Mar. ſto cum
textu noſtro, & dico quòd quoad iuſtificationẽ articuli ap-
pellationis ſufficit talem oblationem probare. Nec eſt tunc
quoad hoc, neceſſe docere de veritate illius cuius oblatio
14 probata fuerit. Quia † propoſitio & oblatio partis & repul-
ſio iudicis, iuſtam cauſam appellandi inducitur dummodo
exceptio propoſita eſſet probabilis & aliâs admiſſibilis ad
probandum. i. non talis, quæ ratione notoriæ falſitatis, aut
infectæ materiæ, vel ineptæ formæ, ſeu præſumptę calũnię,
vel lapſus peremptorij, aut ex alia cauſa legitima repelli de
beret. Iſta enim concluſio probatur hic in fine primi reſpõ-
ſi, niſi textus calumnietur, ibi cùm dicitur, *niſi hoc ſe offerens
15 probaturum non fuiſſet admiſſus*, Quia † verbum, probaturũ, ſi-
gnat probationes futura, magis quàm præſentes. cum ſit par
ticipium futuri temporis. Nec obſtat quòd per hoc eſſet pa
rata appellanti via facilis ad calumniandum. Dico enim, ꝙ
iudex occurrere poteſt iſti calumniæ ad probandum termi
num præfigendo de except. paſtoralis de præben. ſi tibi ab-
ſenti. lib. vj. Et ideò imputet ſibi iudex, imputetq; ſibi pars
alia ſi hoc non fiat. ĩ. de reg. iuris. c. damnum. libro. vj. Et mi-
ror de domino Martino, qui non videtur ponderaſſe, quòd
eadem fraus in primo caſu, quem ipſe admittit parata eſt.
16 Et facit pro iſta parte quia ea † quæ longam interpretatio-
nem habuerũt mutari nõ deberet. ff. de leg. l. minimè Item
facit quia ſi realis oblatio eſſet neceſſaria, ſequeretur, quòd
eſſet in poſſe iudicis partem grauare enormiter abſque re-
medio appellationis. Pone enim quòd tota probatio partis
conſiſtit in teſtibus, qui nõ niſi coacti volunt deponere rea-
liter offerri non poſſunt: ſi tunc repelli verbalem probatio-
nis oblationem partem enormiter grauans, abſq; remedio
appellationis ſic procederet talis opinio. Sic intelligo quod
ſcripſit hic Collectarius, dicens in verbum probaturum
quòd ex ipſo quòd non admittitur, ſequitur grauamen: &
per conſequens iuſtificatio appellationis: licet oporteat ve-
ritatem probare ad iuſtificationẽ cauſę principalis. Per hoc
reſpondet ad prædictum capitulum. ex parte. A. remittens
ad collecta ſua ĩ. de diuor. c. ex literis. Et per hoc patet etiam
ſolutio, ad præd. cle. appellanti de quo etiam ibi dicam, & ſe
cundum iſta intellige ea quæ ſcripſi. ſ. de offic. delega in ſe-
cunda oppoſitione.

¶ TERTIO quæritur in verbo probaturum coram quo
debet offerri & fieri iſta probatio? Dic ꝙ corã iudice à quo
appellatur ſecundũ Inno. vt dictũ eſt, ſ. e. dilecto. ſecundũ
Collectariũ. ¶ Sed pone appellãs ſe ꝓbaturũ, obtulit & non
fuit admiſſus, imò iudex à quo appellauit tulit definitiuã cõ
tra ipm, quid tunc erit? Dicit Inn. ꝙ tunc iudex appellatiõis
debet

debet illius probationes recipere,tam ſuper attentatorū re-
uocatione, vt caſſetur poſteà factum, quā ſuper principali.
vt confirmetur ſentētia:etiam ſi appellatio nō valeret. Plūs
dicit quòd non eſt audiendus appellatus, ſi cauſa dilationis
17 petat priùs inquiri de cauſa appellationis tantū. Cùm † ve-
rò iudicis ſit tēdere ad finem litem.ī.de dolo.finē de proba.
licet vbi cōſiderata eadem ratione ſuper principali,& ſuper
exceptione probationes ſimul recipiūtur,tamen ſecus ſi nō
eſſet lata ſententia ſecundū eum,quia tunc poſſet petere re-
mitti appellantē ad iudicem à quo temere appellauit.ī.e.vt
debitus. Vbi verò lata eſt ſententis,ſuper ipſa debet pronū-
ciari ſi conſtet vel ſtatim conſtare poſſit ipſam ſententiam
irritandam vel irritam nunciandam: quis iuſtificatur appel-
latio priùs facta. Et hoc locum habet in iudicijs tantū: nam
18 † extra iudicium etiam ſi offerat ſe probaturum,non caſſa-
bitur factum poſt appellationem,niſi probetur veritas cau-
ſę propoſitæ de elect. cum inter canonicos. Super quo vide
quæ ibi ſcripſi.& quæ no.per Inno.ī.de his quæ fiunt à ma-
iori parte capituli.c.j. Fatetur tamen Inno.quòd quidā præ-
dicta non approbant:quia ſi appellatio tenuit, ſemper reuo
cabitur ſententia:& quicquid factum fuerit poſt appellatio
nē,& ſi non tenuit,apparet ꝙ contumax fuit appellans:& ſic
nihil reuocabitur:& habet hoc in iudicijs locum vt dictum
eſt. Secus in his quę extra iudicium fuerit cum ibi nō poſſit
iudici probationes,& indirectæ non pręiudicent,neq; pro-
ſint ſicut nec confeſſio extra iudiciū facta. Vnde & ſi is con-
tra quem appellatur extra iudicium, reciperet probationes
oblatas contra alium,puta cōtra aliquem cui vult de aliquo
beneficio prouidere. Si appellans contradicit non præiudi-
cat ei:quia in iudicio non eſt nec etiam eſſe poteſt:cùm non-
dum ſit ei prouiſum. Sed ſi ad inſtructionem ſui, ipſas pro-
bationes recipit, nō alligatur eis,nec etiam alijs præiudicāt.
Et idem eſt videre in ſimilibus. Et de talibus probationibus
dici de transla.c.fi.in fine:&.ī.tit.proximo de cætero. Si ve-
rò aliqua ſint in quibus nō poſſit probatio in iudicio dedu-
ci vt ſi iudex deneget tempus ad deliberādum,vel terminū
ad teſtes producendos,vel ędititionem ſententiæ vel actorū,
vel aliorum ſimilium. Videtur quòd in his caſibus, teneat
appellatio, etiam ſi hoc petens non offerat ſe in prædictis
probaturum grauamen. C. vt lite penden.l. penul.&.C.e.tit.
l.ſi à proconſulibus: & ī.de proba c.j.& de teſti.c.ſignifica-
runt & ante omnia reuocanda eſt ſententia, poſt talem ap-
pellationem lata etiam ſi nō probetur alis veritas grauami-
nis,niſi quia petitio ſua quæ de iure erat, non fuit admiſſa.
Et eſt tunc quæſtio quoad hoc bene iuſta,huius conſtitutio
nis ratio. Cum etiam facile ſit proponenti grauamen proba
re,quod obtulit ſe probaturum , imputandum eſt ei ſi hoc
non offerat. Et obtinet hoc etiam in exceptionibus declina-
torijs fori: vt ſi dicat literas obreptitias de quo habet co-
gnoſcere delegatus.ſ.de reſcriptis. ſuper literis.§. ſi verò pro
huiuſmodi & §. præcedenti. Item & habet locum in per-
emptorijs,vt in exceptione pacti de non petendo , & rei iu
dicatæ,& conſimilibus omnibus , quæ tamen probari poſ-
ſint ſecundū Inno. Aliqui tamen dicunt contrarium, quod
dic vt legitur & notatur.ſ.titu.j.cum.l. &. A.§ j.&.ij.& hoc
intellige:prout ibi ſcripſi:ſecus autem, in his in quibus gra-
uamen propoſitum probationi non ſubiacet : vt præmiſ-
ſum. Et idem ſecundum Innoc. vbi abſente iudice, appella-
tur in caſibus à iure conceſſis:de quo.no. & ſcripſi.ī.eo.ſug-
geſtum. Quia vanum eſſet ibi probationes offerre,cum non
ſit qui illam recipiat nec inuenitur quòd ſit melioris condi-
tionis appellans abſente iudice,quàm appellans ipſo præſen
te.ſed hic eſſet melioris conditionis malitioſè offerens for-
tè falſam probationem. Item ſecundum eum, in odium iu-
dicis nolentis admittere probationes oblatas inducitur hoc
ſtatutum. Ad quod inducit quod dictum eſt ſupra de ap-
pellatione extraiudiciali. Tamen ſecundum antiqua iura,nō
videtur neceſſaria probationis oblatio:vt.ī.vt litis non cō-
teſtatio.c.accedens,id eſt & in multis alijs capitulis. De in-
terlocutorijs notatur infra de operis noui.nunciat.c.penul-
timo:& infra eodem titu.c.cordi.libro.vj. ſecundum Inno-
cen.& Hoſtien.

¶ QVARTO quæritur in verbo, *ſic parata*, pone enim
19 † quòd appellatione per appellatum nō recepta,vult appel-
lans coram iudice appellationis etiam abſente parte alteri
appellata.cauſam huiuſmodi appellationis proſequi , nun-
quid poteſt?videtur quòd ſic per.c.in noſtra.ſ.de procur.ſed
dici poteſt illam decretalem loqui,cùm certum eſt,fuiſſe ap
pellatum pro eo quòd appellans non fuit admiſſus ad pro-
bādum cauſam legitimam quam ſe obtulit probaturum:di-
cit tamen Inno.idem eſſe etiam ſi hoc non obtulerit:quis ex
quo conſtat fuiſſe appellatū, iudex de ipſa appellatione co-
gnoſcet,an ſit admittenda parte abſente.ī.eod.cum ſpeciali
ad finem:& ſi ſit admittenda procedet iudex, quantum po-
terit in principali quando fuit appellatum ante ſententiam:
20 nam ſi † poſt ſententiam à tempore appellationis lapſus ſit
annus,rata manet ſentētia.ī.eo.ex ratione &.c.cum ſit. Si ve
rò adhuc non fluxerit annus, non poteſt iudex procedere,
niſi partibus vocatis : & de hoc.ī.eo.c.ſępe. ¶ Hoſtien. au-
tem hic notabat quatuor caſus diuerſos. Primus quando nō
admittitur appellatio,nec approbatur & tunc ſufficit pro-
curatorem mittere ad impetrandum & contradicendum.
Secundus,cùm admittitur vel approbatur appellatio:ſed ap
pellatus nil petit:& tunc nō ſufficit mittere procuratorem
ad impetrandum & contradicendum:Sed neceſſe eſt mitte-
re procuratorem inſtructum, quoad proſequendum appel-
lationis articulum, ſi præfixus eſt terminus & de hoc.ī.eo.
ſępe. Tertius caſus eſt,quādo non admittitur vel non appro
batur appellatio & appellatus nil petit,nec eſt præfixus ter-
minus,de quo dic vt le.& no.ī.e.Nicolao. Quartus caſus eſt,
vbi admittitur ſeu approbatur appellatio,& appellatus pe-
tijt quòd prin.eſſet in curia & tunc eſt neceſſe mittere pro-
curatorem ad proſequendum negotium principale:vt.ī.eo.
c.cordi.libro.vj. Et hoc in appellationibus interpoſitis ante
ſententiam. Dicit tamen Hoſten. quòd etiam in appellatio-
nibus interpoſitis à definitiua ſufficit mittere procurato-
rem ad impetrandum,niſi iudex vel aduerſarius appellatio-
nē approbauerit & de hoc.ī.eo.oblatæ.nam etiam qui im-
petrat videtur proſecutus de hoc.ī.eod. ex ratione &.ī.tit.
primo cum ſuper,&.ī.c.proximo.

¶ QVINTO quæritur in §. *illa denique*. in verbo, *delega-
ta*. qualiter hoc intelligitur? Et vide quod ſcripſi, in expoſi-
tione ſuper verbo prædicto. Dicit autem Nouella ſe crede-
re, quòd hæc ſit mens literæ ſi appellans coram Papa petit
remitti ipſe remittet ſi nondum cauſam delegauit: quaſi di-
ceret ſi non delegaſſet,ipſe non remitteret ſed coram delega
to remiſſio peteretur. Non enim credit Nouella,quòd pro-
pter delegationem impediatur remiſſio : & ſecundum hoc
ſubaudi maximè .Nec etiam videt Nouella quis eſſet effe-
ctus reſiſtentiæ volenti enim remitti ſufficit non probare
veritatem cauſæ & hæc vera quando appellatū non fuit.

¶ SEXTO quæritur in § ſanè ſuper verbo, *contumaciter*.
quid de termino legis. Adde quæ ſcripſi in expoſitione ſu-
per dicto verbo:& videtur quòd idem:argumen.C.de tem.
po.appella.§ fina.§ illud.ī.eodem oblatæ.§ primo &:verſic.ſi
21 verò:quia & † dies interpellat pro homine de locato capi.
vltimo in fine.cum concor.& de elect.c. primo. libro.vj.ita
tamen quòd non prorogetur negotium : ſed aliquantulum
expectetur:argumentum.ſ.c. proximo cum Berthol. &.eo.
capi.per tuas. Debet enim quęri appellator ſi eſt abſens. Sed
quęres vbi debes quæri. Et reſpondet Hoſtien. quòd in au-
dientia Romanæ curiæ vel principis,& tunc ſiue reperiatur
ſiue non,expediatur poſteà appellationis articulus. Et ſem-
per abſens in expenſis condemnetur. ſecunda quęſtione ſex-
ta.ab appellatore.in authentico de his qui ingre. ad appela
latio.§.quia enim collatio.quinta. Et eodem modo examin-
bitur negotium, appellatore apparente & appellato abſen-
te in authen. vt ſponſalit. largitas.§ & hoc quoque ſanci.

mus col. ix. ſecundum Hoſti. qui dicit aliquos ſentire, quòd abſens ſit habitus in partibus. Sed cum authen. dicat abſentem condemnãdum in expenſis, reſtat quòd ipſum reputat contumacem. Item cum dicat ipſum quærendum non citandum, cùm non ſupereſt niſi menſis de biennio, reſtat ex his quòd malè ſentiũt: nam ſi eſſet in Italia, vel Scotia, impoſſibile eſſet reuerti nunciũ intra menſem, licet alij, contra ipſe tamen de hoc remittit ad notata. ſ. e. ſępe: &. j. e. c. j. lib. v. & in ſumma e. tit. § & quæ eſt pœna. Dicit tamen eum citandũ in eccleſijs, vel locis publicis antequàm procedentur contra eum: quia forſan aliquis offeret ſe defenſioni. ſ. de dolo. c. finem: & de eo qui mit. in poſſ. § ſi. & ſi quis ſe obtulerit ad illius defenſionem, admittitur. ff. de procur. l. ſeruum quoq; §. publicè. videlicet cum ſufficienti cautione de iudicato ſoluendo, vel vbi non poſſet cõmitti de rato. ſub certa pœna. & ſic dicit in curia ſeruari & allegat. ſ. de offic. dele. c. coram.
22 defendere † autẽ eſt id facere, quod dominus faceret, ſi præſens eſſet: nec debet conditio procuratoris vel defenſoris durior fieri, quàm conditio domini pręterquã in ſatiſdando. ff. de procur. l. ſed & hæ. § defendere. & l. inuitus. § qui nõ cogit & l. proprio. § qui alium. ſecundũ Hoſti.

¶ SEPTIMO quæritur in eodẽ § ſuper verbo, *abſentante*. quo modo conſtabit appellatũ eſſe coram iudice appellationis ſi non ſint præſentes ambæ. Reſpondet Inno. quòd cùm hic non quæratur niſi de appellatione, nec ſuper alio pronũcietur, nullum eſt periculum: quia ſi non ſit appellatum, de alijs nõ agetur. Si verò probetur appellatũ, tunc demum decernetur appellatio iuſta vel iniuſta, & caſſabiť vel cõfirmabitur: prout iuſtum fuerit quicquid poſt appellationem factum fuerit. & ſi fortè abſens propter defectũ allegationum aliquod damnũ incurrat, debet hoc ſuæ contumacię impu-
23 tare: quia contra abſentem † nõ contumacem nõ procederetur de cauſa po. c. j. &. ſ. e. per tuas. De appllatione verò per ipſi acta cõſtare poterit, vel per teſtes, ex quo contumax eſt pari aduerſa. Sed appellatus qui non comparet, non eſt reputandus cõtumax, vbi nõ fuit appellationi delatum: cùm enim ex hac cauſa non reputetur appellatus contumax ſi non venit vel mittit proſecuturus appellationem propriam vt. ſ. e. c. multomitus hoc caſu reputari debet contumax appellatus, qui nec ad ſuperioris iudicium prouocauit, ſecũdum Inno. ¶ Collectarius vltra ea quæ ſcripſi de dictis ſuis. ſ. in expoſitione literæ ſubintrat valdè impertinẽter duas materias, quę tractari ſolent alibi: videlicet in. c. ij de iura calum.
24 lib. vj. & in. c. j. &. ij. de mutu. pe. Quærit † enim primò nunquid eadem cauſa, ſit eadem cum principali, & arguit quòd ſic: per lecta. & notata de procu. nõ iniuſte. in fine. & de iura calum. c. j. lib. vj. &. ij. quęſt. vj. poſt ſententiam ſecundã. quia
25 † appellatio nõ eſt, niſi quędam reuocatio iudicij &. ij. q. vj. accuſatus. Et placet Arch. de teſti. c. j. lib. vj. Et Inn. clamis de reſcrip. paſtoralis & Hoſti. eo. tit. ex tenore. & placet Accur. C. de temp. ap. l. per hãc. Io. verò in prædicto. c. poſt ſecundã tenet quòd eadem cauſa eſt: ſed nõ idem iudiciũ hoc eſt eadem cauſa ſed non eadem inſtantia & cõmuniter approbat ſecundum eum. Sed ipſe dicit ſe credere, quòd propriè & verè loquendo, cauſa appellationis eſt alia à cauſa principali: quia primò & principaliter hic nõ quęritur de cauſa principali: ſed de ꝓceſſu primi iudicis. ar. ſ. de teſti. cõſtitutis. ideò eſt priuilegiu eius, quòd in ea lite non cõteſt. proceditur: vt hic: &. ſ. eo. per tuas quod qualiter intelligatur. plenè ſcripſi, in prædicto. c. per tuas. & de iura calum. c. ij. lib. vj. quęſtione ij. imò poteſt contingere, quòd non cognoſcetur de principali, vt hic: &. ſ. e. vt debitus: & de excep. olim ſecundũ eum. Sed prædicta procederẽt, vbi eſſet appellatum à grauamine ante ſententiã: ſed cum appellãtur à definitiua, rationes Collectarij ceſſant. Ideò dic de hoc vt ſcripſi in prædicto. c. ij. de iura calum. l. b. vj. in prima quæſtione. Secundò quærit Col-
26 lect occaſione quæſtionis pręcedentis, nunquid † cauſa cõuentionis, & reconuentionis ſint eadem. i. ipſa reconnentionis cauſa, eadem cum principali videtur quòd ſecundum communem opinionem, cum ſint eędem perſonæ & ijdem iudices, & ſic eadem videtur inſtantia. arg. eius quod leg. & no. iij. q. viij. cuius in agendo. ſuper verbo in eodem credit Collectarius quòd imò ſunt diuerſæ cauſæ diuerſa negotia cõtinentes, & diuerſas probationes requirẽtes, & diuerſas origines habentes: de verbo. ſigni. c. fortius, licet certo reſpectu idem poſſint dici iudicium ſine inſtantia: vt in contrario.

¶ Supple gloſſas. In glo. ij. ibi, *cum cauſam.* ſolue vt dixi ſuper glo. antepe. & ibi: *vt debitus.* ibi rationabilitas cauſę includit ipſius veritatem in decre. ſequenti probata fuit veritas exceptionis per confeſſionem appellati. *& in fine.* dicit Hoſti. quòd illa iura & ſimilia, per id quod hic dicitur ſunt ſupplẽda, & intelligenda ſicut & loquitur, ſcilicet quando ante definitiuã fuit appellatum. Dicit etiam Hoſti. quòd ſi appelleť à definitiua, & iudex nõ admittat appellationem. Et ideò quia non admittit iterum appellatur hoc ipſo quòd probatur nõ admiſſa, rationabilis reputatur. ff. de app. ſi cuius. ſaluo quod habetur. ſ. e. paſtoralis. primo reſpõſo. In glo. iij. ibi, *& ideò ſufficit,* quoad iuſtificandã appellationem, ſed non quoad conſequẽdum effectum exceptionis: ſiue ſit dilatoria, ſiue peremptoria vt ſatis dixi. in pręd. decre. ex parte. ſ. glo. ad hanc. In glo. ſibi ibi, *imputari*, ibi ad totam cauſam appellationis: nam ſuper principali nõ habet neceſſe mittere: niſi appellatus hoc petierit, licet recepta vel appobata ſit appellatio ſecundum Inno. & Hoſtien. vt. j. eo. cordi. § j. lib. vj. ver. de hoc in glo. ij. *& in fine.* Item pręfigitur terminus ſuæ apellationi ne ab appellato poſſit ſnppllantari. ſ. e. oblatæ item conſtituat fidelẽ procuratorem. ſ. c. proximo in fine, &. j. de pig. ſignificante. ſecundũ Hoſti. Et de his plenius in Specu. de app. § qualiter. ver. in ſumma. & ſequentibus. In glo. *hic habes.* ibi quoniam. in prima. glo. &. ij. q. ix. in ſumma. & in fine hoc dictum ibi in additione mutauit. in glo vltima ibi contra ipſum: vt nota. ſ. co. ſępe in glo.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula appellatione remota an aliquid operetur.*

3 *Clauſulam generalem in medio poſitam, referri ad præcedentia.*

¶ CAP LXXI.

INquiſitioni. Se ſummat. & expone ibi, *literarum Apoſtolicarum*: cum nec alius illam calufulam ponere poſſit. ſ. de offic. dele. ſuper quæſtionũ. *niſi*, nõ videtur propriè poni iſtud niſi, nam ſi iteratur niſi, tunc reſpicit etiam præmiſſa.

¶ Nota primò quòd per hanc decretalem cuius caſus fundatur
1 ſuper † clauſula app. remota. neceſſe eſt fateri, quòd prędicta calufula aliquid operatur. cum ſequatur decre. vt debitus & quid opereť, ſcripſi ibi: &. ſ. e. paſtoralis. Nã licet ad alia iura quorum caſus etiam fundantur ſuper eadem clauſula, vt. ſ. de reſcript. c. j. &. ſ. de mutu. peti. c. ij. &. ſ. e. ſecũdò requiris. & de offi. dele. ſuper quęſtionũ reſpoderi poſſet. Ad hanc tamen reſponderi non poteſt. Nam ſi decre. vt debitus. corrigeret pręcedentes, eadem ratione, & iſta eam corrigeret, cùm ſequatur ipſam: & ſi dicatur, quòd gratia exempli de hac clauſula poſitum fuit hic ſuper eam ſcietur quid iuris de alijs clauſulis. Reſpondet Hoſti. quòd de alijs clauſulis ſatis determinatum erat per iura alleg. in glo. Prętereà debuiſſet ſecundũ id textus generalitate verborũ contẽtari: & omittere verbũ per quod tollitur appellationis remedium: & dicere ſolum quoties clauſula in medio &c. vel ſaltem aliud bonum exẽplum ponere, cùm plura alia poni poſſent etiã quę ad ntulũ facerent. ¶ Secũdò nota quòd † clauſula generalis in medio poſita, refertur ad pręcedentia, & non ad ſequentia. Super quo omnino vide quæ ſcripſi. ſ. e. c. ſecũdò requiris. in primo notabili: & in. ij. q. ¶ Opponiť cõtra ſcdm notabile de. e. ſecũdò requiris. j. reſponſo. ſ. e. vide in. j. glo. ſolutionem Ber. in qua concordant Inno. & Hoſti. Et de. j. membro ſuæ diſtinctionis hoc eſt de diuerſis negotijs nõ ſe tangentibus, pone exẽplum

plum per.c. cum veniſſent de teſti. & de ſecundo membro
hoc eſt de vno negotio habente plures articulos, quaſi con-
cathenatos, pone exemplum.ſ.de reſcrip.cum dilecta.ſecun
dum Hoſti. qui dicit de vtroq; membro patere exēplum.ff.
de neg.ge.l.cum actum.ff. de mino.l.etiam.§.j.ff. de admi.tu.
l.tutorem.ff.de tutel.& rationibus diſtrahēdis.l.j.§. nunc tra
ctemus.&.§.in tutela.&.l.ſi tutor rei publicę.§.j.&.ij.&.ff.eo.
tit.l.ſi quis.§. penult. & vltimo. Finaliter autem concluſiuè
non poteſt certa regula tradi: quia ſecundum quòd diuerſi
ſunt caſus, quandoq; omnia præcedentia reſpicit vt hic: &
ſ.de reſcrip.c.olim.§ finali. Quandoq; pręcedentia & ſequē
tia: vt.ff.de leg.j.l.talis ſcriptura.in fine:&.l.ſequēti.&.l.ſi ſer
uus plurium.§ fi. Quandoq; quod præmittitur, repetitū in-
telligitur: vt in.c. Apoſtolus:&.ff.de verbo.ob.l.Titia.§.idem
reſpondit. quandoq; principiū trahitur ad ſequentia, vt.ſ.
c.ſecundo requiris. Hoſtien. Super quo vide in Spec. de in-
ſtru.ędítione.§. nunc autem videndum.verſu. item excipe.
Et quæ ſcripſi in prædicto.c. Secundo requiris. Adde autē.
nota. Oldradi in quæſtione quæ incipit quidam paterfami-
liàs fecit teſtamentum vbi tractat qualiter vltima reſtringāt
præcedentia quæ eſt in quodam libro meo numero.l. *Sed*
quia ibi vt aduocatus & non vt iuriſconſultus locutus eſt,
illa de præſenti obmitto: ſed ſi vis ibi videre potes. Super
quo omnino videas, quæ Latiùs ſcripſit Bar.ff. vi bo.rapt.
l.iij.quæ incip. Prætor ait cuius.§.eritq; hæc differentia.vbi
nullo modo videre omittas.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio vel victoria vnius an proſit pluribus habentibus cauſam communem & defenſionem eandem.*
2 *Altero ex duobus appellantibus non proſequente appellationem, nūquid conſors proſequi poſſit.*
3 *Intereſſe modicum ſufficere, ad hoc vt quis appellationem proſequatur.*
4 *Sententia lata pro vno an proſit alij.*
5 *Acceptilationem ex conſenſu dependere.*
6 *Sententiā approbari dici tunc cum quis diam expreſſe approbat.*

¶ *CAP. LXXII.*

VNa ſententia. ¶ Se ſummat. Et no
ta quòd dicit, *vna*,
1 quia ſi † eſſent plures ſententiæ quibus diui-
ſim condemnati eſſent plures habentes etiā
cauſam communem, & eādem defenſionem.
tamen vnius appellatio vel victoria ſocio cōdemnato per
aliam ſententiam prodeſſe nō poſſet: vt.ff.e.l.ſi qui in prin.
¶ Expone literam *victoria*, quid ſi alter cōponit, an alter poſ-
ſit victoriam proſequi? vide in Spec.de appellatione.§ j.ver.
ſed quid ſi ille.& facit quod no. de elect.vt circa.verſu. alio-
quin.libr.vj.in glo. ij. *ſuffragatur*, an ſit idem in duobus mi-
noribus lęſis ex contractu altero petente reſtitutionem? vi-
de in Spec.parte.ij.de reſtitu.in integrū. in fine. *Si communi:*
hoc eſt primum, quod requiritur. *idemque*, hoc eſt ſecundū,
ad quod concordat de accuſa. ad petitionem ſecūdum Ho-
ſtien. *& eadem*, hoc eſt tertium.ad quod.ff.e.l.ſi quis tutoris
§ fina.exiſtat.alij caſus quibus res iudicata inter alios pro-
deſt vel nocet alijs notaui ſ. tito.proximo.c. quamuis: &.c.
cum ſuper. ¶ Supple gloſſas, in glo.j.ibi, *correis*, aliàs ſecun-
dum Goffre.non eſſet locus decretali, etiam ſi res de qua agi
tur communis eſſet, vel aliquos cōmuniter cōtingeret quia
tunc ſententia etiam contra vnum lata alij non obeſſet.ij.
quæſt.vj. interrogatum.ff. de adulte.l.denunciaſſe.ff. de ap-
pella.l.à ſententia. in gloſſ.vltima in fine.idem ſi vnus tutor
conueniatur.quia malè alienauit, & alter quia non contradi
xit vel repetere neglexit. Tunc enim vnius victoria, nō pro-
derit alteri.ff.e.l.ſi quis.§ vltimo ſecundum Innoc. Dicebat
Abbas, quòd congruè ponitur exemplum in hac decretali,
in tribus fideiuſſoribus, qui non renunciauerunt conſtitu-
tioni de principali prius conueniendo qui poſteà priùs con
uenti condemnati fuerunt, vnus appellauit, & in cauſa ap-
pellationis obtinet, quia debitor priùs conueniri debuerat
ipſius victoria proderit alijs: quia iure communi iuuātur &
eadem cauſa defenſionis, & idem negotium & per prædicta
& alia hic lecta, & notata decidere habes illud, quod teti-
gi.ſ. de in integrum reſti.c. beneficio. in dictis Collectarij.
verſu.ſeptimo quid ſi duo.
2 ¶ PRIMO quæritur in verbo conuolauit quid ſi † iſte
qui appellauit, non proſequeretur appellationem, nunquid
conſors proſequi poſſet. Archid.de elect.c.primo.lib.vj.glo.
is cui. in fine videtur notare quòd ſic. Et vide quæ not. in
Spec.eo.tit §.quis poſſit.verſu.ſed pone.&.verſu ſe. Et adnet
te in verbo. *communi iure*, quia ſimile dicit.l. notabilis.C.de
natura. libe.authen.item ſi quis. in ſecundo reſponſo quam
inducit Collectarius.ſ.de præſcript.c.ad audiētiam. ¶ Plùs
dicit Collectarius, quòd ſi quis cōdemnetur de pluribus cri-
minibus, quorū vnum eſt grauius, & aliud lęuius, ſi à grauio
ri appellat, in leuiori differtur executio.ij.quęſt.vj.ſi quis de
ſa. Dicit etiam, quòd ſi crimina ſunt ęqualia idem vt notat
3 ibi Io. ¶ Item notat Collectarius, quòd licet ad † appellan-
dum non admittatur, niſi ille cuius intereſt.ij.quæſt.vj.non
ſolent.tamen modicum intereſſe ſufficit.ad quod inducit.l.
à ſententia.ff.e.tit.cuius inductionem tibi etiam relinquo.
Inducit etiam.l.iubemus.de libe.cauſa.licet etiam illi ſenten
tia nō præiudicaret vt ibi notatur, Et faciūt nota.ſ.tit.pro-
ximo cum ſuper. ¶ Sed nunquid iſte cuius ſic intereſt appel
lanti in caſu præa.l.à ſententia. & finaliter obtinente, profi-
cit condemnato qui non appellauit. Dicit Collectarius quòd
hoc non videtur, niſi aliàs ſint coniuncti vt hic & ibi. ¶ Io.
Fabri.C.ſi vnus ex pluribus appella.l.j.intelligit, quod ibi &
hîc dicitur condemnatio eſt vna abſq; ſeparatione.arg.ff.e.
tit.l.ſi qui ſeparatim in prin. Et licet quidam hoc ſolùm in-
telligant, quando quilibet fuit condemnatus inſolidum, ta-
men melius eſt, ſecūdum eum, intelligere indiſtinctè: vt no.
in Spec.eo.tit.§.primo.verſu.ſed an & obtinet hoc ſecundū
eum, in qualibet re communi. Item & in non communi in-
diuiſibili. Item & in omni cauſa, in qua eſt communis defen
ſio: vt in pluribus tutoribus ſimul adminiſtrantibus, ſecus
ſi vnus adminiſtrauit, alius non: vt prædicta.l. ſi qui ſepara-
tim.§.finali. Et vide ibi, &.ij.quæſt.vj.§. ſunt quorū, & idem
contra vbi contra vnum eſt appellatum: vt.ff.eo.l.ſcio.§.pri-
mo. Et apparebit an vna ſit defenſio ex modo agendi, vel ve
rius forte ex modo defendendi. Quid enim ſi alter appoſuit
pactum de non petendo, alter non: certè non videtur tunc
eadem defenſio: ſed quid ſi ille qui appellauit tranſigit vel re
nunciauit appellationi. Certè alius poteſt proſequi: vt pręd.
§ j.ver.ſed quid ſi ille: ſed & appellatio facta in vna parte, nō
extenditur ad aliam, ſi ſit facta determinate aliàs ſic. ſi ſit cō
nexa C.de appella.ampliorem de minori.l.etiam.§.ſi ex cau-
ſa. *Sed* quid ſi ille qui non appellauit, velit cauſam & aliam
defenſionem proponere: quæ non competēt appellati. Cer-
tè ille ad hoc non videtur debere amitti per prædicta.l.pri-
mam.C.ſi vnus ex pluribus. Item idem fortè in pluribus agē
tibus, ſi ſuccubuerunt, & alter appellauit: nam tunc videtur
eſſe locus prędicta.l.j.licet non ſit cauſa principali &c.vt no
tatur in prædicta.l.ſi qui ſeparatim.§ fina.in fine vltimæ glo.
quæ eſt valde notabilis in hac materia hicque iungenda &
menti tenenda, licet contrarium videatur notari.ff.de exce-
ptio.rei iudic.l.ſi cum vno. Sed primum verius, ſecundū prę
dictum. Io.fa.in prædida.l.C.ſi vnus ex pluribus.
¶ SECVNDO quæritur propter dicta Bartoli, & ali-
qualem clarificationem præmiſſorum, qualiter tertio non
victo propter ſuum intereſſe appellante & victoriam re-
portante, victoria eius proſit victo. ¶ Circa quod Barto-
lus.ff.eodem.l.à ſententia præmittens aliqua per notata ſu-
pra titu.primò.cum ſuper maximè in prima oppoſitione.
ſic diſtinguit, quia aut tam victus, quàm ille tertius ap-
pellauit & vterque ſuam appellationem proſequitur. Nec

victus in cauſa appellatiõis de iure ſuo docuit ſed tertius in
illa de iure ſuo docuit & tunc ſententia ferenda à iudice ap-
pellationis proderit ſolùm illi tertio, & quãtum ad illum
ſolùm, ſententia infirmabitur: vt. ſ. tit. j. cum ſuper. Et eſt ra
tio quia cum vterq; à ſẽtẽtia appellationem interponit, &
ſic vterq; ſibi prouidit, videtur vterq; renunciaſſe prouiſio
4 ni legis quæ habet quòd † ſẽtẽtia lata pro vno proſit alteri
& ſtatur tunc regulæ latiori quæ habet quòd res inter alios
acta &c. Et ideò libellus appellationis, debet ſic formari, pe
to talem ſententiam quantũ ad mei præiudicium infirmari.
Aut victus nõ appellat ſed ſolùm appellat ille cuius intereſt
Et tunc aut ille victus acquieuit primæ ſẽtẽtiæ eam ratam
habendo, & tunc idem quia ſententia ſolum infirmabitur,
quoad præiudiciũ appellantis, & non quoad præiudicium
victi quod probatur. ff. e. tit. l. non tantum vbi ponitur ſpe-
ciale in cauſa capitali, quòd victo appellãte tertius auditur
appellans. Et ſic in contrariũ eſt ius cõmune. Aut tertio ap-
pellate victus appellas, aliàs non acquieuit ſẽtẽtiæ & tunc
debet ſententia irritari in totum & proderit appellati & vi-
cto. Et ita debet intelligi. l. à ſententia. ff. e. tit. & probatur in
l. ſi quis ſeparatim. in fine. ff. eodẽ. Et. C. ſi vnus ex pluribus
l. j. vbi dicitur quòd ſi vnus ex plurib⁹ appellauit pro parte te
ſua licet non appellet pro parte alterius, proderit alteri ha-
benti eandem cauſam defenſionis. & per conſequens multò
magis cum à ſẽtẽtia lata cõtra alium appellauit. Plùs credit
Bar. quòd ſi etiam in caſu iſto expreſſè in appellatione, &
etiam in appellationis proſecutione expreſſè diceret ſe ap-
pellare reſpectu ſui præiudicij tantum quòd nihilominus
effectus victoriæ porrigeretur ad victum. ar. ff. de bo. po. con
tra tabu. l. & ſi poſt mortem. in fine licet in cõtrarium faciat
quod notatur in. l. & poſt iuſiorandum. §. ſi legatarius. ff. de
accepti. &. ff. quod me. cauſa. l. ſi cum exceptione. §. Labeo. in
glo ſuper verbo dederit in quib⁹ dicitur, quòd licet effectus
acceptilationis porrigatur ad fideiuſſorem, tamen hoc eſt
5 verum, niſi contrarium agatur, eo quod acceptilatio † depẽ-
det ex conſenſu. Secus tamen in ſententia & eius effectu: vt
l. non poteſt. ff. de iudi. &. ff. de fur. l. non poterit. Ad quod fa
cit quod no. C. de tranſact. l. ſi diuerſa. Qualiter autem videa
tur acquieſcere vel nõ, dicam infra. Sed quare ille tertius ap-
pellans ſuperiorem, auditur cum illum qui ſententiam tulit
audire poſſit. imò quodam modo iniuriari videtur ſuperio
rem adeundo. Dic quòd quia non poteſt prouideri, ne præ-
iudicium ſibi fiat, niſi ſententiæ iniquitas detegatur de quo
ille qui tulit conueniẽter non cognoſcit: vt C. e. l. eos. Ex hoc
enim tertius ſuperiorem appellans, reportat commodum,
quia præſumitur quòd proferens vellet fauere ſuæ ſenten-
tię vt dixi in. c. cum ſuper. & notat Bar. in l. à ſententia alleg.
& nedum à ſecũda. in prima appellationis, imò & à tertia ſen
tentia in ſecũda appellationis cauſa tertius pro ſuo intereſſe
appellat, dummodo ſi appellet à tertia ſententia, ante ipſam
ſententiam neſciuerit cauſam agi. Imputet enim ſibi, ſi vidit
& ſibi non prouidit: vt. C. de euict. l. ſępe. ff. de re iudic. Sed
ideò ignorans appellat, quia ſine culpa damnificari non de-
bet: nec appellatio huiuſmodi releuat primum dictum ſecũ
dum Inno. in. c. cum ſuper: & Bar. in l. à ſententia & reputat
Inno. vbi. ſ. hanc appellationem iudicialem, quia quoad prę
iudicium illius, per inde eſt, ac ſi fuiſſet victus. Sed Bar. in. l.
ſi à ſententia. dicit quòd hæc appellatio quoad quid, habet
vim appellationis ab interlo. Nam victus à definitiua appel
laret ſimpliciter abſq; expreſſione alicuius cauſę: vt. ſ. e. l. j.
in fine: & ibi nota. Sed iſte tertius appellans, niſi in appella-
tione aliquam cauſam ex primeret propter quam ſuam inter
eſt eius appellatio non reciperetur: vt expreſſum videtur in
prædicta. l. à ſententia. in prin. ¶ Sed oppones aduerſus prę-
miſſa quia videretur quòd victoria vnius non proſit alteri,
niſi quando res eſt indiuidua: vt. ff. ſi ſerui ven. l. loci corpus
§. ſi fundus. Nec valet quantum ad hoc diſtinctio Azonis, de
re corporali vel incorporali, vt no. glo. in. l. ſi quis ſeparatim
§. finali. alleg. Vide glo. ibi dicit, quòd prædicta diſtinctio an

res ſit diuidua vel indiuidua habet locum in cauſa principa
li, & non in cauſa appellationis: quia in cauſa appellationis,
etiamſi res ſit indiuidua. victoria vnius prodeſt alteri: ſi cau
ſa defenſionis eſt eadem: ſed in cauſa principali ſecus: vt. ff.
de except. rei iudi. l. ſi cum vno. licet glo. aliter ibi dicat ſecũ-
dum omnes & malè vt dicit Bar. & poteſt eſſe ratio: quia in
cauſa appellationis, agitur de ipſa ſententia quæ eſt indiui-
dua: vt. ff. fa. erciſ. l. in hoc iudicio. ¶ Si tamen quęras de hoc
generaliter dic aut ſuper re cõmuni fertur ſentẽtia, in cauſa
principali, aut in cauſa reſtitutionis in integrũ, aut in cauſa
appellatiõis, ſi in cauſa principali, dic aut de re diuidua, aut
in diuidua, ſi de re indiuidua, vt in prædict. l. loci corpus §.
ſi fundus. Si in cauſa reſtitutionis, dic vt le. & no. C. ſi in cõ-
muni eademq; cauſa in integrũ reſtitu. l. vna ſi in cauſa appel
lationis, tunc ſumus in materia propria, & tunc dicas, quia
aut plurium eſt ſeparata cauſa defenſiõis aut eadem. Primo
caſu, vnius defenſio vel victoria, non prodeſt alteri: vt prędi
cta. l. ſi quis ſeparatim. Secundo caſu, aut ſunt cõdemnati di-
uerſis ſententijs aut vna. Si diuerſis, aut diuerſis probationi
bus & tunc pluribus appellationibus opus eſt: nec vnius vi
ctoria alteri prodeſt: vt prædicta. l. ſi qui ſeparatim. in prin.
Aut ex eiſdem probationibus, & tunc vna appellatio ſuffi-
cit & victoria vnius prodeſt alteri: vt præd. l. ſi qui ſepara-
tim. ver. ſi aduerſus. quod intellige cum illa diſtinctione, quã
ſtatim dicam: in membro ſequenti. Aut omnes vna eademq;
ſententia cõdemnati fuerunt, & tunc dicit aut vterq; appel-
lauit, & tunc victoria vnius nõ prodeſt alteri: vt dixi. ſ. Aut
appellauit vnus tantùm, & tunc aut alius approbauit ſentẽ-
tiam, & tunc victoria illius, illi non prodeſt: vt. ff. eodem. l.
non tantum inducendo vt ſcripſi. ſ. Aut alter non appella-
uit, & tunc illi prodeſt victoria alterius, vt hic & prædicta
6 l. ſi quis ſeparatim. l. prima. Dicitur autem † approbare ſen-
tentiam, ſi eam approbet expreſſè. Et idem ſi tacet perdẽs
dies ignorans ſocium appellaſſe: nam ſi ſciret, non videretur
ſententiam approbare: ſed magis tunc contẽtus videret de
legis prouiſione, quòd appellatio ſocij ſibi proſit: quæ ra-
tio ceſſat cum hoc ignorat ſecundũ Bar. qui latius hoc pro-
ſequitur. in prædicta. l. ſi qui ſeparatim. ¶ Sed quid ſi plu-
res vicerunt & contra vnum pronuncietur, an præiudicet
quoad alios? Glo. dicit quòd ſic. ff. eodem. l. tertia. § primo.
Quod intelligit Bar. quando appellato contra vnum nõ ap-
pelletur ſententia pro alio: & quando plures vicerunt, vna
ſententia per ea quę dixi in pręcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Metum iniſtum vanum & non probabilem non excuſare.*
2 *Credendum an ſit illi qui dicit ſe timuiſſe appellare ab Epiſcopo vel alio iudice.*
3 *Metum non probari conteſtatione ſed facti attrocitate.*
4 *Quis metus ab appellando vel proteſtando excuſet.*
5 *Proteſtationem eandem vim habere, quàm appellatio.*
6 *Authorem hunc ſcripſiſſe librum de oſtenſione veritatis in facto ſciſmatis.*

¶ CAP LXXIII.

SI iuſtus metus. ¶ Se ſummat & ad
materiã huius de-
cretalis vide omnino quæ ſcripſi. ſ. de his
quæ ibi me. ve cauſa fit. c. primo tertia quæ-
ſtione. Et quæ ſcripſit Bar. de metu. ff. de no.
operis nuoci. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi præto
ri & etiam quæ ſcripſi. ſ. eodem titu. c. ſuggeſtum in prima
quæſtione. ¶ Expone literam iuſtus putant aliqui per
hoc verbum, quòd ſi aliquid commiſit quod per eum time
ri oporteat non habeat hoc remedium ad hoc. ff. quod me.
cau. ſi mulier. primo reſponſo quod non placet Hoſti. qui ex
ponit iuſtus. i. probabilis: & non conſideretur qualitas gra-
uati ſed ęquitas iudicantis de except. cum inter priorem.
&c.

& ei ſubuenietur licet ſit odioſus.ff. quod metus cauſa. iſti.
1 quidem.primo reſponſo metus † autem iniuſtus.i.vanus &
non probabilis,non excuſat de hoc.ſ. quod me cauſa. Cum
dilecti. *metus*,forte iudicis, qui conſueuit indifferẽter appel
lantes capere,incarcerare,& malé tractare. Fa.cle.de exceſſ.
præla.frequens.poſt peincipium.ver. & appellationibus.ar.
ff.de.pig.acti.vel vniuerſorum.ff. de vſur.qui ſemiſſes.C.de
epiſ.audientia.l.iij.in fine.de hoc de ſta.mo.c.finali in fine.j.
reſponſo vel forté partia quæ per ſatellites impedit de teſti.
conſtitutis,vel forte iniquę municipalis legis de ſent.excõ.
grauem.de immuni.& quoniá.lib.vj. *beneficium*.Sic in denũ
ciatione noui operis.ff.de no.oper.nunci.l.de pupillo.§.ſi qs
ipſi prætori.Hoſti.prouocatur ſi.ff.rem ra.ha.l.bonorum.&
hoc vult hîc iſta litera ſecundum Inno.quod ſatis eſt illi qui
iuſto metu perteritus appellare nõ audet,cauſas appellatio-
nis exponere ſic.ſ. dicendo dñe iudex grauatis me in hoc
& in hoc quamuis non dicat appello, quia non audet tamen
ſola expreſſio cauſarũ,habetur pro appellatiõe.C.de his qui
per me.iu.l.ij.Imò poſſet dici ſecũdum eum, ꝙ licet poſteá
coram ipſo iudice citatus compareat,& procedat non vide
tur propter hoc renunciare appellationi factæ dũmodo ti-
mor durat.ar.ſ.quod me. cauſa.c.j.C. quòd me.cauſa.l.ij. ſe-
cundum Hoſti. Et eadem ratione videtur dicendum, quód
etiam non currerent fatalia in hoc caſu. Et idem etiam ea-
dem ratione in negotijs extraiudicialibus,vt etiam in eis iu
ſtus metus cum proteſtatione ius reſeruet,& à conſenſu ex-
cuſet alia quæ licerent habentis plures iudices, ad quos ap-
pellare poteſt:eſt hîc ad quẽ ſuper querela accedat niſi fuiſ-
ſet de vno ſpecialiter proteſtatus ſecundum eum:nec eſt ſe-
2 cun Hoſti.ille † credendum, quæ dicit ſe timuiſſe appellare
ad Epiſcopo vel alio iudice, niſi vis interuenerit & probeſ.
C.de his qui per me.io.l.j.&.ij.C. quod me.cauſa per totum
ſecundum Inno.vel niſi conſtet iudicem ſic conſueuiſſe ſe-
cundum Hoſti.vt dixi.ſ. *coram iudice*, hoc quando timet co-
ram illo appellare : ſed non timet proteſtari vel ſi conditio-
nale.per quod patet ordinem ſeruandum:vt in glo. *bonorum
virorum*, puta alicuius Epiſcopi,vel alterius iudicis,adhibi-
tis teſtibus idoneis:vt legitur & not.de offi.ord. paſtoralis.
ad ſi.Hoſtiẽ.Et vide quod ibi dixi.*Conteſtatione*,contra.C.qd
3 me.cauſa.l.metũ.vbi dicitur † metum probari non conteſta
tione ſed facti atrocitate. Dicas verum eſſe, quód proteſta-
tio non eſt probatiu metus quam aliter probari oportebit:
ſed eſt probatio voluntatis coadiuuans etiam probationem
metus:facit de infra regula. conſulti: &.ſ. quod metu. cau-
ſa.c. primo.
4 ¶ PRIMO quæritur † quis metus ab appellando vel pro-
teſtando excuſat. Circa quod per lecta & notata hîc diſtin-
guit Henricus quia aut iudex ſeu alius petens tenet appella
re volentem in carcere,ita quòd nõ poteſt vel non audet ap
pellare nec proteſtari,& tunc ab appellando & proteſtando
excuſatus pro appellante ſeu proteſtante habetur.argu.ff.de
euic.l.ſi dictum.§.ſi pręſente,vel nõ currit ei tempus,aut ipſo
iure ſeu beneficio reſtitutionis,ſibi ſuccurritur.arg.ff.quan-
do appellandum ſit.l.j.§.dies.cum glo. ſua quæ incipit ideò
dicit.Aut non tenetur in carcere,& tunc aut metus non eſt
probabilis,aut puta ſi in comitatu principis dicat ſe alterius
violentiam timuiſſe:contra id quod legitur & notatur.ff.qd
me.cauſa.l.non eſt veriſimile.Et talis metus, nõ excuſat nec
ab appellando nec à proteſtando:ar.huius.c.in prin.ibi quã-
do dicit ſi iuſtus à contrario ſenſu. Aut metus eſt probabi-
lis,ſiue iuſtè timeat ſiue non:vt quia aliquid commiſit pro-
pter quod eũ timere oporteat, talis enim eſt probabilis me-
tus : & ideò ei ſubuenitur.arg.ff.quod me.cauſa.l.iiij.&.v.&
hic: non enim hoc ſi conſideretur qualitas grauati:ſed ęqua
litas iudicantis ſecundum Hoſti.bene. Vnde talis metus ex-
cuſat ab appel'ando:ſed non à proteſtando vt hic: ſed ſi quę
ris coram quo debeat proteſtari.Diſtingue ſecundum Ab-
batem hic, aut quis metuit appellare propter timorẽ illius
iudicis à quo debuit appellare,& tunc ſufficit proteſtari co
ram publicis perſonis.C.de his qui per metum iudicis non
appellant.l.ſecunda. Et eſt ratio, quia ſi coram eo proteſtari
5 deberet,cùm † proteſtatio vim appellationis haberet ſicut
pro appellatione,ita pro proteſtatione incarceraret eũdem.
Aut metuit appellare propter timorem alterius quàm iudi-
cis à quo vult appellare:ſicut tempore Frederici qui nõ per-
mittebat accedere aliquem ad curiam. Et tunc coram iudi-
ce à quo debuit prouocare, proteſtatio fieri debet : vt.ff.de
de app.l.Cum quidam ſecundum Ab.hic.
¶ SECVNDO quæritur vtrum hoc caſu de iure prote-
ſtatio ſit ſimpliciter neceſſaria. Diſtingue quia aut quęritur
quoad iuſtificationem actus per metum geſti.& tunc dic vt
plenè ſcripſi.ſ.de his quæ vi me.ve. cauſa fiunt.c.j.in prima
6 oppoſitione.Et ſcripſi etiam de hoc bene latè † in lib.quem
edidi de oſtenſione veritatis in facto ſciſmatis. Et in alio li-
bro,quem ędidi circa idem,quem intitulari nouum opus in
facto ſciſmatis. & in decre. licet de euitanda.ſ.de elect. aut
quæris quoad executionem appellare non audentis , & ſic
in ſpeciali caſu huius decre. & vt fingatur appellaſſe & ha-
beatur pro appellante ille, qui non appellauit, & tunc ſub-
diſtingue an fuerit auſus coram iudice,vel in abſentia iudi-
cis ſuper hoc proteſtari vel non : & proſequere vt ſcripſi.ſ.
in quæſtione proximè præcedenti poſt Henricum & in ex-
poſitione literæ poſt Hoſti.
¶ TERTIO quæritur quid ſi quis appellat propter ali-
quem iuſtum timorem alicuius rei futuræ licet non ſequa-
tur illud. Dic quód nihilominus iuſta eſt appellatio. Item
quid ſi appellaſti ad Papam, & aduerſarius hoc ſciens facit
te citari coram ordinario vel alio inferiore,& in tua abſen-
tia proceditur. Quæritur nunquid valet proceſſus? videtur
quód non:vt.ſ.eo.duobus. Videtur contra quia ſi citatus ve
niſſet & proceſſiſſet,valeret proceſſus.Igitur in eius contu-
macia valere debet:per notata per Innocẽ.ſ.eo.ſi duobus.&
de dila.præterea. Nec obſtat ſcientia aduerſarij: quia licet
noceat ſciẽtia iudicis:vt prędicto.c.ſi duobus.non tamẽ ſciẽ
tia partis,ad cuius officium non pertinet &c.ſ. de proba.c.
primo niſi citaretur expreſſe in cauſa in qua eſt appellatum
ad Papam proceſſus.quia tunc ſecus.vt.j.eo.ſi à iudice. libr.
vj.ſecundum Collectarium. ¶ Supple gloſſas.In glo.j.in fine
de hoc.ſ.de præſcript.c.ij.in glo.ij.in fine. Vnde dicebat In-
nocẽ.quòd iſta litera non negat quin in poſſe ſit iudicis ap-
pellari imó potius hoc concedit, quando iudicis copia ha-
beri non poteſt.C. quomodo & quando iudex.l.ab eo.C. de
iudi.l.ſi.ſ.de alt.mu.iudi. cau. fac.c.j. ſed ſi copiam iudicis à
quo vel ad quem vult appellare, poteſt habere, & non adſit
illum ſibi imputatur. arg. ſecunda quæſtione.vj. biduum:&
C. de annua. except.l.finali. niſi ex timore hoc dimittat vt
hic ſecundum Innoc.lo glo.vltima.in fine. & ſic ſoluit Ho-
ſtien.ad.l.ij.C.de his qui per metum &c. vult enim cauſam
appellationis exprimit, pro eo quòd ſecundum leges, non
appellatur ante ſententiam: de quo.ſ.eo.ſuper eo.vt illud in
telligatur de cauſa generali vt dicit glo.vel ſecundum eum,
etiam ſecundum leges debet exprimi cauſa in appellatione
à ſententia, quando ab illa appellatur propter præcedens
grauamen à quo ſecundum leges non potuit plùs appellari.
C.de re.credi.l.generaliter.§.ſin autem. Sed hoc non placet
Nouellæ per.c.ſi.fina.j.eo.libro.vj. ¶ Et aduerte: quia iſta
decretalis , & ea quæ ſcripſi poſt Hoſtien.ſ.in expoſitione
literæ ſuper verbo prouocatur : & poſt Henricum in quæ-
ſtione multum bene faciunt in facto præſentis ſciſmatis,
pro excuſatione Cardinalium,qui quoddam Bartholomęũ
de Prignano metu mortis eis per Romanum populum com
minatæ elegerunt in Papam. Anno Domini milleſimo.ccc.
lxxiij.de menſe Aprilis, & pro infectione electionis eiuſdẽ
de quo latè ſcripſi in prædictis duobus libris per me ędit is.
& in capitu. licet de euitanda allegat. & in Clementina. ne
Romani de elect.

De peregrinantibus Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iura tueri peregrinantes, ſicut & appellantes.*
2 *Procuratorem etiam qui litem fuerit conteſtatus, propter longam pe- regrinationem reuocari.*

1 QVoniam iura † tuentur peregrinãtes ſi
cut appellantes, ideó &c. Goffre.
¶ Ad materiam Rubricæ facit.
xxiiij. q. iij. ſi quis romipetas &
duobus. c. ſequẽtibus de pœ. diſt.
vj. ſacerdos de conſe. diſt. vj. non
oportet: & conuenit Rubricę de
de treu. & pace. c. ij. de voto. c. pri
mo: & c. ex multa de ſent. excõ. c. inter alia in fine. Item pro-
2 pter longam † peregrinationem, reuocatur procurator etiã
qui litem fuerat conteſtatus. de procu. c. ij. libr. vj. de benefi-
cijs veró curialis qui in peregrinatione moritur. Dic vt. j.
de præben. præſenti. §. j. libr. vj.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinantes ad Papam cum rebus ſuis, ſub Apoſtolica protectio- ne conſtitutos eſſe.*
2 *Curiam Romanam denunciare excõmunicatos ter in anno eos qui peregrinantes offendunt.*
3 *Clauſula hi qui accedunt ad præſentiã noſtrã, qualiter intelligatur.*
4 *Clerico peregrinari non licere, ſine licentia Epiſcopi vel Papæ.*
5 *Appellatio, nuncij miſſio, & itineris arreptio in quibus æquẽtur.*

¶ CAP. I.

1 COnquerente. ¶ Caſus, Peregrinã-
tes † ad Papam cum
rebus ſuis, ſub Apoſtolica protectione cõſti-
tuti ſunt. Et ponit iſta decretalis formam li-
terarum, quas cõmuniter dat curia hodie iti
nerantibus ad eam eam, quam curiales appellant quicquid
poſt iter arreptum. ¶ Expone literam, *non poſuerit*, quod ſi
feciſſet ęquipararetur appellationi de hoc. ſ. tit. j. ad audien
tiam. *Cum rebus*. Concordat de iudęis, ad liberandã in parte
deciſa. §. ſanè. ver. quorum perſonas vbi de hoc Hoſtiẽ. *prote-*
2 *ctione*. Curia † Romana denunciat excõmunicatos ter in an-
no, eos qui tales offendunt, eundo uel redeundo Iſte tamen
canon non eſt in iure expreſſus. Saluo quod habetur. j. de
rap. c. excõmunicationi. Hoſti. verum hodie ſemel in anno, vi
delicet in die iouis ſctã, ſolet Papa indutus pluuiali & mitra
cum Cardi. indutis veſtibus ſacris, cum quibus habent ſer-
uire in officio miſſę immediate ante diuinũ officiũ infra pa
latium, corã adſtãte populo, ſolet cõtra tales ſuos proceſſus
generales facere, non ſi quidẽ denunciatorios, ſed potius ex-
cõmunicationis & anathematis promulgatorios, *poſt iter*, de
hac forma, dicã. j. de re. ecc nõ ali. c. Epiſcopi vbi de hoc per
Inno. & Hoſti. & Nouellaoin glo. ſumitur hoc ad fi. vbi vi-
debis quód per iſtam formã, agitur iure ordinario & nõ in-
quirendo & agi põt petitorio & poſſeſſorio. *ablatum*, repetit
vt comprę hẽdat mobilia immobilia & iura, *faciatis*, aliâs fa
cies: quia decretal. dirigitur Abbieñ. aliâs Viceoñ. & ſi habes
faciatis in ſuperſcriptione ſuppleas & cum iudicibus oeſit
cootra. j. de cri. falſi quam graui.
¶ PRIMO quęritur qualiter accedens ſeu iter arripiens
ad ſedem Apoſtolicã, ſit ſub protectione Apoſtolica: ſuper
quo remittit Henricus ad notata ſua. ſ. e. dilecti: & c. vt de-
bitus. io quarta diſt. & vtrobiq; de hoc dixi.
¶ SECVNDO quęritur ibi, *cum hi qui accedunt ad præſen-*
3 *tiam noſtram &c.* qualiter † iſtud intelligitur. Ber. io glo. ij. in-
telligit de accedentibus cauſa peregrinationis, vt faciat ad
titulũ. Go. dicit, ꝙ loquitur in his qui viſitant limina Apo-
ſtolorum. Abbas veró dicit, ꝙ tunc peregrinatio tuebitur
illum, quãdo recepit publice in eccleſia baculum & peram
& ſtetit per tempus peregrinantibus deputatũ. Inno. autem
intelligit de illo, qui accedit ex cauſa neceſſaria: vt pro appel
latione proſequenda, vel oppreſſione vitanda. ij. q. vj. omnis
oppreſſus: & tribus capitulis ſequentibus: & ſ. de dila. c. ſi.
quo caſu etiam habet ius reuocãdi domum: quod dic vt le-
gitur & notatur de foro compe. c. ſi. Subdit ꝙ hoc caſu petẽ-
da eſt prælati licẽtia, ſaltem de neceſſitate ſecundũ eum: ſed
& ſi denegeẽ, ex quo cauſa ſubeſt nihilominus poteſt: vt. j.
de regu. c. licet. & de obſeruatione ieiuniorum. c. conſiliũ in
4 fine. aliâs autem clerico † peregrinari non licet ſine licentia
Epiſcopi vel Papę etiam ſi hoc exigat vtilitas accidentu de
conſe. diſt. v. non oportet. ſ. de voto. c. nomine. In authen. de
ſctiſſ. epiſ. §. interdicim⁹. col. ix Quod intellige ſaluo eo quod
no. de regibus & ſaluo eo, quod le. & no. C. ſi per vim vel alio
modo. l. j. & C. de emen. libe. l. iubemus. ſecundũ Inno. ¶ Ho-
ſti. autem intelligit generaliter literã prout ſonat, & qualiter
cunq; accedant facit. ſ. de treu. & pace. c. ij. Mar. autẽ dicit ꝙ
intellectus Hoſti. tenetur & quòd modo interprętatur for-
ma illus reſcripti poſt iter arreptum.
¶ TERTIO quęritur ad quid valet hæc forma poſt iter
arreptum. cùm per alia iura ſatis prouideatur contra ſpolia-
tionem ſeu violentiã inferentem, vel poſſeſſionẽ turbãtem,
& cùm per hanc formã non reuocẽtur ea quę iudiciario or-
dine iuſtè ſunt acta & e reſtit. ſpo. c. audita. & c. cunqꝗrẽte:
& ſi de redditibus debeat aſſignari vicario portio vt ſeruiat
eccleſiæ habet prouiſionem. ſ. tit. j. peruenit. ij. Et vt dicebat
Abbas cõtra talem legitimè citatũ nec defenſum, bene pro
cederetur ſcdm ea quę no. ſ. de off. dele. cõſultatiõib⁹. ¶ Ho
ſtien. reſpondet, ꝙ multũ valet hæc forma, & pręſertim vbi
iudex eſt pars, tunc enim verba & mens huius formæ locũ
habẽt vt notatur. ſ. tit. j. dilecti. ¶ Poſſet etiam dici, quòd cũ
talis peregrinatio habeat vim appellationis, nec ordinarius
nec delegatus procedit cõtra talem, etiam aliâs iuſtè. ex quo
in propria perſona acceſſit quod dic vt ibi: & in. c. vt debita.
vbi etiã de hoc tetigi quod tamen intellige niſi ante iter ar-
reptum pręuentus eſſet per ordinariũ vel delegatum: vt. ſ.
de foro compe. propoſuiſti ſecundũ Hoſtiẽ. Vel dic ꝙ valet
multum in talibus habere iudicem gratũ: vel valet quia le-
uioribus & plenioribus rationibus procedetur baratatores
tamen aliud intendunt: videlicet vt per talia reſcripta homi
nes terreant, & pro vexationibus redimendis, pecunias ex-
torqueant ab eiſdem: vt. ſ. de reſcript. c. fina. ¶ Collect. autẽ
notat ibi, nõ poſuerit ſufficienter intellectum pro expreſſo
haberi: & intelligit, quod hîc habetur de eo qui ſpecialiter
ſuper aliquo certo negotio facto appellat arripiẽdo iter ad
ſedem Apoſtolicam quia in alio qui per viam ſimplicis que-
relæ adire non poſſet, locum nõ haberet, remittens ad lecta
& notata per Hoſti. ſ. tit. j. Goffr. autem quem recitaui poſt
5 Nouellam. j. de offi. dele. cum cauſam. dicit quòd † quoad re
uocationem innouatorum ęquãtur appellatio, nuncij miſ-
ſio, & itineris arreptio. ſ. tit. primo dilecti. quod eſt nota di-
gnum ſecundum Collectarium. Quod dic vt ſcripſi. ſ. tit. j.
c. meminimus. c. ſuggeſtum. c. ad audientiam. & c. dilecti. &
præſertim in. c. dilecti.

De confir. vti. vel inuti. Rubr.

APpellationis
Remedio expedito, de
confirmationis præſi-
dio nũc tractemus ſe-
cundum Goffre. Et cõ
uenit rubricæ de con-
ſti. cum acceſſiſſent &
c. ex parte. de pac. c. ij.
Et. c. cum pridẽ de cõ-
ceſſ. præbẽ. quia diuer
ſitatem ne ſede vacan
te. c. ij. de elect. quia ſę
pe ad

pè.ad finem.libro.vj.Formas autem confirmationum,& caſus,in quibus ſecundum ſtilum curiæ non datur confirmatio,vide in Specul.de reſcript.præſentatione§.ratione formæ.verſic.ſequitur videre.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior non cognoſcere de re ſcienter cõfirmata per Papam.*
2 *Iudex inferior qualiter poſt confirmationem Papæ poſſit de re confirmata cognoſcere.*
3 *Sententia pro poſſeſſore lata,à qua non eſt appellatum,nunquid peti confirmari poſſit.*
4 *Sententiã petens cõfirmari,quòd probare debeat ipſam tenere.*
5 *Quæſtio criminis ſi moueatur illi,qui confirmationẽ à Papa habuerit nunquid impediet confirmatio cognitionem inferioris.*

CAP. I.

SI quis rei. Caſus huius capituli & ſeq. de re † ſcienter cõfirmata per Papam,iudex inferior nõ cognoſcit,niſi tempore confirmationis,res eſſet litigioſa,vel cõfirmatio aliàs ſurreptitia.& facit pars ibi, *Sed ſi.* ¶ Expone literam *litigioſe* hoc tacito ſecundum Inno.de cauſa iam recepta *cognoſcere.* dicit Inno.ꝙ hoc conſonat legi dicenti,quòd ea quæ poſt litem conteſta.accidunt &c.ff.de ędil.edict.l.ędiles§.item ſciendum.& eam,ſcilicet cauſam ſi rem confirmatam *confirmationem* repete apoſtolicæ ſedis.

2 ¶ PRIMO. quæritur qualiter † poſt confirmationem Papæ põt inferior iudex,de re cõfirmata cognoſcere. Super quo vide,quæ ſcripſi de elec.c.pleriſque.in ſecũdo notabili. de tranſact.c.j.in ſexta oppoſitione.de offi.ordi.c.ordinarij. lib.vj.de offi.dele.ſuper eo.& de iudi.cùm veniſſent.& quæ no.hîc per.Ber.in glo.vltima.¶ Inno.autem dicit quòd planior eſt intellectus vt ſi dicas,quòd ſi quis impetrat alicuius rei confirmationem lite penden.propter defectũ cõtractus, vel quia requirebatur authoritas Papæ nihilominus iudex procedit in cauſa:niſi diceretur in cõfirmatione nõ obſtãte ꝙ res erat litigioſa:imò quod plus eſt,nec priuilegium lite pendente impedit proceſſum iudicum.ſ.de teſti.cauſam.ij. vt lite pen.c.fi.j.de priuil.dudũ.Si verò erat in pacifica poſſ. & obtinuit cõfirmationem ex certa ſcientia à Papa volente ſupplere defectum,ſi quis erat,vel aliàs cum cauſę cognitione,tunc habet locum quod hîc dicitur & ſupra de iud.cùm veniſſent.vt ibi not.

3 ¶ SECVNDO quærit † nunquid poteſt peti confirmari ſententia,pro poſſeſſore lata,à qua non eſt appellatum:cùm iam lapſi ſunt.x.dies?non videtur.quia iam tranſijt in rem iudicatam vnde nihil operaretur,vt patet.ſ.de ſenten.& re iud.cùm inter nos§ finali.¶ Sed ſi dicas nullam eſſe ſentẽtiam,vt quia lata eſt à non ſuo iudice.ſ.de conſue. c.ij.vel quia nõ eſt ſeruatus ordo iudiciarius,vnde nulla eſt vt.ſ.de ſenten.& re iudi.c.j.nec tunc valet confirmatio,quia id quod nihil eſt,non poteſt confirmari.ar.ſ.de elect.auditis.¶ Item poſſeſſori non eſt actio prodita.ſ.de iudi.examinata. niſi forſan inquietetur.j.qui filij ſunt legitimi.cauſam.ij.C.de inge.manu diffamari. cum ſuis concordantijs. ¶ Sed contra.xvj.q.vj.ſi epiſcopum.j.de inſti.c.ij.ſ.de procur.ex inſinuatione.in fin.ſ.de pa.c.primo. ¶ Solutio ſecũdum Innoc.talis ſententia confirmatur,& prodeſt multùm talis confirmatio:qui ſi à non ſuo iudice prima ſententia lata fuit,vel aliàs dicatur nulla,& is,qui cõfirmat, ex certa ſciẽtia iudex erat,prima ſententia roboratur.ſ.de tranſact.c.ij. nec infirmior eo,de ipſa põt cognoſcere,vt hîc. Vnde ſi Archiepiſcopus cognoſcens de appellatione ſentẽtiam confirmauit,& poſteà coram epiſcopo volente ipſam executionẽ mandare obijciatur,quòd hîc non debet fieri,quia in illa eſt obijciẽs minimè audietur.nec de hoc cognoſcet epiſcopus, ex quo non fuit ab Archiepõ appellatum:ſed ſi ab archiepõ appellatum fuit,adhuc non cognoſcet Eps,ſed differet executionẽ,quouſq; per ſuperiorem Archiepi ad quem appellatum fuit,hæc qõ fuit terminata.ar.ſ.de ſen.& re iudi.decęterò.¶ Quinimò & plus eſt,quia ſi prima ſentẽtia nulla ſit, tamen per ſecundam confirmatoriam cũ cauſæ cognitione latam redditur prima valida:niſi à cõfirmatore fuerit appellatũ.¶ Certũ eſt enim,ꝙ ſecunda ſentẽtia cõfirmatoria non eſt lata cõtra ius ſcriptum,dũmodo aliàs in ea ordo iudiciarius eſt ſeruatus.ſed contra ius litigatoris tantũ:ergo ſi nõ ſit appellatũ in rem tranſit iudi.& ſic prima,quia nulla erat ex vi iuris.& ſecundę ſententię vires ſumet:vt patet in eo qd leg.ſ.tit.j.&.c.cõ inter vos§ fi.& eſt ſimile,quod leg.& not. ſ.de reſcript.§ fi.Secus ſi extra iudicium vel ſine cauſę cognitione,& non ex certa ſcientia cõfirmetur,tunc enim aut parum operatur,& ſic loquitur de fide inſtru.inter dilectos§ cęterùm.ver.fin.Et adde quod not.j.eo.c.j &.c.examinata. ¶ Ad hoc autem quod obijciatur quòd poſſeſſori non eſt actio prodita.Reſpondeo,hoc verum eſt,de rei vendicatione.¶ Porrò is qui habet ius in eccleſia,tantum modo contradictionis habet petere põt,quòd pronuncietur ſe fuiſſe canonicè inſtitutum,vt patet.j.de præbend.dilecto.&.j.de conceſſ.præbẽ.quia cunctis.lib.vj.¶ Sed & ille qui petit ſen4 tentiam † confirmari,debet probare ſententiam tenere,puta quia lata eſt à ſuo iudice,& ordine iuris ſeruato.nam non habet neceſſe probare quòd ſit iuſta,cùm & iniuſta trãſeat in rem iudicatã.ſ.de ſenten.& re iudi.quòd ad conſultationem.¶ Vbi verò non petit confirmationem,ſed quòd executioni mandetur,nihil habet neceſſe probare,& ſi alius ſe opponat,imo mandanda eſt executioni:ratio diuerſitatis eſt hæc,quia in primo caſu eſt actor,in ſecundo reus,& actori, non reo incumbit probatio.vj.q.vltima.actor.ſecundũ Inn. & quia omnia præſumuntur ſolenniter acta.vt not.ſ.de ſenten.& re iudi.cauſam,quę.& non niſi in caſibus debet executio impediri.vt not.ſ.de ſenten.& re iudi.cauſam,quę.&.c. quod ad conſultationem.in fine.ſecundum Hoſtien. ¶ Illud autem indubitatum eſt,quòd à qua appellatum eſt,petitur confirmari.vt.C.de appel.authẽ.ei autem.de hoc not.ſecundum Inno.ſupra de offic.delega.cùm contingat.vbi vide in glo.quod melius.¶ Nec obſtat.l.alleg.diffamari vel conſimiles loquuntur enĩ,quãdo non agebat directè:ſed volebat aliũ agere intra certum tempus,tunc enim fateor,quòd neceſſe eſt præcedere diffamationem ſecundum Innoc.& Hoſt.

5 ¶ TERTIO quæritur nunquid ſi † moueatur quęſtio criminis ei,qui confirmationem à Papa habuit impediet confirmatio cognitionem inferioris? ¶ Refert Collectarius gloſſ.dicere,quòd ſic.& notari clarè per Hoſtien.j.eo.porrecta.facit ſupra de temp.or.c.cùm in diſtribuendis.in ſua materia,& quod notat Archi.in.c.præſenti.lib.vj.&.quod legitur & notatur.ſ.de maio.& obedien.per tuas. ¶ Sed caue quia Archid.in.c.præſenti non loquitur in hoc caſu.Collectarius autem credit hoc eſſe verum,vbi Papa ex certa ſciẽtia,religioſo beneficium confirmaret:ſecus autem ſi aliàs prouideret.ad quod vide de ma.& obe.inter quatuor.¶ Sed non capio iſta dicta:diſtingo tamen,quia aut quæritur de religioſo confirmato per Papam in beneficio manuali,an poſſit per ſuperiorem,confirmatiõe non obſtante, à beneficio cùm oportuerit remoueri,& tunc habeat locũ dictum Collect.videlicet,quòd ſi Papa ex certa ſcientia talem per confirmationem huiuſmodi in beneficio ipſe perpetuare voluerit,quòd tunc nõ poſſit per ſuperiorem inferiorem à Papa à tali beneficio remouere:& quòd aliàs remoueri poſſit,cõfirmatione non obſtante,quòdq; Papa in dubio non cenſeatur velle perpetuationem concedere,vt legitur & notatur j.c.porrecta.& de ſta.mona.c.cùm ad monaſterium§ tales. ¶ Aut quæritur vtrum confirmatio Papæ impediat inferiorem cognoſcere de crimine,ſuper quo delatus eſt coram eo confirmatus.Et tunc aut opponitur crimen ſolùm ad effectum inducendi ſubreptionẽ vel nullitatem impetratæ confirmationis à Papa,& tunc dico quòd ſi principaliter vellet inferior,de hoc cognoſcere non poſſet:ſed ſecus ſi incidenter quæ proſequere,vt ſcripſi in prædicto.c.cùm veniſſent. ſ.de iudi.in oppoſitione.Aut nõ opponitur ad prædictum

effectum,ſed opponitur in modum denũciationis & inqui-
ſitionis,aut accuſationis ad pœnitentiá peragendam,aut ad
pœnam ordinariam vel extraordinariam,& fortè ad pœnã
depoſitionis ſeu priuationis inſligendam,& tunc quicquid
dicat Collec.ego credo,quòd tunc confirmatio cognitionẽ
inferioris non impedit,quia tunc non de viribus confirma
tionis,ſed de delicto & pœna delicti quæritur. ¶ Et ideò
etiam ſi beneficium non eſſet de iuriſditione illios dummo
do perſona ei ſubſit,cognoſcit inferior de crimine,etiam ad
priuationem vt patet ex his,quæ leguntur,& not.ſ.de foro
compe.poſtulaſti.nec obſtant notata Hoſtien.j.c.porrecta.
vt indicam. ¶ Supple gloſſ.in glo.ij.in fine.quod no. hic Ab
bas.dicam.j.c.penultimo,in glo.vlti.ibi, *non eſt verum*.reſpi-
cit primum membrum opiñ.non ſecundum. Super quo vi
de quod ſcripſi,de offic.deleg.ſuper eo.ſupet.iij.gloſſ.& ibi.
c.vltimo. ¶ Ad idem de reſcripe.c.ij.in fine.& quod ibi dixi,
&de offic.deleg.c.coram.in fine.& quod dixi.ſ.de re iud.de-
cæterò.*& in fine*.adde quod notatur de iudi.cùm veniſſent.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quòd cauere debeat, ne dubium pro notorio recipiat.*
2 *Ex confirmatione quòd ius tribuatur?*
3 *Confirmari,quæ poſſint.*
4 *Papam contractus ab eccleſijs initos quantumcunque inualidos, vali
dos reddere.*
5 *Legitimitatem filiorum procedere ex matrimonio,quod eſt actus ca-
nonicus.*
6 *Contractus licet ab initio ſint voluntarij,tamen ex poſt facto, neceſſe
eſſe eos adimpleri.*

CAP. II.

DE confirmationibus. Sũma
tũ eſt
ſupra.c.proximo. ¶ Et adde quæ ibi ſcripſi,
& ſupra de iudi.c.cùm veniſſent.& in alijs re
miſsionibus vtrobique per me datis. ¶ Expo
ne literam *contra illos*.tolle quod eſt infra non
eſt aliquatenus iudicandum,niſi &c.mãdatum ſupra.c.pro-
1 ximo.c.cùm veniſſent.*Certum ſit*.i.notorium.& caueat † iu-
dex,ne dubium pro notorio recipiat ſupra de appella.con-
ſuluit.Hoſti.Suggeſtionem.j.de crimine falſi.ſuper eo.de cõ
ſti.cùm acceſsiſſent.*iudicandum*.non negat quin ſit examinã
dum,ad quod accedit quod legitur & notatur de re iudica.
decætero.Hoſtien.

¶ PRIMO quæritur in verbo cõfirmationibus.de qui-
bus confirmationibus hoc intelligitur.reſpondet Inno.hoc
intelligi de confirmationibus ex certa ſcientia,etiã cum cau
ſæ cognitione factis,& aliâs ſecus eſt:ſecundum eum indu-
cit ſupra.de offic.leg.ſtuduiſti.

2 ¶ SECVNDO quæritur† quod ius ex confirmatio-
ne tribuitur.Reſpondet Inno.dicens,ꝙ cõfirmatio aliqñ
tribuit multũm iuris,ſicut eſt in confirmationibus electio-
num per quas datur poteſtas miniſtrandi.vt.ſ.de elec.tranſ-
miſſam.&.c.qualiter. Quandoque autem confirmatio pa-
rum iuris,aut nihil tribuit vt illa quæ procedit in forma cõ
muni.j.eo.examinata.&.j.ne ſede vacante.c.illa.Quandoque
vero confirmatio vetus ius non ſolũm declarat,ſed illud ſol
lidat,vt eſt confirmatio eorum,quæ ad iuriſditionem perti
nent,facta cum cauſæ cognitione.& vt eſt confirmatio ſen
tentiæ & proceſſuum in iudicio habitorum contra quos nõ
audiuntur poſtquam fuerunt cum cauſę cognitione confir
mati.vt.ſ.de tranſac.c.j.Super quo vide quod ſcripſi.ſ.c.pro
xi.in.ij.quæſtione.Et idem dicit Inno.ſi actus legitimi cum
cauſæ cognitione & partibus præſentibus confirmentur. qđ
credit Inno.fieri poſſe.vt.ff.de adop.l.nã ita.& idem credit
de actibus canonicis ſicut ſunt cõfirmatio,& inſtitutio quæ
poſſunt peti in iudicio confirman.vt.ſ.de elect.cum ad mo
naſterium.&.ſ.de procur.ex inſinuatione.

3 ¶ TERTIO quæritur† quæ ſunt illa quæ confirma-
ri poſſunt?& dic quòd actus canonici atque legitimi ſicut
electio,præſentatio,inſtitutio,confirmatio proceſſus,ſentẽ
tia,priuilegium,&c.huiuſmodi,vt patet ex præcedentibus.
Sed actus iuriſgentium introducti,vt ſunt contractus,puta
emptio,venditio,locatio & ſimiles,non debent peti in iudi
cio confirmari.inſtit.de iure naturali.§.ius autem gentium.
Et eſt ratio diuerſitatis,quia iſti contractus ex voluntate &
conſenſu partium tantum nituntur & pendẽt.Et ideò in eo
rum confirmatione,nihil facit iudicis authoritas,niſi eſſet
de voluntate partium.ſupra de tranſactionibus capitulo pri
mo.vel niſi talis eſſet ſuperior,quæ ſua authoritate hoc fa-
4 cere poſſet:ſicut Papa qui † contractus ab eccleſijs initos,
quantuncunque inualidos,reddit validos dummodo eos
ex certa ſcientia confirmet.ar.infra de conceſsione præben-
dæ.quia diuerſitatem.iij. quæſtione ſexta. hoc quippe.Illi
autem actus legitimi qui à iure ſunt inuenti & cuſtoditi,be
ne peti poſſunt in iudicio à ſuperioribus confirmari, & idẽ
de actibus canonicis,vt ſunt inſtitutio,confirmatio.& idem
de his quæ à iuriſditione dependent.vt ſententia,& proceſ-
ſus,& huiuſmodi.

¶ QVARTO quæritur ibi per quem modum debet
fieri talis confirmatio?Reſpondet Innocentius ex præmiſ-
ſis notandum eſſe,quòd licet dicamus,quòd actuum legiti-
morum & canonicorum,& eorum,quæ à iuriſditione de-
pendent,confirmatio peti poſsit in iudicio,& partibus præ
ſentibus,tamen ſi nullus vult ſe opponere ipſi confirmatio-
ni,nemo ad hoc cogetur.Sed ſi nullus appareat contradi-
ctor,tunc iudex legitimo edicto propoſito,& nullo compa
rente procedat,& diffiniat negotium,etiam lite non conte-
ſtata,confirmando id de quo quæritur ſeu decernendo ra-
tum manere legitimum actum,ſi iuſtum appareat.argumẽ.
ff.de adoptionibus.l.nam ita.Et.C.ſi vt hæredes ſe abſtineãt
authentica.ſi omnes. ¶ Ex quo infert Innocentius dicens,
quòd ex hac ratione dici poteſt.illam petitionem de iure
admitti,peto me vel peto matrimonium denunciari legiti-
5 mum,& eſt ratio,quia legitimitas † filiorum procedit ex ma
trimonio,quòd eſt actus canonicus,& ſi aliquis ſe opponat
cogitur reſpondere:& ſi nullus appareat,ex officio procede-
tur vt patet infra, qui filij ſunt legitimi capitulo cauſam.
primo & ſecundo.& capitulo lator.& capitulo perlatum.
& capitulo ſequenti.Sed in contractibus iuriſgentium.ſi pe-
tatur confirmari puta venditio, vel alius contractus pen-
dens ex conſenſu partium,tunc partes non coguntur reſpon
dere,nec iudex poteſt procedere ad ſententiam inuitis par-
tibus:fatetur tamen Innocentius.quòd ſi partes conſenti-
rent,quòd tunc etiam cum cauſæ cognitione procederet in
contractibus à conſenſu partium in toto pendentibꝰ & ꝙ te
neret proceſſus:plecta & notata in prędicto.c.primo.de trãſ
actio. ſecundum Innoc.Dicit tamen quòd quantum ad hoc
quod dictum eſt de pronũciando partibus abſentibus,plus
placet ſibi quod no.per eum.j.qui filij ſunt legitimi c.cau-
ſam ¶ Hoſti.tamen dicit,quòd hanc vtilitatem non plenè
6 comprehendit;nam & † ſi contractus ab initio ſunt volun-
tarij,ex poſt facto tamen neceſſe eſt eos adimpleri & ſeruari.
Vnde videtur quòd de ipſis agi poſsit & peti confirmatio
& obſeruatio quantuncunque pars contradicat.C.de actio-
nibus & obligationibus.l.ſicut.ſupra de pactis.capitulo pri-
mo,& ſecũdo.ſecundum eum. ¶ Sed ego minus capio dictũ
Hoſti.nec apparet mihi,ꝙ Hoſti.capiat verba Inn.Vñ ſcien
dũ ꝙ refert,an quæris de contractibus iuriſgẽ.in iudicio poſ
ſit quæri,& ſuper eorum obſeruatione etiã in inuitos lite
tamen conteſtata,& cũ cauſę cognitione ferri,& tũc dico ꝙ
ſic & ſic procedunt verba Hoſt.Quibus tamen in nullo re-
fragantur verba Innocen.Aut quæris nunquid per confir-
mationem huiuſmodi contractuum in iudicio factam, po-
teſt dari robur & efficacia ipſis contractibus,aliâs de iure
inualidis & ineſſicacibus , & tunc aut quæris an hoc poſsit
fieri verè, & directè,& tunc dico,quòd non:quia illi cõtra-
ctus nõ ex officio vel authoritate iudicis,ſed ex ſolo cõſenſu
partiũ ſuã recipiũt efficaciã, & ſic ꝓcedũt rectè verba Innoc.
non enim ad officium iudicis inter partes de huiuſmodi
contractibus

contractibus cognoſcentis pertinet ius vni parti auferre,& alteri dare:ſed ſolùm quod iuris eſt per ſententiam declarare & per legitimam executionem inter partes facere declarari. ar.ff.de rei ven.l.& ex diuerſo.& qd legitur,& notatur.inſti. de act.§.j. Aut quęris vtrum indirectè,& fictè in modũ cuiuſdam ſententię declaratoriæ licet iniquè latæ contra ius partis,ſed non contra ius conſtitutionis in rem iudicatam tráſeuntis,& tunc dico quòd ſic.& ſic poteſt ſaluari dictũ Hoſt. ſi enim iudex inter partes cognoſcens contractum de iure inualidum declarans per ſententiam eſſe validum,& obligatorium & in virtute illius condemnat promittentem ad ſoluendum,& eius ſententia in rem tráſeat iudicatam eius ſententia pro veritate habetur,ipſeq; contractus habetur tunc pro valido,atq; efficaci in modum cuiuſdam iuris fictionis. ff.de ſtatu hominum.l.ingenuum.&.ff.de reg.iur.l.res iudicata.ſed hoc intellige ita verum eſſe ſi in ſententia expreſſus non fuerit iuris error:quia ſi in ea expreſſus eſſet error huiuſmodi.ipſa ſententia de iure non teneret,nec in rem iudicatam tranſire poſſet,vtputa ſi forma contractus in ſententia expreſſa eſſet:vt.ff.quæ ſent.ſine app.reſcin.l.j.&.C.quando prouo.non eſt neceſſe.l.ij.&.j.de ſenté.excõ.pe tuas.& eo.ti.c.ſolet.libro.vj.& idem ſi in libello ſuper quo ferretur ſententia eſſet ſacta talis expreſsio:quia cum ſententia ferat ſolùm ſuper libello,& neceſſariò feratur ad illum:vt.ff.cõi diuidundo.l.vt fundus.C.de fideicommiſſ.libe.l.vltima. in fine.&.j.de accu.qualiter & quãdo.& de ſimo.licet Hely.omnia expreſſa in libello ſaltem ſuper quibus fertur,& ad quæ refertur ſententia cenſetur eſſe in ipſa ſententia repetita:vt ff.de verb.ob.l.Titia.§.idem reſpondit.

SVMMARIVM.

1 *Appellato confirmationem ſententiæ impetrante & appellans hoc tacitò iudices appellationi, impetret quòd procedant tunc iudices appellantis & confirmatio pendet.*

2 *Melius eſſe tacere quàm non perfectè dicere.*

CAP. III.

1 Bonæ memoriæ. Caſus. Sit appellat⁹ impetrauit confirmationem ſentétię,& appellans ſuper cauſa appellationis hoc tacito iudices impetraret,procedũt iudices appellantis,& confirmatio pendet,& eſt communis diuiſio. ſecunda ibi, *reſpondemus.*& reſponſio bimembris.& ſecundum membrum ibi, *verum.* ¶ Expone literã. *decimum.* cõputandũ à ꝓlatione ſnię.ſ.ti.ij.quod ad conſultationem. Et ſic fecit appellans diligentiam ſuam propter quod de fraude appellati,& ſic valent literæ appellantis licet de literis appellati non faciat mentioné: ſecus ſi ſtatim non miſiſſet,ſicq; diligentiam non adhibuiſſet ſtatim eundo,vel mittendo·hoc enim caſu potuiſſet appellatus pręuenire negligentiam appellantis: vt in ſecundo dicto,& ſic intelligitur qd leg.& notatur.ſ.e.oblatæ. ſecundum Collect. ſed iſte intellectus quoad ſecũdum dictum eſt diuinatorius Tancre.Inn.& Goff. exponunt.i.fraudulẽter, vel malicioſè confirmationis factæ,vel faciendæ ſecundum diuerſas lecturas de quibus in gl.habetur mentio, habetur ſicut,nec tenebatur remittit Nouella ad notata ſua in prædicto.c.oblatę.ſuper vlt.gl.&.c.literis.in gl.concordat verũ, mutat caſum ſecundum Inn.quia hucuſq; locutus eſt quando fuerant primę literæ impetratę fraudulenter & ſecundæ bona fide:hic verò loquitur quando primę literę non fuerunt impetratę fraudulenter:ſed bona fide,& tunc non valent ſecundę literæ etiam ſi ibi ſit clauſula nullis literis veritati,& iuſtitię præiudicantibus niſi ſpecialis & expreſſa mentio in ſecundis fiat de primis:hoc eſt niſi expreſſe dicatur nõ obſtantibus literis confirmationis &c.ſecundũ Inn. qui dicit ꝙ quaſi idem videtur dicere hęc decret.cum eo quod dicitur in prædicto.c.oblatæ.& ideò ibi notata hîc poſſent recipi ſecundum eum.*nullis literis.* vbi ſic appellans facit mentionem in genere præſumitur quòd habeat notitiam literarum partis appellatæ.& ideò non valent literę per eum impetratę de alijs non facientes mentionẽ expreſſam:& ſic ſecundum Abbatem meliùs eſt omnino tacere,quàm malè loqui.ad idem.j.e.porrecta.non tamẽ intelligo ꝙ propter hoc valerent literę appellantis nullam mentionem facientes de literis appellati vbi ſtatim non iuiſſet pro literis impetrandis,vel aliàs conſtaret de diligentia ſua:vt in prin dicto Collectarij. *forma.* quauis generali tamen. *cognitio.*& diffinitio habeatur per iudices,quibus committitur ex certa ſcientia per literas facientes de confirmatione mentioné expreſſam ſecũdum vnam lecturã,vel per iudices ad confirmationé faciendam obtentos:vt prædicto.c.oblatæ. Supple glo. In gl.j.in fi. & quicquid poſteà factum eſt etiam ante appellationem, & poſt ſñiam.j.de app.non ſolùm.li.vj. In glo.iij.ibi: *ex parte.*ij. vbi idem notatur in gl.& ideò vide quod ibi dixi ſuper gloſ. fortè. In gloſſ. *per hanc.* in fine.ſecundum Goff.Pet. & Abbatem. principium decretalis loquitur de literis quas impetrauit appellant nulla penitus facta mentione de literis confirmationis à parte altera impetratis: quia ex quo ſtatim iuit appellant pręſumitur pręuentus:& ideò proceditur per ſecundas.ſed.§ verum.loquitur quando fecit mentionem, ſed nõ plenam:& ideò præſumitur id feciſſe,ſeu tacuiſſe in fraudem,& habuiſſe notitiam literarum:& ideò ꝓcedetur per

2 primas,& non per ſecundas.& ſic eſt † omnino meliùs tacere,quàm non perfectè dicere:vt dixi.ſ.pro quo inducit Nouella ele.conſtitutionem.i.primo.ſ.de electio.& dicit quòd duos alios intellectus ponit glo.ſequens: recipe intellectum qui magis tibi placet:quia non eſt magna vis cum omnes intellectus ſint veri in ſe.

SVMMARIVM.

1 *Monitio priuilegiorum quòd confirmetur.*

2 *Priuilegia & reſcripta regiſtrari,quòd ſit tutum.*

3 *Clericos omnes poſſe ſe opponere pro iuribus Epiſcopi defendendis. & nu.11.*

4 *Exceptionem non eſt audiendus admitti,vbi petitur innouatio priuilegiorum.*

5 *Nuper eſſe aduerbium temporis compoſitum ex nõ & per.*

6 *Exemptionem odioſam eſſe per quam ſæpè remanent impunita peccata.*

7 *In præſcriptione non curari de bona fide vbi ſuperior præſcribit contra priuilegium ſubditi.*

8 *Prælatus etiam ſi ſit pars quòd nihilominus poſsit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ & teſtis.*

9 *Seruos principis habere perſonam ſtandi in iudicio.*

10 *Litis conteſtationem fieri per narrationem, & reſponſionem.*

12 *Tranſcripto ſcripturæ publicæ qualiter debeat in iudicio adhiberi fides.*

13 *Inſtrumentum publicum ſcriptum in papiro an fidem faciat.*

14 *Prælatus an poſsit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ.*

CAP. IIII.

1 Cum dilecta. Caſ. Monitio † priuilegiorum cõfirmetur. & in hoc facit ad titulum & ſunt ſeptem partes principales in prima ſororum petitio,& inquiſitoris datio. In ſecunda inquiſitoris relatio ibi, *nos autem.*& etiam eorum relatio. In tertia ibi, *vnde iudicibus.* iudicum datio,& interpoſita ab eis appellatio. In quarta ibi, *nuper.* iterata ſororum petitio,& reorum contradictio. In quinta ibi, nos igitur Papę interlocutio,& priuilegij innouatio. In ſexta ibi, *quis verò.* Papa conſtituit ipſam Abbatiſſam ꝓcuratricem. In.vij.ibi volentes cõmittit principale negotium diffiniendum. ¶ Expone literam. pericula. cum enim non habetur niſi vnicum priuilegium vnius tenoris non eſt ſecurum ipſum portare ad ſedem apoſtolicam:vt hic & ſupra de fide inſtru.accepimus.vnde † tutũ eſt priuile-

2 gia,vel reſcipta regiſtrari,& duplicari.ff.de teſta.vnũ teſtin. inſti.de teſta.§.pe.Hoſt.totidem duximus iniungendum qd eſt infra.*diligenter.* In ſtilo,ſcriptura,bulla,ſera,& filo,& om-

nibus circunſtantijs per quas decernitur falſitas de crimine
falſi licet & c.ſequē. Hoſt. *tenorem*. nā magna vis eſt in verbis:
vt hic, & .ſ. de vſu pal. c. finali binceſt ꝙ perdito priuile-
gio non ſufficit probare mētem per teſtes: ſed eſt neceſſe ꝓ-
bare tenorem. de hoc. j. de priuil. cum olim. j. Hoſt. *fideliter*. ſ.
vt referant ſi quid ibi eſſet vitioſum, vel dubium. argu. C. de
edi. diui adri. l. ſi. de fide inſtru. inter dilectos. tranſcribentes
parte vocata & data ſibi copia opponendi. facit quod nota-
tus. j. de fide inſtrumentorum. accepimus & c. pe. & vlti. de
app. intimaſti. & tali ſumpto iudicis authoritate fides adhi
betur, vt ſequitur. ff. de admi. tu. chirographis. & dicit Inno.
ꝙ iſti iudices erant ad hoc delegati vnde credēdum eſt ſum
pto ipſorum authoritate publicato. & remittit Inn. ſ. de te-
ſti. Albericus. Sigil. ar. ꝙ vnum ſigillum quāuis authenticum
non faciat fidem. ar. ſ. de cleri. pere. c. j. vbi de hoc de proba.
poſt ceſsionem. de teſti. cum à nobis. de fide inſtru. quod ſu-
per his Hoſt. *legato*. cuius ſigillum adminiculabatur: ſed fidē
non faciebat, cum ſibi nil fuiſſet mandatum hoc verum niſi
partes in hoc ſibi conſenſiſſent de app. conſtitutus. de fide
inſtru. quod ſuper his. Hoſt. ea. ſ. priuilegiorum tranſcripta.
3 *Canonica*. ar. omnes † clericos poſſe ſe opponere ꝓ iuribus Epi
ſcopi defendendis. j. de rebus eccleſiæ non ali. ſi quis contra.
ſ. de off. dele. coram. ſolutio dicit Hoſt. ꝙ licet ſine cautione
non habeant perſonam ſtandi in iudicio, vt ibi: habent ta-
men perſonam contradicendi ne quid fiat in præiudicium:
& dant iudici cauſam differendi ad hoc de re iudi. cum Ber-
toldus. dicit etiam Inn. ꝙ quidam dicunt iſtos canonicos ha
buiſſe ſpeciale mandatum ab Epiſcopo. *innouandi*. ex ſupera-
bundanti cautela. Inn. *iudicibus*. eiſdem, vel alijs. *idoneum*. de ap
pel. ex parte. inquirerent lite prius conteſtata. quod ex eo pa
tet: quia ſine alia conteſt. mandat ita recipi teſtes, vel ſpecia-
le eſt quod hic, & ibi dicitur quando agitur de ſtatu eccleſię.
ad quod. ſ. de teſti. cum olim. vel eſt hoc ius nouū, quòd vbi
4 † petitur innouatio priuilegiorum admittitur hęc exceptio
non es audiendus: quia præſcripſi iura quę tibi per priuile-
gium contendis deberi. vel quia poſsideo illa ſuper quo re-
cipiuntur teſtes lit. non cōteſt. Nec obſtat, ꝙ hac exceptio-
ne non obſuit facta innouatio. j. e. c. quia non fuit facta in-
nouatio iure communi. ſed propter periculum conſumptio
nis. dicit Hoſt. quòd hic debuit lis conteſtari, quòd quia iu-
dices non admittebant fuit ab ipſis rationabiliter appella-
tum, & eſt ſimile de iudi. exhibita. & ideò reputantur iſti iu
dices minùs diſcreti, & petitur ꝙ diſcretis viris committa-
tur cauſa ꝙ exauditur cum propter periculum imminens fit
innouatio: vt ſequitur appellauit: quia procedebant lite non
5 conteſt. ſecundum Hoſt. *nuper*. † aduerbium temporis com-
poſitum ex non & per quaſi nomper. i. recenti tempore, vel
noniter: *diſcretis*. notabat primos *reciperent*. i. different. & ita
factum fuit vt ſequitur præſcriptionem ſubiectionis, ſcili-
cet quia Epiſcopus viſitauit, correxit & omnia alia iure Epi
ſcopalia exercuit ſicut in alijs eccleſijs, & monaſterijs ſibi
ſubiectis: ſed obijcit Hoſt. Aut ignorabat Epiſcopus eccle-
ſiam exemptam, & ſic non præſcripſit cum hoc non intēde-
ret. Aut ſciebat eam exemptam, & ſic malam fidem habuit,
& non præſcripſit. de præſcrip. c. ſi *ſoluto*. dicit ipſe ꝙ Epiſco
pus excuſatur à mala fide: quia ius commune quod eſt fauo
6 rabile facit pro ipſo. & quia † exemptio odioſa per quam ſę-
pè remanent impunita peccata: & datur materia delinquen
di. de offi. ordi. irrefragabili. de priuileg. cum & plantare. &
c. ſuarum. vnde reſtringēda. ad prędicta de re. iur. odia. cum
concord. & quia res facilè redit ad ſuam naturam facit de pa
ctis. ſi vnus. §. pactus. & facit de cenſi. cum venerabilis. & de
except. cum venerabilis. & adde quod dicam in fine, ſuper
verbo ſua diœceſis vbi ponitur melior ſolutio poſt Inn. Di-
7 cit autem Collectarius, quòd in præſcriptione non curatur
de bona fide vbi ſuperior pręſcribit cōtra priuilegium ſub-
diti ſui ſecūdum Hoſt. *in papyro*. vnde cum fragilior eſſet ma-
teria maius periculum imminebat: & per conſequēs fuit ma
gis ſuccurrendum argu. ff. de car. edi. l. j. § in. xliij. diſt. quieſca-

mus. & ſecundum Hoſti. eſt bene notandum quòd etiam in
papiro poſſunt ſcribi priuilegia nedum in pargameno. & li-
cet materia debilior tamen ſecurior: quia non ſic facile falſa
tur. Quidam dicunt illud priuilegium fuiſſe ſcriptum in ma
teria facta in herba, quæ vocatur in vulgari in papiro, quæ
olim conglutino quodam coniungebatur in longum & alia
ſupponebatur in tranſuerſum: ſuper qua ſcribebantur priui
legia, & quędam alia talia vide ſic apud Io. an. Nouella. *inno-
uandi*. maximè: quia erat præſens pars aduerſa: vt patet. ſ. nec
opponebat aliud irrationabile quod impediret innouatio-
nem. ſed quid ſi abſente parte, nec contumace fiet innouatio
videtur quòd non valet, niſi cōueniatur reus, vel hoc ei de-
nuncietur intra annum: vt dicam poſt Inn. ſuper. iij. gl. & ſic
ratio ſecundum Hoſt. quia poſſet eſſe vitioſum authenticū,
& præſumitur quòd is quem res tangit diligentiùs inquiret
& videbit quàm extraneus. vnde citandus eſt: de fide inſtr.
c. pe. & vltimo. intra annum nunciandum: vt dixi. ſed vide-
tur ſecundum Hoſt. innouatio quæ fit in curia. C. de teſta. l.
omnium. quia per plurium manus tranſit litis. & faci. quod
notat Inno. ſupra de teſti. c. ſignificauit. & ipſi plus in talibus
experti melius præponderent falſitatem, vel vitium latens ſi
quod eſſet: vt dicam. ſ. e. Pe. Citabatur autem pars cum ali-
quibus extra curiam committitur hęc excommunicatio. Itē
ſi in curia præſens eſt is quem res tangit dignum, & iuſtum
eſt quòd citetur, & expectetur ſi aduentus eius probabilis,
proximus præſumatur. infra de priuileg. ex parte. j. *volentes*.
quæſtione ſequenti. excuſando. *pertinere*. prima facie. nec enī
hoc dicit diffiniendo aliâs non fieret ſuper hoc commiſsio:
vt ſequitur indefenſum: quia de hoc multum debet cauere
ſummus pontifex. de ſupplen. negli. prę latorum. licet de im-
munitate eccleſiar. quoniam. libro ſexto. vnde quandoq; ad
defenſionem procuratoris conſtituit vt hîc. Quandoq; de
ipſa proteſtatur. de ca. mona. c. ſecundo. in fine. Quandoq; de
ipſo pronunciat. de præſcript. ad audientiam. ver. reſpicien
tes. *poſſeſſiones, & iura*. quaſi dicat ſiue agatur de immobili-
bus, ſiue de corporabilibus, ſiue de incorporabilibus, vel de
quibuſcunq; actionibus. C. de hæreti. vel act. ven. l. quod nō-
dum. & l. finali. Hoſtien. & adde quæ tetigi infra de præſcri.
c. ſi qui. libro ſexto. in expoſitione ſuper verbo centenaria.
verſu nota tamen. & quæ ſcripſi ſupra de iudici. c. cum veni
ſent. in quæſtionibus Collectarij. quæſtione prima. & quæ-
ſtione ſecunda, & etiam in ſecunda quæſtione principali:
8 *procuret*. nota ſecundum Hoſt, quòd licet prę latus † etiam ſi
ſit pars poſſet eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ, & teſtis dum-
modo alius eum procuret de teſti. inſuper de iuramento ca-
lum. c. finali. tū decētius eſt ꝙ alij cōmittat cauſam audiendā
etiāſi ſit Papa. argu. ff. de iuriſd. om. iud. l. q iuriſditione. & l.
prętor. & ideò imperator in re priuata, & fiſcali iudices, &
procuratores conſtituit qui agāt dum opus fuerit & coram
quibus agatur. vnde ſi procurator fiſci priuatum conueniat,
vel à priuatu conueniatur cognoſcit de cauſa procuratoris
Cæſaris qui & rationabilis vocatur. C. ſi cauſa fiſ. l. ad fiſcum.
vna cum pręſide prouinciæ. C. ſi aduerſus fiſcum. l. ſecunda.
nec procurator fiſci debet agere pro poſſeſſore, ſed primò
commutat poſsidentem de crimine, & poſteà petat bona.
C. vbi cauſa fiſ. l. j. Conuenti enim poſſunt ſe defendere: quā-
tūcunq; fiſcus dicatur ius habere. l. facultas. C. de bo. ma. l. pe
nulti. ante pe. & vlt. b. xv. & reſiſtere non ſeruantibus formā
ſed volentibus occupare bona. C. de iure fiſc. l. prohibitum.
ſi autem procur. Cæſaris conueniatur à priuato, vel eum
conueniat, procurator fiſci cognoſcit de cauſa. C. ſi aduerſus
fiſcum. l. prima. Cauſæ verò hominum diuinæ domus, ſiue
ciuiles ſint, ſiue criminales, ſiue ſint ſerui coloni, ſiue inqui-
lini coram præpoſito ſacræ cubiculi, & comite domorum,
vel procuratorum Cæſaris agitantur. C. vbi cauſa fiſc. l. j. &
9 eſt notabile ſecundum Hoſtien. quòd † ſerui principis ha-
bent perſonam ſtandi in iudicio: vt ibi & eſt contra regulā
de quo remittit ad ſummam de iudi. § qua ſunt neceſſaria.
ver. item attendenda eſt perſona agentis. *tamen*. reſpectu in-
micitiarum

micitiarum, vel prędonum.*commodum.*reſpectu expĕſarum.
& caueat ne vni partium in pręiudicium alterius faueat, ne
pœnam incurrat decret.cum ęterni.de re iud.li.vj. ſecundũ
Hoſt.*recipias.*litem prius conte.*interruptionem.*per monaſte-
rium alleg. aliàs non licuiſſet in facto ſupplere de hoc.§. de
poſtu.bonę Hoſt.*ad iudices.*contra ſecundum Inn. hic peteba
tur ex parte monaſterij priuilegium innouari ad cuius impe
dimentum fuit allegata pręſcriptio. quomodo ergo ſuper eo
quòd petitum non eſt maximè ſi lite non conteſt. diffinitur
negotium contra id.§.de ord.cog.c.ij.cum concordantijs.ſo
lutio ſecundum Hoſtien. quęſtio innouationis terminata
fuit ſupra ibi nos igitur. vnde ſupple quòd pars Epiſcopi ſi-
bi poſteà petijt monaſterium adiudicari tanquàm in diœce
ſi ſua ſitum contra quem opponebatur exemptio, & ipſe re-
plicabat de pręſcriptiõe, & monaſterium triplicabat de in-
terruptione. & ſuper his conſtituit Papa Abbatiſſam procu
ratricem. hunc intellectum probat hic ver. adiudicantes. &
verbum ſilentium quòd ſequitur. vel fuit hic conuentio, &
reconuentio. & quod de litis conteſtatione ſupplendum eſt.
vel quia hic proceſſerunt partes in Papę præſentia: ſecundũ
10 curſum † curię per narrationem, & reſponſionem fit litis cõ
teſtatio. & ideò committitur teſtium receptio, vel eſt ſpe-
ciale, vbi agitur de iure communi eccleſię Romanę quòd li.
non cõteſtata ſit inquiſitio, & datur diffinitiua quod qui-
dam habent pro euangelio ſecũdum Hoſt. ſecundum quem
non currit pro iſtis ius expreſſum: ſicut illud. C. de iure fiſc. l.
certa. & l. ſequenti. libro decimo. argu. de ſupplenda negligẽ
tia prælatorum. licet.*conſtet.*fortè per cõfeſsionem partium.
ſua diœceſi. licet contra priuilegium quod potiùs pręſumimus
impetratum per falſi ſuggeſtionem: *& ideò monaſterium.* eo
non fuit vſum ſecundum Inn. & adde quod dixi ſuper verſi.
præſcriptione. vel fortè erat priuilegiũ reuocatum, aut aliâs
inualidum, & ex hoc poteſt ſaluari bona fides Epiſcopi pre-
ſcribentis contra priuilegium quod eſt notabiliſsimum &
ſemper allegatur ſecundum Martinum: *corrumpendo.* vel defi-
ciente principali deficiat innouatum. vnde dicebant Goff.
quòd inutiliter manſurum erat priuilegium penes illos: &
ideò corrumpendum C. de condi. ex lege diſſolutæ. facit de
tranſact. c. primo. *deinquin.* id eſt ſi nõ probat legitimam pre-
ſcriptionem. *vel probet.* ſed ex aduerſo probatur interruptio
Hoſt. Pe. & Abb. *eidem.* ſcilicet Epiſcopo *pronuncies.* fortè hoc
petierat Abbas, & hoc reſpectu dixerunt quidam quòd hic
fuerat conuentio, & reconuentio *reſignato* id eſt aſsignato
reddito, ſiue tradito. ¶ Primò opponitur hic quia non fuit
lis conteſt. ſupra vt litis non conteſt. in rubro, & in nigro. ſo
lutio ſecundum Innocen. potes dicere quòd imò fuit lis con
teſtata coram inquiſitoribus, & proſequere vt ſcripſi poſt
Innocen. & Hoſtien. in expoſitione ſuper verbo inquirerẽt.
¶ Secundò opponitur contra id quod ſcripſi poſt principiũ
11 expoſitionis ſuper verbo canonici, videlicet omnes † cleri-
cos poſſe ſe opponere pro iuribus Epiſcopi defendendis. de
e. coram. ſupra de officio delegati. ſolue vt ſcripſi in expoſi-
tione ſuper prędicto verbo canonici, videlicet quòd licet
non poſsint ſine cautione petere: vt in contrarium. Poſſunt
tamen ſine cautione contradicere: vt hic & iunge omnino
quæ not. per Inn. ad alios. infra de his, qui fiunt à pręla. c. no-
uit. & c. quantò. Ex quibus colligitur quòd ſiue agatur de ꝓ-
prijs ipſorum, ſiue de Epiſcopi iuribus, capituli conſenſus
Epiſcopo eſt neceſſarius: & aliâs regulariter ſufficit ſolum
conſilium. ¶ Tertiò opponitur quia videtur quòd Epiſco-
pus hic non poterat præſcriptionem allegare: nam quia aut
ignorabat priuilegium exemptionis &c. quod proſequere:
vt ſcripſi in textu ſuper verbo præſcriptionem. ¶ Quartò
oppone, & ſolue: vt ſcripſi in expoſitione ſuper verbo ad iu
dices. & etiam notabile elice, vt ibi ſcripſi ſuper verbo pro-
curet.
¶ ¶ PRIMO quæritur ſuper verbo tranſcribẽtes. qua-
12 liter † tranſcripto ſcripturæ publicæ debet in iudicio adhi-
beri fides. & proſequere vt ſcripſi in expoſitione ſuper præ-
dicto verbo *tranſcribentes.* quoad materiam tranſumptionis
& ſuper verbo innouanda. quoad materiam innouationis.
& adde quę ſcripſi circa hoc de teſt. c. ſignificauit. & c. Albe-
ricus. de fide inſtrumen. cum. P. tabellio. per quæ claram do-
ctrinam habetis qualiter in trãſumptione, vel innouatione
ſit reuocanda: & qualiter facta tranſumptio, vel innouatio
parte non vocata faciat, vel non faciat fidem, de quo tamen
quoad innouationem propono latiùs dicere. infra de priui-
leg. c. ſi Papa. libro ſexto. & ſuper hoc etiam remittit Colle-
ctarius ad collecta ſua. ſupra de fide inſtrument. c. finali. &
ſubdit etiam, quòd illud quod de partis vocatione dictum
eſt quoad confirmationem obtinet veritatem vbicunq; per
confirmationem alij paratur qualecunq; pręiudicium. hoc
enim caſu nunquàm facienda eſt confirmatio niſi vocatis
partibus. vt ſupra de tranſactio. c. primo. & infra. c. venerabi
lis. vel niſi ita conuenerit inter partes. vt ſupra de pactis. c.
quoties. vbi vide, quę ibi notaui, vel niſi generalis ordinatio
facta ex conſcientia Papæ confirmaretur, & ſic intelligitur.
ſupra de officio delegati. quoniam. in fine. vel niſi examina-
to negotio, & plenè diſcuſſo in præſentia de priuilegijs. cũ
olim. primo, & .ij. ſecundum Hoſtien. in ſumma. e. tit. § qua-
liter. Item Collectarius referens aliqua de his, quæ ſcripſi
ſuper verbo innouanda. ver. ſed videtur ſecundum Hoſtiẽ.
dicit quòd aliud eſt in innouatione priuilegiorum, aliud in
publicatione inſtrumentorum: quia in innouatione pri-
uilegiorum curia plenè conſulta eſt, nec de facili in eis deci-
pi poſſet: ſecus in publicatione inſtrumentorum. & quia in
innouatione agitur de facto Papæ & de his quæ ſunt iuris
non ſic in publicatione inſtrumentorum. & ideò in eis nõ
obeſt publicatio niſi in pręſentia partium fieret. Itẽ ſi quæ-
13 ras an † inſtrumentum publicum ſcriptum in papiro fidem
faciat? dicas quòd ſic. & proſequere vt ſcripſi in expoſitione
ſuper verbo papiro. de priuilegio tamen Papæ hoc non cre-
derem propter conſuetudinem Romanę eccleſiæ contrariã
quæ habet talia ſemper ſcribi in pergameno ac bullari. argu.
ſupra de reſcriptis. ad audientiam. in paruo. & infra de cri-
mine falſi. quàm graui.
14 ¶ SECVNDO quæritur † nunquid prælatus in cauſa ec
cleſię poteſt eſſe iudex? ſed dic de hoc vt ſcripſi. ſupra de iu-
dic. cum veniſſent. in quęſtione. verſi. præmiſſorum occaſio-
ne &c. de quo etiam pleniùs dicam infra de verborum ſigni
ficatione. ex parte. vbi de hoc per Innoc. & vide etiam, quę
ſcripſi circa hoc. ſupra in expoſitione ſuper verbo procuret.
vbi reperies notata poſt Hoſtien. qui cognoſcant de cauſis
fiſcalibus. & de quibus cauſis procurator fiſci, & procurator
Cęſaris cognoſcere poſſunt.
¶ TERTIO quæritur in verbo: *tenorem.* nunquid eſt ne-
ceſſe probare tenorem priuilegij. vel nunquid ſufficit proba
re mentem, & effectum ipſius ipſo priuilegio perdito, ſeu
admiſſo. ſuper quo vide quæ ſcripſi ſupra in principio de-
cretalis ſuper prædicto verbo tenorem poſt Hoſtien. vide-
licet quòd neceſſe eſt probare priuilegij tenorem, & amiſ-
ſionis caſum. ſuper quo remittit Collectarius ad collecta ſua
de fide inſtrumen. accepimus. & hoc verum dum caſualiter
eſt perditum. ſi enim aduerſarius furtiuè illud ſubtraxiſſet,
ſatis eſſet probare ſubtractionem: etiam non probando te-
norem. argumen. C. de probat. l. ſi de poſſeſsione. ſecundum
Innocen. infra de priuilegijs. cum olim. in fine. Supple gloſſ.
In gloſſa tertia in fine. ſecundum Io. dicit Innocen. quòd ſi
hæc ſimilitudo attenditur intra annum debet Epiſcopus
conueniri, vel ſibi ſaltem innouatio nunciari. Dicit autem
Hoſtien. quòd diuerſitatis ratio in hoc eſſe poteſt, quæ in-
nouatio nihil noui tribuit vnde contra innouatum poteſt
obijci, quicquid poterat obijci contra antiquum. In teſtibus
verò circa probationem exceptionum contra ipſos compe
tentium poſſet eſſe periculum: vt ſupra vt lit. non conteſta.
quoniam. & vide quod ſcripſi in textu ſuper verbo innouan
da. in gl. iij. in fi. intellige hoc cum lege poſſunt ſcdm Goffr.
in gl. *ſic ergo.* ibi procuratrix. certos caſus quibus hoc eſſe põt

vide de hoc in Spe. de procur. § primo. circa principium. & an hæc exceptio opponatur poſt lit. conteſt. vide quod dixi de reſcript. ſciſcitatus. ſuper gl. ij. & ibi Hoſt. de procur. & ibi *arbitros*. ij. q. j. ſi clericus. & in fine. ſecundum Io. & j. de maledicis. c. primo. & de pœnis. c. Romana. libr. vj. & dicam. j. de verb. ſig. ex parte. alleg.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio, quam religioſus impetrauit à Papa ſuper adminiſtratione, vel prioratu ſi in eo tacuit regularem quòd non valeat.*

2 *Religioſos pro mortuis haberi.*

CAP. V.

1 AD noſtram. Caſus. In hoc c. & ſequenti non † valet cõfirmatio quam religioſus impetrauit à Papa ſuper adminiſtratione, vel prioratu, ſi in eo ſe tacuit regularem. ſi verò hoc expreſsit reſcriptum cenſetur eſſe falſum: quia hoc Papa facere non conſueuit. Et communis diuiſio. Secunda ibi, *cum igitur*. non autem intelligas hanc decretalem, & ſequentem de confirmatione collationis, quoad effectum reſeruationis excludendæ: ſed intellige hanc decretalem de confirmatione perpetuationis ad vitam ſecundum Martinum. ¶ Expone literam. *nem. ſeſcñ.* cathedralis, & regularis eſt *Canonici*. per hoc patet falſum quod quidam dicunt hæc iura tantùm locum habere in Ciſtercien. ſecundum Goffr. *ſuper adminiſtrationibus*. quas tenent vt obedientiarij à quibus poterant ad clauſtrum reuocari. q. de priuilegijs. c. primo. in fine. libro ſexto. & facit eo. lib. de tempori. ordina. cum nullus. ſuper quo omnino videas quę leguntur, & notantur in cle. quia regulares. de ſupplen. negli. prælato. & in cle. ne in agro. § ad hæc. in gloſſa quæ eſt ſuper verbo ad clauſtrum. de ſtatu monacho. & eo. titu. in antiquis. c. cum ad monaſterium. § tales. & eo. ti. c. ſecundo. § priores. & quæ no. in c. præſenti. infra de offi. ord. libro ſexto. vbi de hac materia in ſecunda quęſtione ſcripſi pleniſsimè. & pręſertim an poſ͡it reuocari pro libito ſine cauſa. *non conſueuerit*. Conſuetudo enim patrisfamiliàs approbanda eſt. ff. de pig. act. l. vel vniuerſorum. ff. de vſur. l. qui ſemiſſes. & potiſsimè Papæ de re. iudi. in cauſis Hoſti. quod perpetuò menti tene: quia facit ad vnum quod ſæpius quã vellem hodie occurrit, videlicet ad impugnationem reſcriptorum literarum, & commiſsionum Papalium, quę iuri cõmuni nimiùm obuiant, vel quę alteri nimis præiudicant, ſeu alterum notabili iure ſuo ſine cauſa priuant. C. de ſta. & ima. l. j. C. vnde vi. l. meminerint. inſti. de his quæ ſunt ſui, vel alieni iuris. § dominorum. C. de preci. impera. offe. l. quoties. & l. reſcripta. & l. nec dãnoſa. & ſ. de reſcript. cauſam quę cũ his quę ibi ſcripſi poſt Compoſt. vt prima facie præſumantur falſa, vel malè obtenta. per hanc decretalem: *perſonaliter*.

2 cum † religioſi pro mortuis habeantur: nec habeantur velle vel nolle. xij. q. j. non dicatis. & prælatum ponunt vice Dei ſuper caput ſuum. de electio. ſi religioſus. libro ſexto. nec ſibi aliquid perſonaliter acquirunt: ſed monaſteriũ. xviij. q. ij. ſi. ma. c. vno. etiam ſi ſint in fuga eadem cauſa. q. ij. Abbates. & ideò non mirum ſi prędicta perſonaliter impetrare non poſſunt ſecundum Goff. *tali*. ſi tacita ipſorum religione. In gloſſ. prima ibi, *quis tunc*. ſimile. j. de priuil. ne aliquis.

SVMMARIVM.

1 *Monachos, & canonicos regulares prouiſos per ſedem apoſtolicam remoueri poſſe.*

2 *Conſuetudinem non valere niſi rationabilis fuerit.*

3 *Per iuramentum nullum peccatum etiam veniale induci nullumque bonum ſpirituale impedira debere.*

4 *Iuramentum nullo modo obligare.*

5 *Exceptionem exorbitatem à regula ſtrictè eſſe interpretandum.*

6 *Regulares an reuocari poſſint ad nutum Abbatis à prioratibus, & adminiſtrationibus non conuentualibus.*

CAP. VI.

POrrecta. Summatum eſt ſupra. c. proximo. Communis diuiſio. ſecunda ibi, *cum igitur*. & erat olim iſta decreta. ſub titulo. de reſcriptis. ¶ Expone literam. *religioſis clauſtralibus*. vt dixi ſupra. c. proximo. *emanaſſe*. ſimile ſupra de reſcriptis. ad hæc ſumus. *tanquam religioſis*. ſcilicet expreſſa ipſorum religione. *non ſit necesſe*. nocet ſuppreſsio ordinem ſicut ſuppreſsio dignitatis impetrantis. eo. titu. ad aures. & eius contra quem. vt eo. titu. ſedes. *non valet*. ſic infra de capell. mo. ex parte. & ſic in talibus literis poſſumus dicere, quòd titulus ſe oſtendit. ff. de in integ. reſti. l. prima. & ſit per hoc capitulum monachis inſolubile, vel ſecundum Boat. gladius fuit acutus.

¶ PRIMO quęritur ibi, *non credimus*. quid ſi ex certa ſciẽtia Papæ & cum omnimoda veritatis expreſſione tales literæ emanaſſent? Ber. hic in glo. penulti. videtur ſentire quòd tunc valent, nec poſſunt per ſuperiores abſq; Papę licentia remoueri ſecundum eum. Caue tamen de duobus. primum eſt, quia non obſtãtibus talibus literis poſſent tales propter crimen ſeruato iuris ordine abſq; licentia Papę priuari: quia propter tales literas non debet concedi etiam in perpetuũ, quòd valeant tales confirmationes per quas quas de cæterò priuandi non eſſent ſine Papæ licentia: quia ſic diſciplinam in eis contingeret impediri contra iura. ſ. titu. primo. c. reprehenſibilis. & c. cum ſpeciali. & c. ad noſtram. & c. de priore. ſecundum Hoſt. Secundum eſt quòd non præſumuntur tales literæ emanaſſe ex certa ſcientia Papæ prima facie, vt hic: niſi de hac decretali expreſſam faciat mẽtionem. de exceſſ. præla. c. vno. libro ſexto. argumen. ſupra de reſcriptis. c. nonnulli. & de ætate, & qualitate. c. eam te. & ff. de leg. ij. ſi quis in principio. vel niſi approbentur ſecunda iuſsione in authen. de man. principum. § deinde. collat. iij. & in authen. vt nulli. § & hoc verò iubemus. collat. ix. dicit ergo Innoc. q dicens certam ſciẽtiam habet hoc probare propter pręſumptionem, quę transfert onus probandi in ipſum. C. de proba. l. ſiue. ſed quicquid dicant hęc iura religioſi impetrant tota die cõfirmationes perſonales ad quod dici poteſt quòd multa per patientiam &c. j. de præben. cum iandudum Hoſtiẽ. ſolet tamen ſecundum Abbatem in confirmationibus iſti poni cauſa vſq; ad noſtræ voluntatis beneplacitum: quę gratia expirat poſt mortem Papæ. de reſcript. ſi gratioſę. libro ſexto. & per hanc confirmationem erit in prioratu, vel adminiſtratione obedientiarius Papę qui priùs erat obedientiarius Abbatis. ſuper quo remittit Nouella ad notata ſua. j. de præben. niſi eſſent. in gl. intelligas. & de electio. cum inter. R. ſuper gl. & vide etiam quæ ſcripſi de ma. & obe. in tertia quæſtione. & præſertim ad finem quęſtionis, & in alijs ſemiſsionibus quas dedi. ſ. c. proximo. in expoſitione in verbo ſuper adminiſtrationibus. Ex quibus apparet deciſa illa vij. difficultas, quam infra de offi. or. præſenti. li. vj. in prima quæſtione. ver. de ſexta. verò indeciſam relinquerem, videlicet an monachum prouiſum, vel confirmatum à Papa de prioratu manuali poſsit Abbas perinde remouere, ac ſi non per ipſam, ſed per ipſum Abbatem prouiſus, vel confirmatus fuiſſet. Dico enim quòd ſic niſi de alia certa ſcientia, & voluntate Papæ maniſeſtè apparet eo modo, quo prædictũ eſt ſupra. Caue tamen: quia vt hîc Collectarius qui hoc diſputat in cle. quia regulares. de ſupplen. negli. prælat. & finaliter tenet idem: quia per hoc non mutatur natura beneficij, tamen remittit Collectarius ad collecta ſua. de ma. & obe. per tuas. ſuper quo emanauit vna extraua. Benedicti duodecimi

1 quæ habet quòd † monachi, & canonici regulares prouiſi per ſedem apoſtolicam poſſunt remoueri perinde ac ſi per eorum pręlatos eis prouiſum fuiſſet. quod concedit Collecta. ſed dicit quòd hoc non habet Abbas ea priuilegio, & remittit ad collecta ſua. j. de reg. cum ad monaſterium.

¶ SECVNDO quæritur quid ſi Abbas permiſiſſet, & iuraſſet non reuocare. Breuiter dico quòd huiuſmodi iurata

promiſsione

promiſſione non obſtante Abbas reuocare poſſet:quia iuramentum huiuſmodi eſt contra bonum religionis,& obedientię,& per conſequens obligare non debet:arg.huius decretalis,& proximè pręcedentis.& ar.ſ.de iure iuran.c.peruenit.&.c.ſicut ex literis.&.c.ad noſtram.&.c.tua nos.&.c.ſicut noſtris.& quia hoc ligamẽ canonicis obuiat inſtitutis,vt hic.&.j.c.proximo.argu.ſ.de conſuetu.ad noſtram.&.c.quanto.&.c.cum venerabilis.& quia per ea dirumperetur regularis,& eccleſiaſtica diſciplina.ar.ſ.de conſuet.cum inter.& quia tale ligamen cederet regularibus in abuſum.ſ.de conſue.ex parte.& in hoc valent argumenta:ſicut conſuetu-
2 do † non valet,niſi fuerit rationabilis.de conſuetu.c.quanto.ita nec etiam iuramentum:vt.j.de reg.iuris.c.nõ eſt obligatorium.&.c.in oialis.libro ſexto.& eodem modo de appellatione argui poteſt per capitulum reprehenſibilis.& per.c.cum ſpeciali.&.c.ad noſtram.&.c.de priore.ſ.ti.proximo al leg.pro eo ꝙ ſicut appellationis remedium à iure introductum regularis diſciplinæ impedimentum afferre non debet.vt in iuribus alleg.ita nec iuramentum cũ iniquitas vinculum eſſe non debeat.ſ.de iureiur.ſi verò.& eſt ratio huius
3 quia per iuramentum † nullum peccatum etiam veniale induci nullumq; bonum ſpirituale impediri debet:vt patet ex his quæ ſcripſit Archid.poſt beatum Thomam.xxiiij.q.iiij.ſi aliquid.& quę latiùs circa hoc ſcripſi io.c.ſi verò allegato.& hoc tenet de promiſſione Archid.& Io.an.in prædicto.c.præſenti.& hic tenet idem Collectarius de iuramento ſi daret occaſionem mali.dicit tamen quòd Abbas non deberet propria authoritate contrauenire.arg.de iureiu.cum quidã.& facit.j.de elect.c.venerabilem.ver.idem etiam.ſed dico ꝙ licet honeſtum eſſet ꝙ peteret ad cautelam relaxationem iuramenti à ſuperiore per prædicta iura tamen non credo ꝙ
4 ſit omnino neceſſarium:quia iuramẽtum † nullo modo obligat:vt patet ex pręcedentibus,& ad prædicta iura patet reſponſio per ea quæ ibi ſcripſi.

¶ TERTIO quęrit̃ in verbo prioratibus.de quibus prioratibus intelligitur?videtur ꝙ etiam de perpetuis.nam Inn.ſ.c.proximo.in verbo regularibus.exponit etiam ſi prioratus ſint perpetui allegans.j.de ſta.mo.c.monachi.§.vltimo.vbi dicitur,quò priores conuentuales pro cauſa rationabili mutari & pro neceſſitate maioris officij de conſilio fratrũ transferri poſſunt.Collectarius verò hîc in verbo prioratus dicit quòd comprę hendit quoſcunq; prioratus etiam conuentuales ſecundum Inn.& Hoſt.quicquid dicit gl.& quod dicunt textus,quòd prioratus conuentionalis non remouetur ſine cauſa:& ꝙ eſt perpetuus intelligit Collectarius de creato per electionem.ſecus ſi per ſimplicem ſuperioris ordinationem:de quo remittit ad collecta in pręd icto.c.monachi.Dicit tamen Collectarius ꝙ illud quod dictum eſt de prioribus conuentualibus per electionem creatis locum habet in prioratibus,vel eccleſijs curatis,in qbus religioſus per Epiſcopum inſtituitur:vt notat Arch.in.c.præſenti.alleg.& eſt ratio ſpecialitatis in prioratibus cõuentualibus electiuis:quia per remotionem talium derogaretur iuri conuẽtus ad quem pertinet electio ſecundũ Collectarium in pręd icto.c.monachi.& haberet locum ſimilis ratio in prouiſo per Epm vel per Papam ne Papę,vel Epiſcopo qui prouidit præiudicium afferatur:ſed nec dictum,nec ratio placet quibuſdam.& primò quia iura non ponderarũt hîc electionem,vel ꝓuiſionem,nec electorum,ſeu prouiſorum præiudicium.ſed indiſtinctè dixerunt quod in prioratibus,vel adminiſtrationibus monachi perpetuari non debent:vt hîc.&.ſ.c.proximo.&.j.de ſtatu mona.c.cum ad monaſterium.§ tales.& in prædicta cle.quia regulares.§ pręmiſſa.& in prædicta cle.qa prædicta cle.ne in agro.§ ad hæc.& in prædicta cle.quia regulares.§ premiſſa.& in prædicta cle.ne in agro.§ ad hæc. non enim diſtinguunt pręd icta iura inter electiuos,& non electiuos:& per conſequens nec nos diſtinguere debemus.xix.diſt.ſi romanorum:ſ.de ma.& obe.ſolitę.in fine.ſ.de cõiugio leproſorum.c.quoniam.& maximè quia ſecũdum eos non apparet quantum ad hoc inter electiuos,& prouiſiuos prioratus aliqua ratio diuerſitatis.ff.de verb.obl.l.à Titio.in fine.nam nõ ratio præiudicij electorum,& prouiſorum,ſed ſolum regularis diſciplinæ,& obedientiæ.verũ iura iſta pōderant,& pro ratiõe recipiunt eõ ꝙ perſonalis perpetuatio regulari diſciplinæ,& voto obedientiæ aduerſatur:vt patet ex lectis,& notatis hîc.&.c.proximè pręcedenti ſecundum eos.quinimò re vera eſt eadem ratio vtrobiq; ſecundum eos cum æque electiui quemadmodum & prouiſiui ad regularem obſeruantiam teneantur.Intelligunt ergo quod hîc dicitur generaliter ſiue prioratibus,& adminiſtrationibus huiuſmodi per collationem,ſiue per electionem de priore,ſeu adminiſtratore prouideatur.Item intelligunt quod dicitur in.c.monachi.§ finali.de prioribus conuentualibus,& etiam quod legitur,& notatur per Inno.& Hoſt.j.de pręben.c.in lateranen.de eccleſijs curatis,ſiue ad prioratus priores,ſeu rectores per electionem ſiue per collationem aſſumantur cũ eadem ratio vtrobiq; ſit ſecundum eos.Quid dicendũ?breuiter primum primum dictum ponens regulam generalem perpetuationis perſonalis prohibitiuam,& amotionis permiſſiuam,& etiam ad prioratus,& adminiſtrationes electiuas prædictę regulæ generaliter extenſiuum omnino mihi placet per rationes quas ad hoc.ſ.proximè induxi.& quia quod de electiuis conuentualibus dicitur in.c.monachi.in ſi.dat intelligere,quòd ſecus ſi non eſſent conuentuales,ſed electiui tantùm:quia limitata cauſa limitatum pariat effectũ
5 ff.de acquir.re.do.l.in agris.& quia † exceptio illa exorbitãs à regula ſtrictè eſt interpretanda.j.de regularibus.c.non ſolum.&.c.conſtitutionem.& de reg.iur.c.quia iure.e.li.ſed ſecundum dictum pręd ictę regulę generales ad prioratus conuentuales non electiuos extenſiuum mihi non placet:pro eo quòd textus ille multùm myſterialiter iudicio meo facit de electione.& conuentualitate mentionem ea ſimul nõ ſine miniſterio coniungendo.Dicit enim *priores autem cum in eccleſijs conuentualibus per electionem capitulorum ſuorum canonicè fuerint inſtituti niſi pro manifeſta cauſa,& rationabili non mutentur.* igitur cum copulata ſint,vtrunq; interuenire oportet.ff.de cõdi.inſti.l.ſi hęredi plures.& hò faciũt quę ſcripſi.ſ.primè de cã limitata,& de exceptiõe exorbitante.& potuit eſſe rõ huius:qa tales ad regimẽ collegiorũ p ipſorũ collegiorũ electiones aſſumpti.ſ.illos de collegijs cẽſent platione,& iuriſditionem habere & ab ipſis collegijs iuriſditionem recipere vt patet ex his quæ ſcripſi poſt Inn.ſ.de offi.or.c.cum ab eccleſiarum.& ideò in eorum remotione nõ cauſata maius ſcãdalum verteretur propter magnitudinem dignitatis.Item etiam credo ꝙ illud quod dicitur de curatis oportet reſtringere ad illos qui per Epiſcopos in eccleſijs parochialibus ad regimen papuli inſtituti ſunt.eo modo quo loquuntur Ion.& Hoſt.in pręd icto.c.in lateranen.& eſt ratio ib.,quia iura volunt tales ſubeſſe immediatè Epiſcopo,& effici obedientiarios ipſius & emãcipari ab Abbate propter hoc quod ab ipſo inſtituitur,& ſub Epiſcopo regunt curam plebis reddere rationem:vt ibi notatur.Pone ergo quòd ad prioratum,vel adminiſtrationem,ſeu quoduis officium etiam cui cura immineat animarum *ipſorum*.ſ.canonicorum,& non plebis in foro pœnitentiali,aut ipſorum,& aliorum in foro iudiciali aliquis monachus,ſeu regularis canonicus eligitur,vel aſſumitur.certè dummodo prioratus conuentualis aut eccleſia parochialis non exiſtat,non erit perpetuus niſi ordinatio Papæ ex certa ſcientia facta aliud inducat:vt patet ex dictis.

6 ¶ QVARTO quæritur nunquid à prioratibus † & adminiſtrationibus non conuentualibus & electiuis poſſint regulares reuocari ad nutum Abbatis? dicit Collectarius quòd prædicta iura faciunt quòd ſic.& quòd ita no.hîc per Hoſt.dicit tamen quòd ſi apparet de malitia Abbatis poſſunt ſupplicare.vt notat Inno.ſecundum eum.j.qui clerici,vel vouẽtes.c.inſinuante.& Archid.in dicto.c.præſenti.de quo plenè ſcripſi ibidem.in ſecunda quęſtione.

¶ QVINTO quæritur quid ſi Abbas conferat priora-

tum monacho ſub hac conditione q eum poſsit remouere
ad nudam voluntatem ſine aliqua cauſa. lo. j. de præben. c. cũ
ſingula. dicit q quando Abbates committunt prioratus, vel
adminiſtrationes prędicto modo committunt ſimoniam.
Collecta, tamen credit q ſi de iure conſuetudine, vel ſtatuto
non poſſet ſic amoueri talis collatio, & receptio eſſent illi-
citę. ar. c. cum pridem. & c. cum clerici. ſed aliâs ſecus: & hoc
mihi quia expreſsio eius quod ineſt non facit cõditionem.
ff. de condi. & demõ. l. conditiones, quę extrinſecus. circa qđ
vide ea quę ſcripſi de elect. ſignificaſti. & j. de præben. c. ſi-
gnificatum. & c. niſi eſſent. & ſ. de pact. c. cum pridem. Sup-
ple gloſſas. In gl. prima in fi. vel expreſſa veritate, & ad vtrũ-
que reſpondetur infra in gl. iij. ibi epiſcopatus. non dicit ele-
ctiones Epiſcoporum ſecundum Nouellam & intellige de
epiſcopatibus per electionem, & prouiſionem ordinariorũ:
vel per electionem, ſeu prouiſionem Papalem iam acquiſi-
tis: quia propter ius plenum & perpetuum iam quęſitum cõ
firmatione non egent: & hoc credo voluiſſe gl.

SVMMARIVM.

1 *Sententis contra formam iuris, & compromiſſi lata per arbitrum, quòd irrita ſit.*
2 *Gratias naturæ extenſibiles non exiſtere.*
3 *Confirmationum ſpecies duas eſſe.*
4 *Confirmatio corroboratiua quæ dicatur, & quæ iudicialis & neceſſaria.*
5 *Priuilegium confirmatum per inferiorem à principe quòd maioris ſit authoritatis.*
6 *Confirmatio Papæ facta in forma communi nunquid quoad acquiſitionem iuris noui aliquid operetur.*
7 *Sententiam latam à Papa & confirmationem nullum inferiorem eo ſine ſpeciali mandato ſuo reuocare poſſe.*
8 *Confirmatio quando dicatur in forma communi interpoſita, & quando cum cauſa cognitione.*
9 *Dictionem ſicut, in priuilegijs poni cauſatiuè, & non conditionaliter.*
10 *Papa confirmante actum dictum, vel factum ſimpliciter quòd confirmatio ex certa ſcientia facta eſſe intelligatur.*
11 *Papam confirmare poſſe ſententiam etiam incertam.*
12 *Literæ quare executoriæ, magis quàm confirmatoriæ appellentur.*
13 *Sententiam confirmari petens an habeat probare eam eſſe iuſtam.*
14 *Cauſæ cognitio cum verſatur quòd idem ſit iudicium de his quæ non ſunt & de his quæ non apparent.*

CAP. VII.

1 EXaminata. Caſus. Sententia † cõtra
formam iuris, & compro
miſsi lata per arbitrum irrita eſt etiam ſi in
forma communi per Papam fuerit confirma
ta. & primò ponit cauſam decreti. Secundò
decernit ibi, *vnde*. & pars huius ſupra de iudic. examinata.
¶ Expone literam eccleſiæ. i. iuris patronatus eccleſiæ quæ
cauſa eſt de foro eccleſię. ſ. de iudi. quanto. vel dic vt dixi. ſ.
de iudi. examinata. *vice dominus*. clericus eſt, & vicarius Epi-
ſcopi Sabineñ. qui eſt Cardi. ſicut Hoſt. portueñ. albaneñ.
præneſtinus, & tuſculanus, qui quia adſiſtunt Papę habent
in eccleſijs vicarium in ſpiritualibus, & temporalibus qui vi
ce dominus appellatur ſcdm Hoſt. ſi aũt laicus eſſet nõ poſ-
ſet in eum compromitti: quia licet laicus ſit capax iuris pa-
tronat⁹ hoc eſt inductũ quoad certa & ex mera gratia: vt ad
fundandum eccleſias inducantur. xvj. q. c. j. de iure patro. qñ.
2 & ita ad alia non fit extenſio: quia quia gratię † naturę extẽ-
ſibiles non exiſtunt ſecundum Martinum & faciunt quę ſcri
pſi in prędicto. c. quando. licet in Normania, & Anglia, & in
parlamento regio contrarium ſeruetur & malè. *Sicut prouide*.
& ſic ſcdm Collect. hoc verbum ponitur cõditionaliter. ſed
in priuilegijs ponitur cauſatiuè, & idem no. de off. dele. qñ.
in fi. & vide etiã qđ de hoc no. xxv. q. ij. in ſumma. & melius.
iij. di. priuilegia. & quę colliguntur de reſcriptis. c. cauſam. &
de hoc dicam. j. e. c. in. vij. q. poſt Henricum.
¶ PRIMO quæritur generaliter ad declarationem, & ſup
pletionem gl. quæ incipit. *& ita patet*. quid ſeu de quo confir
3 matio operetur. & quia duę † ſunt confirmationum ſpecies
videlicet ratificatiua, & corroboratiua: vt not. Hoſt. in ſum-
ma. e. ti. § quot ſunt ſpecies. quęritur primò quid de cõfirma-
tione ratificatiua. & hîc dicas, q ſi ratificans rem confirma-
tam, ſeu ratificatam per eum infirmare non potuiſſet, nihil
operatur confirmatio, ſeu ratificatio talis niſi fortè q talis
confirmans, ſeu ratificans poſteà contra venire non poteſt:
quia quod approbo non reprobo: vt. ff. de neg. geſt. l. Pompo
nius ſcribit. & de tali confirmatione põt intelligi. ſ. de elect.
c. cum terra. in fine. aut talis ratificans, ſeu confirmans illud
potuiſſet infirmare &c. & tunc confirmatio, ſeu ratificatio
multùm operatur: quia facit valere quod aliâs non valebat:
ſaltem in effectu & q is qui ratificauit, ſeu confirmauerit
decętero venire contra non poterit, & q id quod ante in pẽ
denti, vel ſemiplenum erat à modo ſtabile plenum, & firmũ
erit: talis tamen confirmatio magis propriè ratificatio quàm
confirmatio dici poteſt: vt. ff. de ſerui. ruſt. prędi. l. per ſundũ.
& ff. communia prędi. l. eſt receptum. & ſ. de elect. c. quod
ſicut. & c. auditis. & j. de his quę fiunt à prela. c. j. & ij. & ff.
de indi. l. licet. & ff. rem ra. ha. l. iij. § ſalſus. & C. ad macedo. l.
fi. & ff. de pig. l. ſi fundum § j.
4 ¶ SECVNDO quęritur quid de confirmatione † corro
boratiua quę de natura actus tribuit ius in re confirmata. &
citra quam ius plenum in ipſa regulariter acquiri non poteſt
vt eſt confirmatio electionis. & certè de iſta dico q magnũ
operatur effectum: quia dat ius in beneficio, ad quod eſt fa-
cta confirmatio & etiam dat ius adminiſtrandi: vt. ſ. de elec.
c. tranſmiſſam & c. qualiter. & c. nihil. & e. ti. c. auaritiæ. lib.
vj. quod intellige eſſe verum quando non eſt peccatum, nec
defectus in electione electi confirmati, ſeu alijs pręcedenti-
bus confirmationem: de quibus legitur, & notatur j. de elect.
c. quàm ſit. li. vj. ſi verò fuiſſet defectus in illis tunc ſi confir-
matio fieret à Papa ſupplente de plenitudine ptãtis, ſi quis
in ea fuiſſet defectus & tunc idem quod ſ. de elect. c. illa. ſed
ſi ab alio quàm à Papa eſſet facta cõfirmatio tunc dicit Inn.
ſ. de elect. c. cum dilecti. gl. iij. verſu. *nobis autem videtur*. vt ibi
ſcripſi poſt eum, q ſiue electio non teneat ſiue confirmatio
non teneat non eſt pręlatus. lxij. di. per totum. j. q. j. ordina-
tiones. & idem tenet Archid. lxj. di. miramur. ſuper verbo le
gitimui. & vide etiam ipſum Archid. lxiij. di. c. j. lj. di. c. iij. in
gl. approbãdo. quorum opinio ſine dubio eſt vera quãdo ele
ctio peccat, ſeu non valet de iure naturali: vt quia non inter-
uenit conſenſus eligentium, vel electi qui ſolus de iure natu-
rali ad electionẽ & alios actus ſufficit. ſ. de elect. c. inter cor-
poralia. ſecus tamen ſecundum Henricum ſi peccat, vel non
valet de iure poſitiuo tantùm: vt quia vt propter formã non
formatam, vel aliud conſimile: vt videtur notari per Inno. ſ.
de elect. c. quod ſicut gl. *& ſi contempti*. circa medium, & etiã
per Compoſtell. ibidem poſt Inn. ſuper quo vide quod not.
per Ber. ſ. de cauſa poſſ. & proprie. c. cum olim. in gl. prima.
Henricus tamen dicit ſe de iſta forma iuris poſitiui melius
dixiſſe. j. de cleri. excommunicato miniſtran. c. poſtulaſtis. &
omnino vide quæ ſcripſi de hoc in prædicto. c. quod ſicut.
¶ TERTIO quæritur quid de alia confirmatione iudi-
ciali & neceſſaria: vt eſt illa quam facit iudex appellationis
in cauſa appellationis confirmando primam ſentẽtiam quã
neceſſariò habet confirmare, vel infirmare: & de iſta dico q
habet magnum effectum: quia ex ea agi, & excipi poteſt &
debet executioni mandari niſi ab ea appelletur. quod dic vt
legitur, & notatur ſupra de officio delegati. c. paſtoralis § qa
verò. & vt ſcripſi in cle. vt calumnijs. de re iudi. & de hoc in
c. romana. de appellat. libro ſexto. non tamen hîc poſſet ſi-
cut nec aliâs tertiò appellari: vt. C. ne li. in vna, eademq; cau-
ſa. tertiò appell. l. vna. & ſupra titulo proximo. c. ſua. cum ibi
notatis. potes etiam ponere exemplum de illo qui petit con
firmationem

firmationem ſententiæ à qua non eſt appellatum, vel quæ
tranſijt in rem iudicatam: quia ſi is qui confirmat eſt talis iu-
dex qui hoc facere poſsit & ſententiam quam ſecit ſuper con
firmatione prioris ſententiæ tranſit in rem iudicatam tunc
magnus eſt effectus: quia dat robur primæ ſententiæ: vt de-
cæterò contra eam nil poſsit dici: vt. ſ. de tranſact. c. j. quod
dic vt plenè ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtien. ſupra eodem
c. primo.

¶ QVARTO quæritur quid de confirmatione iudicia-
li, vel extraiudiciali non neceſſaria: ſed potius voluntaria, &
5 peſtatiua: vt quaodo cõfirmatur alicui priuilegium † ſeu be-
neficium & tunc ſi fit inferiorem à principe nihil aut mo-
dicum operatur, niſi quia eſt maioris authoritatis: quia plu
rimorum ſententijs comprobatur vt. ſ. de treuga & pace. c.
primo. cum ibi notatis. in glo. ſuper verbo confirmet. & in-
fra de iure patronatus. capitulo quoniam. in quibuſdam. &
C. de repu. l. dubium non eſt. & C. de fideicommiſsis. l. vlti-
ma. Item ſi facta fuerit per principem vt per Papam in for-
ma communi etiam nihil aut modicum operatur quoad at-
tributionem noui iuris: quia nihil noui iuris tribuit: ſed ſo-
lum modo vetus confirmat duodecima diſtinct. percœptis.
cum ibi notatis per Ioannem ſuper verbo, *non nouum*. & vnde
cima diſtinctione. quis oeſciat. ſuper verbo authoritate. arg.
trigeſima quæſtione tertia. c. vltimo. & ſupra. c. cum dilecta.
& duobus capitulis ſequentibus. & ſupra de priuilegijs. cap.
quia intentionis. vnde ſi quid inuenit validum cunfirmat il
lud: aliâs nihil operatur: vt infra de conceſsione præbend.
quia diuerſitatem. & ſ. c. c. bonæ. argumen. nona quæſtione
tertia. conqueſtus. & c. nunc verò. & ſ. de offi. ordi. licet. &
ff. ne quid in loco publico fi. l. ſecunda. § ſi quis à principe.
nec per talem confirmationem impeditur petitio alterius:
vt patet per iura prędicta. & C. de emancipa. li. l. nec auus. &
infra de reſcriptis. c. quamuis. libro ſexto. & in hoc concord.
Ber. & Hoſtien. hic. & ſupra eodem capitulo primo. & Ho-
ſtien. in ſumma eodem titulo. § quis ſit effectus. verſu tu er-
go dic &c.

6 ¶ QVINTO quæritur nunquid † confirmatio Papæ fa-
cta in forma communi quoad alia quàm quoad acquiſitio-
nem iuris noui aliqua operetur, & quæ & qualia dic quòd ta
lis confirmatio valet ad quatuor: primò quia Papa omnes
tueatur iſtum tamen ſpecialius argumen. ſupra de teſti. c. li
cet vniuerſis. Secundò quia poſteà de tali re confirmata, ſiue
de tali iure confirmatu, ſiue ſit beneficium, ſiue q͂d ius aliud
ſine conſcientia domini Papæ non debet cognoſci, vel iudi
cari ſupra eodem. c. primo, & ſecundo ſecundum Henricum
quod non capio bene ſaltem ibi latè. Fallit tamen ſecundum
eum in caſu vbi Papa confirmat ſententiam excommunica-
tionis latam per aliquem iudicem: nam ille iudex poterit
poſteà ab illa ſoluere. infra de inſtitu. c. ex frequentibus. vt
notat Vinc. ſupra eodem. c. primo, & ſecundo. ſecundum
Henricum. quod non capio bene ſaltem ita latè. Fallit tamẽ
ſecundum eum in caſu vbi Papa confirmat ſententiam ex-
communicationis latam per aliquem iudicem: nã ille iudex
poterit poſteà ab illa abſoluere. infra de inſtitu. c. ex frequen
tibus. vt not. Vinc. ſ. eo. c. primo. & Goff. in ſumma. eodem. ti
tulo. §. fi. & Spe. titu. de ſententia. § vt autem. collat. duodeci-
ma. verſu. *quod ſi Papa*. & Bar. brixia. in quæſtione venerabili.
quę incipit eſto quòd Papa, & Io. de Ancho. & Archidiac.
vndecima diſtinct. præcœptis. & poteſt eſſe ratio fauor ab-
ſolutionis. argumen. ſupra de ſenten. excom. c. nuper. ſed Ber
nar. & Hoſt. in prædicta capitulo ex frequentibus. notant cõ
trarium. & de hoc ibi dicam. Tertiò quia nõ ita de facili de
& ſuper tali re confirmata moleſtatur. ſolet enim plus time-
ri &c. xxiij. diſtin. c. quanquàm. infra de hęreti. c. ſi aduerſus.
& de exceſsibus prælatorum. c. frequens. in cle. & hoc notãt
Hugo. & Archid. lxxxvij. diſt. c. quiſquis. & xxv. quæſtione
tertia in ſumma. vbi de hoc per Archid. in glo adde idcirco
etiam patet. & in iſto tertio membro concordant Alanus
Vincen. Ber. & Io. ſupra eodem. c. primo. & Hoſtien. in § præ
dicto quis ſit effectus. verſu quid ergo. de quo etiam tetigi.
infra: vt lite pendente. c. ſecundo. libro ſexto. Quartò quia
talis confirmatio dat titulum præſcribendi: vt eſt ſatis ex-
preſſ. infra de decimis dudum. § cęterum. ibi nec à confirma
tione præfata *tantum effluxerit temporis* &c. ſecundum Hoſti.
ibi & in ſumma. c. ti. § quis ſit effectus. alleg. verſu quid ergo.
vbi etiam in effectu ponit Hoſtiẽ. alios tres effectus prædi-
ctos. Quidam tamen etiam dicunt quòd quando talis con-
firmatio Papæ in forma communi obtenta habet tenorem
rei confirmatæ expreſſum perinde eſt ac ſi in forma ſpeciali
& aliâs ex certa ſcientia eſſet facta: vt. j. c. proximo. ſed re ve
ta tunc non in forma communi, ſed in forma ſpeciali, & ex
certa ſcientia cenſetur facta ſecundum Henricum, & alios
doctores hic.

¶ SEXTO quæritur quid in confirmatione Papæ quę fit
ex certa ſciẽtia, ſed cum cauſę cognitione: dic q̃ talis operat̃
per id quod cõfirmatur vires habeat: & q̃ ſi aliquid incuria,
vel imperitia obmiſſum fuerit ſuppleatur: vt. ſ. de elect. illa
cotidiana. & ſ. de tranſac. c. primo. Item perſonale reale facit
ſ. de tranſact. c. veniens, niſi aliud dicatur: vt. j. de præbend.
niſi eſſent. § peoultimo. & finali. & non ſolenne reddit ſolen
ne: vt. C. de teſtamen. l. omnium. & mutat naturam rei. C. de
rei vxor. act. l. vna. & inutile, vel infirmum reddit vtile, &
firmum. decimaſexta quæſtione prima. c. finali. ſecunda quę-
ſtione prima. imprimis. iij. q. vj. hoc quippe. & de conceſsio.
præben ex parte Aſtenſis. & c. conſtitutus. item operatur q̃
nullus de ea audeat dubitare: & aliâs ſacrilegij inſtar hoc ha
beat. argumen. C. de crimine ſacrilegij. l. quarta, & decimaſe-
ptima quæſtione quarta. § qui autem. & ipſius confirmantis
rem cõfirmatam facit: vt. C. de vete. iur. enucle. l. prima. cir
ca medium. § ſed neq;. verſu omnia enim &c. & j. de præben.
7 c. bi qui. libro ſexto. ¶ Ex quo infert Henricus, quòd † ſicut
ſententiam latam à Papa nullus inferior eo retractare po-
teſt ſine ſpeciali mandato ſuo. ſic nec ex certa ſcientia con-
firmatum à Papa ſine ſpeciali mãdato ipſius poterit aliquis
retractare. infra de inſtitutio. c. ex frequentibus. & ſupra de
iudi. cum veniſſent. & prima conſtitutione huius libri. § fi.
& hoc videtur tenere Innocen. in prædicto. c. niſi eſſent. gl.
ſecunda. & ibi Hoſtien. poſt eum. & Archidia. infra de offi-
cio ordi. c. præſenti. gloſſa ſecunda. & ibi Hoſtien. poſt eum
& Archidiaconum infra de offi. ordi. c. præſenti. gloſſa ſe-
cunda. in fine. libro ſexto. niſi liquidò conſtet eam per ſurre-
ptionem obtentam: vt. ſ. eodem. c. ſecundo. quod præſumi-
tur pluribus modis, & primò quando eſt apertè contra ius
& ſolitum curſum curiæ: vt ſi religioſo beneficium perpe-
tuò confirmetur: vt ſupra eodem ad noſtram. & c. porre-
cta. vel cũ confirmetur minori. xxv. annis beneficium habẽs
curam animarum. ſ. de ætate, & qualitate. c. eam te. Secundò
cum in confirmatione apparet vitium notorium, vel ex par
te bullę, vel ex parte ſcripturę, vel ex parte dictaminis: vt. j.
de crimine fal. c. licet. & c. ſequenti. vt notat Hoſtien. in § al-
legato quis ſit effectus. verſu effectus autem &c. quod cre-
dit Henricus verum ſi in literis confirmationis continea-
tur illa clauſula omnem ſupplentes defectum. ſi quis ſit. de
Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. de qua ſupra de electio.
capitulo illa. quia per illam clauſulam diſpenſatum intelli-
gitur circa defectum ſolennitatis iuris, non circa defe-
ctum facti ſecundum Archidiaconum. lvj. diſtin. c. Cœno-
maneñ. gloſſa ſecunda. & Zenzel in cle. paſtoralis. de re iudi.
ſuper verbo *ſuppletio*.

8 ¶ SEPTIMO quæritur † quando confirmatio dica-
tur in forma communi interpoſita, & quando cum cauſæ
cognitione, vel ex certa ſcientia. Dic quòd ſi Papa confir
mat actum dictum, vel factum non ſimpliciter & abſolu-
tè, ſed cum clauſula adiecta, ſicut iuſtè, vel ſicut cano-
nicè, aut perinde factum eſt, vel ſicut iuſtè, & pacificè poſſi-
des: & in confirmatione apponit de verbo ad verbum teno
rẽ rei cõfirmatę puta ſtatutę, priuilegij, vel reſcripti: additis tñ
verbis prędictis ſecũdm ſtilũ cancellarię, & nõ obſtañ. clauſulis

& verbis prędictis confirmatio cenſetur ex certa ſcientia, & cum cauſę cognitione facta. ita ꝙ tunc illa dictio ſicut intelligitur cauſatiuę, & non conditionaliter vt. ſ. c. proximo. ad idem. ſ. de elect. cum monaſterium. in fine. de tranſact. c. primo. & c. veniens. & vij. q. j. pręſentium. & c. veniens. & vij. q. j. pręſentium. ſecundum Vincen. j. c. proximo. & Bernardum ibi gl. vt per hoc appareat &c. & idem tenet Arch. in prędicto. c. præſentium. dicens etiã ꝙ ſi in cõfirmatione priuilegij inſeraſ tenor ipſius priuilegij, ꝙ ex hoc perpetuas habet vires etiã ſi primũ priuilegiũ nõ oſtendatur: quia tunc videtur primũ publicatũ cũ authoritate principis, & idem tenét Col. & Ber. brix. in q̃õne venerabili. quę incipit. *ſæpe contingit.* & in hoc ſatis concordat Ber. j. c. proximo. in gloſſ. vt per hoc in fine. & in gl. ſi. & ibi Hoſt. poſt eum. ſed ſi in confirmatione non apponit tenorem rei confirmatæ. & tamen in-

49 ſeritur pdicta clauſula. dico ꝙ ſi in † priuilegijs loquimur, ponitur dictio ſicut cauſatiuè, & non conditionaliter: quia priuilegium eſt lex priuata. iij di. priuilegia. & ideò certũ debet ibi poni, vt aliquid concedatur per priuilegiũ: vt. j. de verbo. ſig. c. Abbate. aliâs priuilegiũ eſſet inutile qđ eſſe nõ debet: j. de priuileg. c. in his. & facit. c. cum monaſterium. allegatũ. & ſ. de offi. dele. c. quoniam Abbas vt notat Ber. ibi in gloſ. ſi. & hîc. & ſ. de conſti. c. cum acceſsiſſent. & Io. in di. priuilegia alle. & xxv. q. ij. in ſumma vbi de hoc per Arch. in gl. Adde idem etiam patet, licet Hoſt. innuat contrarium in ſumma. e. ti. § ſi. in ſi. ſi autem ponitur in alijs literis, vel reſcriptis confirmatorijs, vel alijs, & tunc ponitur conditionaliter, & non cauſatiuè. ita ꝙ modicum aut nihil iuris tribuit: vt hîc patet, & infra de conceſſ. pręben. quia diuerſitatem. quando

50 † aũt Papa cõfirmat actum, dictum, vel factum ſimpliciter, & abſolutè, tunc cõfirmatio ex certa ſcientia intelligitur eſſe facta: vt prædicto. c. cum acceſsiſſent. & c. cũ monaſteriũ. & ſ. e. c. j. & ij. & in his concordat Abbas. ſ. e. c. j. & Io. an. j. c. ꝓximo ſecundũ Henricum per quæ magna eius diſtinctio expedita eſt.

¶ OCTAVO quæritur pone lata ſententia poſteà iudex ad hoc habens poteſtatem cõdemnat in expenſis, nunquid talis ſententia poterit de iura cõfirmari. Collect. refert ſe vidiſſe in cancellaria literam ſuper huiuſmodi confirmatione

51 datam repelli: pro eo quia Papa non † confirmat ſentẽtiam incertã ſicut eſt pręmiſſa ſnia ꝓpter incertitudinẽ expenſarum. ſed non apparet mihi ꝙ fuerit bene repulſa: quia talis incertitudo nõ impedit de iure ſententiam talem ferri eò ꝙ reſpicit acceſsionem ſentẽtię, & negotij principaliu. arg eorum quę ſcripſi poſt Innoc. ſ. de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem. & quia poteſt & debet iſta incertitudo per executorẽ ſniæ reduci ad certitudinẽ. vt notatur per Cy. C. de fruct. & li. exp. l. terminato. igitur nec impedit talem cõfirmationem. & patet argumentum: quia ſicut confirmatio, ita & ſententia iudicis requirit certitudinem. C. de ſent. quæ ſine certa quãtitate. l. j. & ij. Itẽ quia talis ſententia meretur executionem: patet quia cum iura velint eam ferri: igitur & exequi. ff. de iud. l. ſi prętor. cum ſimilibus. Igitur talis ſnia meretur cõfirma-

52 tionem arguendo ex identitate rationis. & facit † quia litera executoria, & non cõfirmatoria appellatur pro eo, videlicet ꝙ ibi cõfirmatio executioni accedit, & fit propter executionem modò propter vnumquodq; tale. & illud magis. C. de epiſ. & cleri. authen. multò magis. & ff. de colla. bo. l. dedit dotem. cum ſimilibus.

53 NONO quæritur † nunquid petens confirmari ſententiã habet probare eam eſſe iuſtam. refert Collect. ꝙ Gulielmus de præb. c. ſi. dicit ꝙ ſic. Dicit tñ ꝙ ſecus de illo qui petit ſententiam exequi: quia nihil probare habet. & eſt ratio diuerſitatis: quia primus eſt actor cui incumbit probare. & de hoc ſ. e. ti. c. primo. per Inn. & Hoſt. vt ipſe Collect. refert. ſed iſtã diuerſitatẽ inter confirmationem, & executionẽ ego nõ capio propter ea quę ſcripſi in quæſtione. ſ. proxima pręcedẽti. Quęcunq; enim aduerſus confirmationem eadem aduerſus exequutionem admitterentur, inquirerentur, atq; rappellerent in cancellaria. ſi tamen quis iam executionem affectus, vel de executione non curans confirmationem peteret aliqualem colorem haberet dicta diuerſitas. in executiõe. n. cãcellaria communiter conſiderat an ſententia ritè lata ſit. ſ. vigore commiſsionis ſufficientis. & inter partes ſufficienter fundatas & ꝙ litis conteſtatio ſit bene facta vbi opus eſt ea & ſententia in ſcriptis abſq; errore lata, & quòd aliâs proceſſus etiam termini legitimi fuerint obſeruati: & ꝙ nulla nullitas nullaq; patens, & manifeſta iniquitas appareat ex proceſſu: nec aliâs quoad executorias literas, in quibus etiam cõfirmantur ſententię de earum iuſtificatione in cãcellaria inquiritur. & ideò dicere quòd tunc videlicet quoad expeditionem literarum executoriarum confirmationẽ continentium ſit neceſſe alio modo iuſtificare ſententiam eſſet abſonum per hoc. n. lites ex litibus orientur. nec vnquàm ſententię executiones haberent, nec eſſet locus tunc cle. vt calumnijs. de re iudi. verum in alio caſu vbi victor iam habuerit executionem, vel de executione non curat, forſan poſſet ꝓcedere dictum Collectarij, quia aut peteretur tũc confirmari in forma communi prout iuſtè lata eſt: & hîc nullum dubium: quia iſta nihil vel modicum operatur: vt dixi. Aut peteretur eam confirmari certa ſcientia, & tunc opus eſſet examinari an iuſtè, & ritè lata eſſet: niſi defectus nullitatem, vel iniquitatem reſpiciens expreſſus fuiſſet, & peteretur ſuppletio talis defectus: quia tũc hîc ceſſaret iuſtitia, & gratia opus foret. & eſt ratio quoad primum qa vbi ceſſante gratia exa-

54 minatur iuſtitia de illa apparere debet. Quia de † hiis, quę nõ ſunt, & quæ non apparent cum verſatur cauſæ cognitio idã eſt iudicium quia veritas in iudicio allegata, & non probata non releuat. ſ. ti. proximo. interpoſita. nec enim eſt ſtandum tunc proceſſui: quia petens confirmationem de illo nõ contentatur poſtquàm vltra illam validationem implorat. C. de pact. conuen. l. penultima. Supple gl. in gl. ij. ibi, *quia diuerſitatem.* vbi de hoc. *& in fine.* & infra de reg. iur. c. acceſſorium. li. vj. *in glo. vltima.* ibi. *c. proximo.* illud in confirmatione ex certa ſcientia principis impetrata, vt ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſicut poni cauſatiue in confirmationibus ex certa ſcientia factis.*
2 *Paciſci quòd non liceat ſuper diminuenda quantitate decimarum.*
3 *Confirmationem in priuilegijs valere non debere ſi verba confirmationis præcedant verba compoſitionis.*
4 *Papa narrante totum factum ſuper quo confirmatiõ fit quòd ex certa ſcientia fieri dicatur.*
5 *In omnibus literis executorijs Papæ quòd ex ſtilo cancellariæ confirmet ſententias quas mandat exequi.*
6 *Compoſitio ſuper decimis qualiter de iure admitti debeat.*
7 *Compoſitionem inter clericos, & Laicos interuenire non poſſe etiam de authoritate Epiſcopi.*
8 *Præſcriptionem & conſuetudinem impediri in multis de iure canonico inductis.*
9 *Inter priuilegia, & inſtrumenta quòd triplex ſit diuerſitatis ratio.*

CAP. VIII.

1 VEnerabilis. Caſus. In † confirmationibus ex certa ſcientia factis verbum ſicut ponitur cauſatiuè. nec nocet quòd verbũ confirmationis tenorẽ confirmationis tenorẽ cõfirmati præcedat. cõis diuiſio. ij. ibi. *mandamus.* ¶ Expone literam: *decimus.* ſ. quo loco ſolui debent, vel quo tempore, vel quibus perſonis aliâs etiã

2 † ſuper diminuenda quantitate decimarum non licet paciſci cum Laicis. Inn. *mediante.* hic notat qualiter ex qualitate mediatoris qui Cardinalis eſt præſumit res abſq; vitio, & ad hoc. j. de prębẽ. c. niſi. & ſ. de pręſcript. ad audientiam. in ſi. Hoſt. *Apoſtolica.* per hoc poteſt exẽplificari qđ hr̃. ſ. de pac. c. ij. *cõfirmari.* dicit Goſ. opera data ad hoc aliâs ſi tpe ꝓducẽte caſualiter confirmetur. nam per hoc cum conditioni paritum non videtur. ff. de condi. & demon. l. ij. ſtatim & ſic non prius, & ſic dicit Hoſt. quòd iſta confirmatio fuit ſimilis cõ-

tractuũ

tractui, in ſcriptis celebrato ꝙ nullas vires habet donec fue-
rit in mundum recoeptus, & ſubſcriptione partiũ cõfirma-
tus. vel ſi per tabellionem ſcribitur à partibus abſolutus C.
de fide inſtru. l. cõtractus. *confirmata.* dicit Hoſt. partibus in-
ſtantibus. ſed forſan ſoli clerici inſtiterunt Nouella inſertus
de verbo ad verbum, vel ad literam. & ad hoc facit hęc aſſer
tio, quia ratione eorum quę in compoſitione ponuntur nõ
poteſt hîc dici ꝙ aliquid ſit ibi contra ius. & ſi eſſet Papa il-
lud voluit ſubſtinere, & ſuper illo diſpenſare. argu. s̃. de biga.
c. ſuper eo. & de filijs preſbi. c. veniens & notat. s̃. de trãſla. c.
j. Ipſe tñ pro iure ſuo contradicere poſſet ſi ignorans facit.
s̃. de fide inſtru. c. inter dilectos § porrò. vbi de hoc notat. &
multò fortiùs quilibet extraneus: quia res inter alios acta
&c. Itẽ ſi vellent dicere ſe dolo inductos ad cõpoſitionem au
diuntur. ff. de pact. l. tres fratres § emptor. & ꝑpter hoc po-
nitur hîc clauſula, ſicut ſine preiudicio &c. hoc idẽ tñ poſ-
ſent dicere etiam ſi prędicta clauſula nõ apponeretur. & idò
cum illa clauſula nihil operetur nõ debet impediri executio
cõpoſitionis. Inn. *friuolam.* & ſic nõ admittendam. s̃. ti. j. cũ ceſ
ſante. in fine. & j̃. de app. cum friuolis. in prin. *confirmationis.*
videbatur enim contra. l. ꝙ preponendus eſſet tenor cõpo-
ſitionis, & ꝙ poſteà ſequi deberet confirmatio. & ꝙ ſic debe
ret Papa dicere prędictam cõpoſitionem confirmamus, vel
nõ cõfirmamus ſequentẽ cõpoſitionẽ quaſi diceret ſicut in
iudicio futuro cõpoſitiones, quę cauſę cognitionẽ requirũt
5 cõfirmari nõ poſſunt. Ita † nec in priuilegijs debet valere cõ
firmatio ſi verba confirmationis pręcedunt verba cõpoſi-
tionis. & ſic ex hoc verbo conditionalis cõfirmatio inſurge-
re videbatur. & ideò videbatur eis, ꝙ primò quàm manda-
ret executioni inquirẽdum eſſet de cõditione. ſed nõ eſt ita
Ion. *certa ſtilum.* hoc facit pro. Contrarium enim noceret. j̃.
de crimine falſi. quã grau *procedu.* fortè ſic compoſitionẽ in-
ter vos factam authoritate apoſtolica ex certa ſcientia con-
firmamus, cuius tenorem duximus pręſentibus inſerendũ.
¶ ¶ PRIMO quęritur ibi, *tenor compoſitionis ſit compoſi-
tionis inſertus.* quę eſt ratio huius. Dicit Collect. quòd ratio
4 eſt, quia † dum Papa narrat totum factum ſuper quo confir-
matio dicit̃ ex certa ſcientia fieri. & ideò de cętero nõ opor-
tet oſtendere literas principales. vt hîc no. per gl. & s̃. de trãſ
actio. c. j. per Inn. & io Spe. de inſtru. ędi. § nunc autem. & de
hoc vltimo. de fide inſtru. c. ij. & idem ſecundum Abbatẽ, &
Io. an. ſi confirmat ſimpliciter non adiecta clauſula ſicut iu-
ſtè, vel alia ſimili tamen ſola narratio, ſine confirmatione nõ
videtur ſufficere. de prębend. ſi apoſtolicę. libro ſexto ſecun-
dum Collectarium.
¶ SECVNDO quęritur quid ſi Papa confirmet ſicut fa
cit tota die ſententiam excommunicationis latam per infe-
riorem narrato proceſſu: nũ quid ipſe qui tulit abſoluere po
teſt? Fredericus, & multi alij in cancellaria dixerunt, quòd
non per ea, quę dicũtur hîc. & s̃. e. c. ij. quia illa iura facimus
&c. de prębend. c. ſi Apoſtolicę. ſed hoc eſt valde durum, ꝙ
propter hoc iudex qui tulit iuriſditionem amittat. de ma. c.
per tuas. & quia Papa non reſeruauit expreſſè. de ſent. excõ.
c. nuper. nec interdicit abſolutionem inferiori q̃d feciſſet, vt
videtur ſi hoc intellexiſſet: facit de pręben. c. graue. io ſi Fa-
cit ad hoc quod notat Arch. xxv. q. ij. in principio. dicens, ꝙ
ſi iuxta formam capituli. ſi apoſtolicę. de pręben. Papa nar-
ret totum proceſſum legati, & eum confirmet dummodo
non iungatur quod ſequitur. ſ. quod authoritate ſua in eo
procedatur ius prius conſeruaret ſi alicui non derogaret als
eſſet contra omnia iura quę volunt quòd Papa nulli dero-
get per literas ſuas: & videtur expreſſum. de inſtu. c. ex frequẽ
tibus. vbi vide no. per Collect.
¶ TERTIO quęritur nunquid ſi ſententia lata per audi
torem palatij, vel Cardinalem quę dicitur tranſijſſe in rem
iudicatam, & ſuper qua petitur executoria in qua confirma-
ri ſolet ipſa ſententia apparet ex actis eſſe iniuſta, dari debet
per cancellariam executoria? aduerte quia Collectarius dicit
circa hoc iſtud notandum, videlicet ꝙ ſi appareat ſententiã
fuiſſe iniuſtam, vtpote contra ius litigatoris latam, licet nõ
contra legem, vel canonem expreſſè, vel tacitè etiam ſi non
appellaretur. Curia tamen non confirmat eam, nec cancella
ria ſuper ea daret literas confirmatorias: & intelligo nec per
5 cõſequens executorias: quia in † omnibus literis executorijs Pa
pę ex ſtilo cancellarię confirmat ſentẽtias quas mandat exe-
qui. & hoc intelligo quando talis iniquitas manifeſtè appa-
ret ex actis. nam ſi omnino apparet hoc manifeſtè ex actis
ſententia de hoc inquireret nec literas prędictas denegaret:
eò quòd ſententia quę in rem tranſiuit iudicatam facit ius:
& pro veritate habetur ſupra titu. ij. quod ad conſultationẽ.
ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. & ff. de regu. iur. l. res iudi
cata. & hoc menti tene.
¶ QVARTO quęritur ibi *ſuper quibuſdam decimis.* qualis
6 † cõpoſitio ſuper decimis de iure admitti poſſit? ſuper quo
vide hîc Bernardum in gloſſ. prima. & quod ſcripſi poſt In-
no. ſuper verbo decimis. Dicit Nouel. poſt Hoſt. quòd quia
fortè etiam de quantitate fuerat cõuentum. Ideò fuerat ne-
ceſſaria Papalis confirmatio & ex certa ſciẽtia. & nota quòd
ſecundum primam lecturã Inn. bene procederet quod dixe-
rat hîc Goff. ſ. quòd ſi legatus hanc compoſitionem appro-
baſſet purgatum fuiſſet vitium, & valuiſſet: vt ſupra de trãſ.
lat. c. primo. ſed ſecus ſecundum lecturam ſecundam & fa-
ciunt notata. j̃. de decimis. à nobis. Marti. autem dicit quòd
interdum fit compoſitio ſuper decimis inter eccleſiaſticos
ſuper iuribus ſuorum beneficiorum, & iſta valet: vt infra de
deci. c. ex multiplici. & c. ad apoſtolicę. & j̃. de paro. c. fi. inter-
dum fit cõpoſitio ſuper decimis inter eccleſiaſticos, & Lai-
cos ſuper modo, vel tempore, aut perſonis quibus ipſa deci-
ma ſolui debeat. Et iſta etiam bene valet vt hîc: & ſic proce-
dunt quę ſcripſi poſt Inno. ſuper verbo decimis. & eſt ratio
quia talis modus nõ eſt determinatus à lege diuina nec tũc
agitur de aliquo iure ſpirituali. Item interdum fit compoſi-
tio ſuper decimis pręteritis ſoluendis, aut remittendis. &
illa etiam bene valet: quia tũc etiam nõ agitur de iure ſpiritua
li decimarum, ſed de temporalibus fructibus: vt no. glo. de
rerum permu. c. fi. item interdum fit compoſitio ſuper futu-
ris decimis hoc modo, videlicet quòd pro iure decimarum
detur ad tempus modicum aliquod temporale: vt puta fru-
ctus alicuius primum ſimpliciter, vel ad certam cautam:
vt illi reciperetur loco decimarum. & iſta etiam adhuc be-
ne valet: quia cẽſetur tunc quędam finalis arrendatio quòd
permiſſa. s̃. de locato. c. veſtra. ſecus tamen ſi in perpetuum
ſecundum quoſdam. Hoſt. tamen videtur tenere quòd idẽ ſi
perpetuum per capitulum ſtatuimus. ſecundum eum. refert
etiam dominum Vabreñ. tenuiſſe ꝙ ſuper cautę decimalis
diminutione componi poteſt. Item refert Paulum tenuiſſe
hoc procedere in decimis infeudatis laicis, & etiam indiſtin
ctè in decimis ex cõſuetudine, vel priuilegio debitis: ſed ſe-
cus in decimis debitis ex lege diuina. & iure communi Lai-
cis non infeudatis. & hoc verum ſecundum Mar. ſi aliquid
de iure eccleſię daretur laico de cauta decimę. ſed ſi econtra
haberet compoſitio quòd eccleſię daretur per Laicum ali-
quid de occupato per eum tunc ſecus eſſet, & hęc vera dum
fit compoſitio inter clericos & Laicos. interdum autem fit
compoſitio inter laicos tantum, & tunc non valet: quia illi
decimas inter ſe alienare non poſſunt. Finaliter ipſe Mar. te-
7 net opinionẽ Hoſt. eſſe falſam ſimpliciter & dicit ꝙ † etiam
de authoritate Epiſcopi non poteſt interuenire compoſitio
inter clericos. & Laicos per quã cauta decimę diminuat̃ in
aliquo: & ꝓbat per. c. quãuis. & c. ad hęc. & c. nobis. & c. pro-
hibemus. j̃. de deci. Caſus enĩ Hoſt. aduerſus pdicta iura mili
tat, & nullo iure ſpãli fulcire videt̃: nec facit pro eo verbum
gñale poſitũ in. c. ſtatuim⁹. alleg. quia nec hoc caſu valeret cõ
ſuetudo: vt. s̃. de cõſuet. c. fi. ergo nec cõpoſitio. ſolũ ergo pri-
uilegiũ Papę, aut cõpoſitio pręcedens cõſiliũ Lateranẽſe de
quo habet̃ in decis prędicti capituli ꝓhibemus. ſuper non
ſolutione decimę, aut ſuper diminutiõe cautę ſoluẽdę excu-
ſare põt: quia eſto quòd cauta non deberetur de iure diuino

ſed ſolũ de iure canonico iuxta opinionẽ aliquorum Theologorum, tamen nihilominus idem eſſet dicẽdum: quia etiã
